

2

DECISIONVM

CVRIAE ARCHIEPISC^{LI} NEAPOLITANAE.

IN QVIBVS PRAXIS RERVM CIVILIVM,
Criminalium, & Ecclesiasticarum in eadem Curia tractatarum

dilucidè continetur.
H. Polissena Contra Sui iuroria

PARS PRIMA.

DEVS OMNIBVS CVRIIS, PRAELATIS, OFFICIALIBVS

& iudicibus Ecclesiasticis, Causarum patronis, ceterisq; in utroque foro
versantibus utilissimum.

Nunc primum in lucem editum, & multis ab hinc annis desideratum.

A V T H O R E

IO. ALOYSIO RICCIO

VIRO PATRITIO

Et Canonico Neapolitano, ac vno ex Consultoribus
eiusdem Curiae.

Accessere duo Indices locupletissimi, quorum primus Argumenta Decisionum,
alter res notatu dignas facillimè demonstrat.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO REGIO.

XII. M. 26

Polissena

V. Gaudenzi



NEAPOLI, Ex Typographia Tarquinij Longhi. MDCXIX.

DECISIONUM

IN CAUSIS SACRIS

Ego Alexander Ruffus Canonicus Neapolitanus Sacre Theologie Magister,
& V. I. D. Deputatus vidi prædictum opus, illudq; cenſeo typis mandari
poſſe, ſi videbitur Reuerendiſſimo Domino Generali Vicario.

Ioannes Longus Canonicus, & Curie Archiep. Theol. vidi, & approbavit.

Imprimatur.

Alexander Boſchius Vicarius Generalis.

IN CAUSIS SACRIS





ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. PETRO CAMPOREO
S. R. E. CARDINALI,
AMPLISSIMO.



IO. ALOYSIVS RICCIUS CANONICVS NEAP. F.

NEC tui nominis iubar (Cardinalis Amplissime) angustis contineri sinibus potuit nec mei animi erga te studium oculis pectoris latebris coerceri. Equidem te nunquam vidi, & semper in oculis tuis, ac si vidissem, & quem cominus meo fato non inspexi, suspexi eminens obseruantia mea, ut par erat. Adeo lux illa prudentia, benignitatis, integritatis tuae circumfulget, ut illustrem te reddat, vel sine te, suosque radios longe, lateque, diffundens praeuertat, praecurratque, quodammodo auctorem suum: ut cum Romano tantum coruscare videaris in Caelo, corusces tamen undequaque, gentilitio comete fulgentior. Nisi mirum hoc habet virtus peculiare, ut vel non visa se prodat, oculorumque, aditu intercluso viam sibi paret per aures ad sui amorem, nec exiguum immortalium animis excitandum: Et sane hoc ipsum debes virtuti tuae (Illustriss. Campore) hoc praestante tuae singulari, quae fama ipsa buccinatrice quantum, quantum habes nomen per ora omnium dididit, indiditque, in mentes omnium, vel eorum qui te non noscunt. Vt mirum plane videri tibi non debuerit, si tanta luce tuarum laudum excitus ad eius fontem perennem, te ipsum inquam, per exiguum hoc, & qualicumque munusculo veluti veneraturus accesserim. Enimvero, ut aiebam obseruantia illa in te mea, studiumque, tam vetus, quo fortasse te inscio, tam diu exarserat animus, velut ignis oclusus, aut cano aliquo pressus specu, cohiberi nequiuit amplius quin erumperet. non tam gratiam ut aucuparetur tuam (qui sane fructus esset non vulgaris) quam ut, quod unum habebat in votis, ostentaret se tibi aliquando, auctori que, proderet suo. Adde eo, quod conceptis iam pridem his fetibus, quos difficili sane parturiens puerperio, obstetricante tandem labore pepereram, querebam aliquid dignitatis, & (quod paterno indulgendum amori) non nihil etiam conciliare auctoritatis: ut qui publica fortasse rei, si Deus ferat, aliquantulum profuturi prodire gestiebant in publicam, fauctore suo non carerent, sub cuius umbra splendentes magis, quasi nouo ditati cultu magnificentius,

quam suum genus exigeret, per ora hominum, per manus item incederet: & qui patrem fortis humilem sub infelici astro se natos esse dolere possent patronum nactum tam grandem, feliciore certe sub sidere adolescerent; sub illis nimirum, quæ gentilitio tuo in stemmate, non sine aliquo bene ominato auspicio enitescunt, quorum luce si fulserint, in lucem progredi non erubescunt; aduliuri profecto, sed non ad senium, si benignos eorum influxus, ut sæpe alijs, sic nunc etiam ipsis experiri non denegabuim; Et experientur omnino, ne spes animum fallat, nec fallat certe (humanissime Petre) à quo uno sperare quicquam non liceat, quod spem ipsam non vincat. Habet nimirum hoc humanitas tua, habet & tua comitas, ut vel de immerentibus benemereri abundè soleas, abundè velis, cuius rei testes nactus quamplurimos, qui vel suo, vel aliorum experimento id didicere, & constanter affirmant, unum, quem instar omnium censeo ante alios reperi præstantissimum virum Iacobum Narsinum virtutis tuæ studiosissimum, tuarum laudum præconem optimum, cuius monitu & impulsu non parum etiam ad mentem meam adieci, ut humanitati istæ tuæ in his dicendis laboribus non dissiderem: Quod si nimis fortasse apud te audax videri potero, tanta qua fulges luce hebetatum me crede quo minus cernerem quid deceret: sis autem tibi, quod spero fore, gratum studium meum, grata voluntas animi, & factus hi ingenioli nostri, quales quales sunt, videbuntur, tibi ipsi acceptum referas totum, qui luce tua, lucem addens alienis, vilescens alioqui labores, tuis oculis sordere non pateris. Quod si ita est vale diu, diuque vive, ut humanitas vivat, & probitas: meque in tuorum numerum ut cooptes, quod unum oro obtestorque; benignitatis impera tuæ, impera, & humanitati.

Ad eundem Illustrissimum, ac Reuerendissimum
Dominum.

D. PETRVM CAMPOREVM

S. R. E. CARD. AMPLISS.

Prolegali opere Io. Aloysij Riccij Canonici,
& Patritij Neap.

Prosperi Antonij Zizzæ Sacerdotis, & Academici Otiosi Neapol.
nuncupati Pij.


EPIGRAMMA.

CEperat aternas aterna in sedera leges
Chara Deo soboles, Legisfer Isaciðum
Non palmæ folijs præscripta oracula legum
Condidisti, è celsa quas Deus arce dedit.
Igniti lapides, adamanteq; firmior omni
Seruauit leges nobilis arca sacras.
En legum interpretes tibi RICCIVS, aurea solers
Colligis aggestis iura voluminibus.
Ne tamen aut rapido rodantur Temporis ore,
Inuidiæ stimulis aut lacerata ruant.
In Petra notat ille tua, celsissime PETRE,
Que Vaticano cardine fixa nitet,
Non Borea stabris, non ulli obnoxia Cauro
Prodiga an hæc superas Petra profundet opes ?

AD EVNDEM CARDINALEM.

Disticon eiusdem Zizzæ.

Dignus eras rubris Amplissime PETRE galeris
Dignus es, & summo PETRE PETRI Solio.



Ad Doctissimum, Clarissimumq; Virum
IO. ALOYSIVM RICCIUM
DECISIONVM CVR. ARCHIEP. NEAP.

A V C T O R E M.

Prosper Antonius Zizza.

*Quantum Caesaribus terris qui Iura dedere
Debet Honoris Amor, debet Amoris Honor.
Tantum nempe tibi debet doctissime RICCI
Parthenope studijs nobilitata tuis:
Quid non illustras Legali Lumine? Lex, lux
Se promit studio tota reclusa tuo.*



IOANNES LONGVS CANONICVS NEAP:

S. T. D. SACRI COLLEGII INCORPORATVS
ARCHIEPISC. CVRIÆ THEOLOGVS,

& S. Officij caufarum Confultor,

In Doctiffimi Authoris laudem.



Maximam (Benigniffimi Lectores) in fenectute fumpfi prouinciam, & certe meis viribus valde imparem; cum hoc præclariffimum opus vobis commendare velim. In quo quatuor difficillima cognitu fe mihi offerunt, vt dicebat fapiens. Prima eft via Aquilæ in aere. Secunda eft via Nauis in mari. Tertia via Colubri in lapide. & quartam penitus ignoro, quæ eft via Adolescentis in adolescentiam. In prima enim Collectanea. In fecunda Praxim Archiepiscopalem. In tertia eiusdem Decifiones. In quarta Authoris Nobilitatem (cum ipfe de Nidi Sedili patritius fit) diligentiffimè confidero. Ergo ftudioffimi Lectores, primas, vt quatuor flumina à Paradifo terreftri decurrentia, Phifon, Gion, Euphrates, & Tigris, præ oculis habere dignemini. Primum etenim veftiram excitat memoriam. Secundum veftiram illuminat intellectum. Tertium voluntatem fociat. Quartum & vltimum vos Nobilitate, optimifq; moribus ornat. Dicente Philofopho duo ad aliquid faciendum nos mouent, nempe honor, & præmium, hæc, & maiora habebitis, fi noctu, diuq; hilaris fronte in hoc doctiffimo opere inuigilabitis, & hoc carmen, quod Nobiliffimo Authori præcipuè conuenit, canere potefitis:

Nam potes, & patria Lumen, & effe Decus.

AD LECTOREM

Ioan. Dominicus Boue Neap.



SCITO (*Lector amantissime*) me anno reparata salutis 1612. à compluribus amicis compulsus, ut denuo typis cuderem librum Ioan. Grandis de bello exulam, illum D. IO. ALOTIO RICCIO nobili viro, & Ecclesie Cathedralis Neap. Canon. vno ex ijs, ad quos imprimendorum librorum recognitio pertinet, de more ad impetrandam licentiam obtulisse, factumq. ut inter colloquendum, particulam quandam mihi impressam ostenderet sui operis Collectaneorum, quam cum attentius inpexissem (quippe non solum innato quodam ardore rapior ad contemplandos studiosorum hominum labores, verum etiam ad idem suscepta in adolescentia studia, tum philosophia, tum iurisprudentia me compellunt) digna mihi visa est, quam ab Autore ad absolutionem imprimendi operis precibus extorquerem; impressum vero opus doctis viris arripisse, toties eiusdem repetita impressio varijs in locis abundè testatur, adeo ut mihi ipsi necesse fuerit ideam operis ampliori forma rursus excudere, adiectis duobus indicibus à me non sine multo labore confectis, nec vero hic finis, iam enim à compluribus urgeor, ut ad nouam editionem accingar, cui alius index copiosissimus adiungetur, cuius ope nullo ferme negotio, possis quacumq. volueris, inuenire. Spero enim futurum, ut ab eodem Autore sexta pars Collectaneorum ad complementum totius operis mihi imprimenda tradatur: etenim cum ab eo quippe singulari humanitatis viro, Typographus quidam Praxim rerum ecclesiasticarum, ut illam typis committeret, extorsisset, abestq. tunc temporis Author, ut valetudinem recuperaret, adeo mendosus liber ille in lucem prodijt, ut facile & operarum festinatum, laborem, & Authoris ipsius absentiam testaretur. Iam vero optimum mihi accidisse existimo, ut ab eodemmet Autore alteram partem illius Praxim edendam acciperem. acceptam vero nouo quodam ordine ex Doctorum complurium iudicio decorauit, vsq. Decisiones, omnes, quae in Archiepiscopali Curia editae sunt in unum collectas haberes, cum Indicibus à me confectis, easq. quoad fieri potuit emendatissimas, nisi quid nostram diligentiam latere potuit, Author enim cum abesset, non potuit in id operam suam conferre. In posterum etiam (candide Lector) alteram partem Practicam à me expectabis, cui titulus erit Praxim rerum Ecclesiasticarum, in qua varia resolutiones, quae ex eodem Autore, aut ab alijs egregijs Autoribus selectae sunt, appositis ad Lectorum utilitatem indicibus tribus. Postremo scire te velim à Typographo illo, qui primam partem Practicam in lucem edidit, Decisiones omnes ab ea in unum segregatas, nouarum item Decisionum adiunctione locupletatas, quamprimum depromendas, quod opus Decisionum Curiae Archiep. Neap. Secundae pars titulo praenotabitur primam etiam partem Practicam sine Decisionibus magis emendatam, atque ampliatam in lucem dabis. Accipito igitur (humanissime Lector) bilari fronte doctissimi Autoris opera, quae tua vtilitati deferuntur, atque in posterum ab eodem complura, ultra dicta (Deo annuente) ad publicum commodum expectato. Vale.



INDEX

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM

A IO. DOMINICO BOVE NEAP. ALPHABETICA SERIE DISPOSITVS.

A

A Bigeatu criminis pēna, an cadat in eum, qui furripuit vnum bouem, & quid si bos fuerit errans. decif. 128. fol. 97. col. 1.

Abfolutio à iuramento in contractu donationis appofito, petita abfq; vlla mentione aliterius iuramenti appofiti in ratificatione eiusdē donationis, an dicatur fubreptitia. decif. 162. fol. 119. col. 2.

Agens interdicto recuperandæ, fi fpoliator alienauit rem, de qua agitur, an condemnetur ad eius æftimationem. decif. 200. fol. 146. col. 2.

Aggreffus quando occidit aliquem non offendentem, ratione defenfionis, nūm aliqua pēna plectendus veniat. decif. 41. alias 47. fol. 32. col. 2.

Alicnari, an poffit fuperficies, in qua impofitus eft primus lapis pro Ecclefia ædificanda, abfq; folemnitatibus extrauag. ambiciofæ. decif. 199. fol. 146. col. 1.

Alimenta lite pendente, an fiant præftanda, vbi conftat de malo iure petentis illa. decif. 191. fol. 140. col. 2.

Annui redditus ecclefiaftici, an poffint diminui, vulgò (calare) abfq; afcenfu Apoftolico. decif. 134. fol. 103. col. 1.

Appellari, an poffit à fententia Vicarij foranei ad Epifcopum. decif. 8. fol. 5. col. 2.

Appellari, an poffit de iure Canonico à fententia lata fuper poffefforio fummariiffimo. decif. 203. fol. 149. col. 1.

Appello ad Iudicem competentem, an fufficiat dicere de iure Canonico. decif. 12. fol. 8. col. 1.

Archiepifcopus Neap. an poffit concedere dilationē clericis debitoribus ad foluendum eorum creditoribus, triennalem, vel quinquennalem. decif. 97. fol. 76. col. 1.

Archiepif. Neap. pofit fententiā latam à fua Cōgregatiōne, cum eius Vicario, an poffit committere reuifionem eiusdem fententiæ diæ Congreg. d. 98. f. 76. col. 2.

B

Beneficij diuifio, in dubio non præfumi- tur, quamuis per aliquod temporis fpatium apparet de ftatus mutatione. decif. 7. fol. 4. col. 2.

Bona **fides, quæ excufat alienantem bona** Ecclefie, non feruatis folemnitatibus extrauag. ambitiofæ, an procedat in Doctore facrorum Canonum, & in homine fagaci, & negotiorum experto. decif. 222. fol. 164. col. 1.

Bona in **cufodiam alicui tradita**, an fi per eundem alibi contrectata reperiantur, furtum præfumatur. dec. 62. fol. 47. col. 1.

Bulla Pij V. fuper **permutationibus benefici- orum**, quam caufam requirit. dec. 37. alias 43. fol. 29. col. 1.

Bulla Sixti V. edita **cōtra clericos male pro- motos**, in quo corrigatur per Bullam Clementis VIII. decif. 9. fol. 6. col. 1.

Bulle annulationis **professionis**, in qua apponitur claufula (dummodo exprefe, vel tacite non ratificauerit profefionē) intellectus. decif. 182. fol. 134. col. 2.

Bulle Apoftolicæ, vt **corrigantur, quo cafu** iterum ad Urbem mittendum fit. decif. 165. fol. 12. col. 2.

C

Canonico Regulari effe incapacem obtinendi beneficia curata, late oftenditur. ad limitationem tex. in c. quod Dei timorem, de ftat. monach. decif. 159. fol. 118. col. 1.

Canonicus, an poffit effe Iudex in caufa fui Concanonici. dec. 179. fol. 13. col. 1.

Capellæ constructio, an fit neceffaria ad acquirendum iufpatronatus. decif. 72. f. 67. alias 57. col. 2.

Capitulum Ecclefie, an poffit reuocare ftatum iuratum. decif. 157. fol. 117. col. j.

Captus ob fufpitionem fugæ, an debeat relaxari fub fideiuffione de iudicio fifti tarum, vel etiam de iudicatum foluendo. decif. 61. fol. 46. col. 1.

††

Car.

Index Argumentorum.

- Carcerati**, an admittantur in testes pro altero carcerato. decif. 180. fol. 133. col. 1.
- Cartula peccatorum reperta penes** aliquem delinquentem, an ex ea possit sumi indicium contra ipsum ad penam infligendam. decif. 173. fol. 128. col. 1.
- Causa proxima, & remota que** dicatur, ad effectum quod dans causam homicidij sit irregularis. dec. 100. fol. 78. col. 1.
- Cautio de non offendendo, an sit imparitienda** eam perenti, non probata legitima, & vera causa timoris. decif. 129. fol. 98. col. 1.
- Citatio ad sententiam, quanto tempore** circumducitur in Cur. Archiep. Neap. dec. 83. fol. 66. col. 2.
- Citatio generalis, an sufficiat**, & quid observatur in Cur. Archiep. Neap. decif. 3. fol. 2. col. 2.
- Citatio partis, an exigatur** in recognitione manus literarum cambij. dec. 64. fol. 48. col. 2.
- Citatio partis, an requiratur** in absoluteione ad cautelam. dec. 92. fol. 73. col. 2.
- Citatio secunda domi per Nuncium facta**, absq; licentia D. Vicarij, an constituat citationem in contumacia, ita ut non comparando possit excommunicari. decif. 204. fol. 149. col. 2.
- Clerici, an cogi possint** per Episcopum ad præstandam cautionem de non offendendo. dec. 184. fol. 136. col. 1.
- Clerici utentes falsis dimissorijs**, ignorantes illas esse falsas, qua pœna puniantur. ad intellectum tex. in l. maiorem C. de fals. dec. 89. fol. 71. col. 2.
- Clerico habenti Avum Doctorem**, an possit infligi pœna ignobilium. dec. 216. fol. 159. col. 1.
- Clericus admittitur** ad beneficium c. Odoardus extra carceres, parte non instante, seu opponente. dec. 81. fol. 65. col. 1.
- Clericus Alchymista, an sit dignus aliqua** pœna, & an priuetur beneficijs habitis, & ad habenda inhabilis efficiatur. dec. 197. fol. 145. col. 1.
- Clericus, an possit** permutare bona, ad cuius titulum sit ordinatus. dec. 17. fol. 12. col. 1.
- Clericus, an si committat delictum digni** priuatione beneficij, debeat illo priuari, si fuerit ad illius titulum ordinatus, nec aliquid habeat unde se alimentare possit. dec. 185. fol. 136. col. 2.
- Clericus condemnatus ad triremes**, an dicatur infamis, ut propterea non possit ascendere ad sacros ordines. decif. 119. fol. 90. col. 1.
- Clericus de delicto** non punitur, nisi constet de corpore delicti. dec. 40. alias 46. fol. 32. col. 1.
- Clericus in civilibus** non carceratur in Cur. Archiep. Neap. extantibus bonis. dec. 59. fol. 45. colum. 1. & decif. 160. fol. 118. col. 2.
- Clericus præsentans apocryphas Banco**, & non exigens pecuniam, an veniat puniendus pœna ordinaria. dec. 70. fol. 65. alias 55. col. 2.
- Clericus proferens** verba iniuriosa Iudici laico, qua pœna puniatur. dec. 31. fol. 22. col. 1.
- Clericus quando dicatur incorrigibilis**. ad intellectum tex. in c. cum non ab homine de iudic. dec. 87. fol. 69. col. 1.
- Clericus sodomitatus, an possit** præsentari ad beneficium iuris patronatus. d. 133. fol. 102. col. 1.
- Concubinatus, ex** quibus deductis cœsetur probatus. dec. 76. fol. 61. col. 2.
- Confessio extrajudicialis**, an probetur per testes singulares. dec. 35. fol. 24. col. 2.
- Confessus incidenter** de aliquo crimine, an de eo puniri possit. d. 52. fol. 38. col. 1.
- Consensus alterius vbi in celebratione actus** adhiberi debet, an possit prætermitti, quod id, si est vile. d. 192. fol. 141. col. 2.
- Copia copiarum producta in actis, an probet**. dec. 198. fol. 145. col. 2.
- Curator hereditatis iacētis**, num possit præsentare ad beneficium iuris patronatus dictæ hereditatis. dec. 11. fol. 7. col. 1.
- Curia Archiep. Neap. an cognoscat de delictis** clericorum subditorum extra Diocesim commissis. d. 111. fol. 84. col. 2.
- Curia Archiep. Neap. an condemnet** ex præsumptionibus, & indicijs indubitatis. decif. 109. fol. 83. col. 2.
- Curia Archiep. Neap. quid observet** contra delinquentes in Ecclesia. d. 110. f. 84. c. j.

Index Argumentorum.

Curia Archiep. Neap. obseruantia, de non carcerando clericos pro debito ciuili. decif. 160. fol. 118. col. 2. & decif. 59. f. 45. col. 1.

Cursores Curia Archiep. Neap. capere non possunt clericos absq; licentia in scriptis D. Vicarij. dec. 206. fol. 151. col. j.

Cursores Curia Archiep. Neap. possint ne eorum intimationes, seu citationes declarare. decif. 15. fol. 10. col. 2.

D

Decretum Iudicis deficientibus alijs fo demnitatibus, an sufficiat in alienandis rebus minorum. d. 226. fol. 167. col. 2.

Decretum Iudicis in alienatione bonorum pupillorum, an possit subsequi. dec. 227. fol. 168. col. 2.

Deponens scire id, quod audiuit a viro fide digno, an possit puniri pena ordinaria. falsi. dec. 137. fol. 106. col. 2.

Depositiones duarum meretricum, an con iungantur. dec. 146. fol. 111. col. 2.

Diligentia pro impingandis processibus, cuius expensis fieri debeant. dec. 33. f. 23. col. j.

Dispensare cum Bigamo, quis possit. d. 39. alias 45. fol. 31. col. j.

Dispensatus ad ordines, an censeatur dispe satus ad beneficia. dec. 95. fol. 75. col. j.

Donatio facta filio ob clericatum, an possit reuocari propter ingratitudinem. decif. 19. fol. 13. col. 1.

E

Edictum Cur. Archiep. Neap. prohibens clericis accessum ad donus meretricum, an locum habeat in eo, qui semel, & casualiter inuentus fuerit. dec. 63. fol. 48. col. j.

Edictum Cur. Archiep. Neap. contra cleri cos arma portantes, an locum habeat in aggresso, qui in actu defensionis vitur illis. decif. 48. fol. 34. col. 1.

Edictum Curia Archiepiscop. Neapol. con tra clericos arma portantes, an comprehendat forenses. decif. 84. fol. 66. col. 2.

Edictum Curia Archiepiscopalis Neapol. contra clericos arma portantes, an comprehendat clericum portantem archibuteum absque fucili, seu silice, vel ca-

ne arrotato. dec. 93. fol. 73. col. 2.

Edictum Cur. Archiep. Neap. imponens pe nam asportantibus pugiones, & filictos, an locum sibi vendicat in asportate cultellum duorum palmorum, vulgo *a fronde oliua*. dec. 122. fol. 91. col. 2.

Edictum Cur. Archiep. Neap. prohibens cle ricis asportatione armorum, an liget clericum ea asportantem extra Diocesim, propè finem, ad illius fraudem. dec. 124. fol. 93. col. 2.

Edictum Cur. Archiep. Neap. cõtra clericos arma portantes, an illius pena possit (Se de vacante) executioni demandari. decif. 149. fol. 113. col. 2.

Edictum Cur. Archiep. Neap. contra cleri cos arma portantes, an locum sibi vendicat in clerico, qui accepit cultrum, vt ferret illum Magistro accomodandi gratis. dec. 167. fol. 123. col. 2.

Edictum Curia Archiepif. Neap. prohibens asportationem armorum, an comprehendat arma defensiva. decif. 208. fol. 153. col. 1.

Edictum Cur. Archiep. Neap. infligens pœ nas clericis arma portantibus, an procedat in retinentibus arma domi. dec. 209. fol. 153. col. 2.

Edictum Cur. Archiep. Neap. prohibens ar morum asportationem, dum comprehendit maiores 18. annorum, an in eo includantur etiam minores. decif. 225. f. 166. col. 2.

Emphyteusis, quæ regulariter prohibetur transferri ad manus mortuas, an procedat vbi eius concessio facta esset cum clausula (pro se, suisq; hæredibus quibuscũq;) dec. 136. fol. 105. col. 2.

Emphyteusis vedita pro libera ab omni onere, an extendatur ad onus laudemij. dec. 105. fol. 80. col. 2.

Emphyteuta, qui partem rei emphyteuti cae alteri in emphyteusim similiter concedit, an dicatur directus dominus respectu dictæ concessionis, & consequenter in ea habeat prelacionem, & alia, quæ directis dominis competunt. dec. 27. fol. 18. col. 2.

Episcopalia iura, an possit tollere benefa ctor alicuius ecclesie, per eius testa **men**

Index Argumentorum.

- tum. decif. 113. fol. 156. col. 2.
- Episcopus, an possit esse iudex in causa suæ** Ecclesie. decif. 144. fol. 110. col. 2.
- Episcopus, an possit impartiri facultatem** piscatoribus, piscandi in diebus festiuis. decif. 189. fol. 139. col. 1.
- Epūs, an possit interdicerē, nē alibi, quàm** in Parochia, missa, ac concio audiatur à Parochianis. dec. 152. fol. 115. col. 1.
- Episcopus, an possit præcipere Parocho, ut** inhabitet intra limites Parochie. decif. 145. fol. 111. col. 1.
- Episcopus, causa pendente coram eius** Vicario, an possit ad se auocare. dec. 158. fol. 117. col. 2.
- Episcopus habet intentionem fundatam su-** per collatione omnium beneficii suæ dicecesis, etiam in Ecclesijs collegiatis. decif. 101. fol. 148. col. 1.
- Exceptio aliqua, an opponi possit aduersus** executionem literarum cambj. dec. 55. fol. 40. col. 2.
- Exceptio immunitatis Ecclesie, an possit op-** poni in qualibet parte iudicij. dec. 174. fol. 130. col. 1.
- Exceptio perjurij, an sit referuanda ad me-** rita causæ. decif. 115. fol. 87. col. 1.
- Excommunicatus celebrans obtenta abso-** lutione, verum non adhuc in actis red- acta, an contrahat irregularitatem. decif. 113. fol. 85. col. 2.
- Excommunicatus confugiens ad Ecclesiam,** an gaudeat illius immunitate. decif. 94. fol. 74. col. 1.
- Excommunicatus persistens in excommuni-** catione per annum ob cõmuniam per binas citationes domi factas, an possit ut hæreticus condemnari. dec. 103. fol. 148. col. 2.
- Excommunicatus petens absolutionem ad** cautelam, tenetur explicare causam nul litatis sententiæ, eamq; saltem semiple- nē probare. dec. 91. fol. 72. col. 2.
- Exemptionem alleganti incumbit onus pro-** bandi. decif. 118. fol. 154. col. 2.
- Exemptus citatus, non cõparendo ad alle-** gandam exemptionem, an possit vti contu max puniri. dec. 163. fol. 130. col. 2.
- Executionem faciens in bonis sui debi-** toris exstentibus in Camera Ecclesie à quibus habetur aditus tum intus Eccle- siam, quam per placetam publicam, an dicatur facere in Ecclesia. dec. 171. fol. 127. col. j.
- Exequutiois Apostolici potestas quàm diu** duret. decif. 58. fol. 44. col. 2.
- F**
- Falsitas cõmissa in re parua, puta vnus** caroleni, an sit punibilis. decif. 104. fol. 80. col. j.
- Fatuitas, an excuset à pœna falsi.** dec. 130. fol. 99. col. j.
- Fideicommissum, an censeatur inductum ex-** permissione alienationis inter Infitutos tantum. decif. 29. fol. 26. col. j.
- Fideiessor de presentando aliquem, nūquid** teneatur præsentare eidem, si contingat citari pro alia causa. d. 37. fol. 18. col. j.
- Fides, an faciat fidem in casu, quo sufficere** leuior s probatiorēs. d. 99. fol. 77. col. 2.
- Filijfamilias, aut setui pro iniectione ma-** num in clericos, à quo xofotui debent. dec. 156. fol. 116. col. 2.
- Filiusfamilias clericus, carcerari an possit in** Cur. Archiep. Neap. ad instanciam patris, eb eius malos mores. d. 186. f. 137. col. j.
- Filiusfamilias confugiens ad ecclesiam, nē** corrigatur à patre, an gaudeat immuni- tate ecclesiastica. dec. 141. fol. 109. col. j.
- Filius ergo hæres, quomodo intelligatur.** decif. 141. fol. 110. col. j.
- G**
- Gratiam impetrans de delicto, quo ca-** su valet theta gratia, nō expresso alio delicto. decif. 116. fol. 87. col. 2.
- H**
- Hæres donatarij iuris patronatus, an** possit impetrare assensum Epi, post eius mortem. decif. 224. fol. 165. col. 2.
- Hæres institutus cum expressa prohibikione** alienandi bona hæreditaria, num illa alte- nãdo, possint vendicari à substitutis eius vira durante, vel post eius mortem. dec. 28. fol. 19. col. j.
- Homicidium sequutum ex appositione ma-** num ad guttur, an dicatur casuale. dec. 173. fol. 119. col. j.
- I**
- Impedimentis affirmatis quæ aliter, & ex qui-** bus probatum cõsistit. d. 169. f. 125. col. j.

Index Argumentorum.

Indicia graua, & vrgentia, an purgētur per torturam, quoad penam extraordinariā. decif. 73. fol. 58. col. 2.

Indicia noua quæ dicantur, vt tormenta iterari possint. dec. 154. fo. 115. col. 2.

Indultus de delicto, an possit torqueri. decif. 38. fol. 26. col. 2.

Interdictū, in quo loco debet affigi, vt liget contrauentientes. dec. 65. fol. 49. col. 2.

Inuentarium confectum iuxta mores Ciuitatis Neap. absq; tamen iuris solemnitatibus, an suffragetur. d. 67. fol. 51. col. 2.

Irregularis an sit, a dolens muliebria passus. dec. 60. fol. 45. col. 2.

Irregularitas, an contrahatur ex sola assistētia in homicidio. decif. 14. fol. 23. col. 2.

Irregularitas contracta ex homicidio voluntario, an tollatur ingressu Religionis. decif. 82. fol. 65. col. 2.

Itineris arreptio, an obtineat vim appellationis. dec. 153. fol. 115. col. j.

Iudex, an possit concordare dicta testiu, data ipsorum imparitate in numero. decif. 193. fol. 142. col. 2.

Iudex cui non competit aliqua qualitas tribuens ei iurisdictionem erga delinquentem ab eo captum, an teneatur eundem liberare, an autem ad eius Iudicem competentem remittere. d. 49. f. 35. col. j.

Iudex ordinarius, quando efficiatur delegatus. decif. 205. f. 150. col. 2.

Iudex, quando censetur reiecit exceptiones propositas, per processum ad vteriora. dec. 176. fol. 131. col. 2.

Iudicium, an possit inchoari ab aliculis. decif. 78. fol. 63. col. j.

Iuramentum suppletorium, an sit præstandū ei, q; alias peierauerit. d. 164. f. 121. col. 2.

Ius patronatus, an q; possit acceptare, & hæreditatem repudiare. d. 126. fol. 95. col. j.

Laicus deserens habitum clericalem, absq; licentia Cur. Archiep. Neap. an puniatur, & qua pena. d. 107. f. 82. col. 2.

Laiicus ob manus violentas in clericum, excommunicatus, an possit absolui, offerens satisfactionē ipsi percusso nolenti reconciliari. dec. 86. fol. 68. col. j.

Legata pia, an patiantur diminutionem, nõ exillente hæreditate sufficiente pro om-

nibus alijs legatis. d. 121. fol. 163. col. 2.
Libris Aromatariorum, non exhibitis receptis, an sit credendum. d. 106. f. 81. col. 2.

M

Malicia, quando dicatur supplere ætatem in causa matrimoniali. dec. 26. fol. 14. col. j.

Mancipia, vulgò schiaui, an de recenti effecti Christiani admittantur ad testimonium ferendum contra Christianos. dec. 51. fol. 37. col. i.

Mandans vulnerare aliquem, pecunia mediare, nõ sequuta morte, an dicatur assensus, adhuc vt fugiens ad Ecclesiam, nõ gaudeat eius immunitate. d. 112. f. 85. col. j.

Manus appositio Papæ non officit quoad beneficium iuris patronatus laicorum. dec. 188. fol. 138. col. 2.

Medicus si præbeat medellā ante obtentam dispensationem super eius irregularitate, an censeatur subreptitia dispensatio, non facta mentione de dicta medela medio tempore præstita. decif. 187. fol. 138 col. j.

Meretrix, an teneatur soluere decimas. dec. 143. fol. 120. col. j.

Minor, an puniatur pena ordinaria pro homicidio proditorio. dec. 77. fol. 62. col. j.

Monachus, quando agit in iudicio, consensus superioris an debeat præcedere, vel sufficiat subsequi. dec. 6. fol. 4. col. j.

Monitoria, num sint concedenda pro scienda veritate. dec. 1. fol. 1. col. 1.

Mulieris cõquestus solus de vicio nefando, an sit sufficiens de per se ad separationē thori. dec. 71. f. 66. alias 56. col. 2.

N

Notarius Apostolicus, an possit stipulari instrumenta in causis prophanis in Regno. dec. 125. fol. 94. col. j.

Notarius conficiens fallitatem in instrumento alias nullo, an possit puniri pena ordinaria falli. dec. 135. fol. 104. col. j.

Nouerca, an possit deponere in fauorem sui priuigni. dec. 117. fol. 159. col. 2.

Novitus Hospitalis S. Antonij de Vienna delinquens extra claustra, an possit à loci Ordinario puniri, ex vi Conc. Trident. dec. 213. fol. 165. col. j.

Novitius in Religione Canonicorum. Re-

Index Argumentorum:

- gularium resignans beneficium iuris patronatus ad fauorem certæ personæ in manibus Sanctissimi, nulla facta mentione iuris patronatus,** propter quod resignatio non habuit effectum, an facta professione in Religione, & patronis alium præsentantibus, possit redire ad dictum beneficium, an vero sit institutus præsentatus. decif. 107. fol. 151. col. 2.
- Nuncius Apostolicus, an cognoscat de illicita negotiatione facta per Magistrum Actorum foraneum Ordinarij.** decif. 69. fol. 64. alias 54. col. 2.
- O
- Occidens amicum reconciliatum, an dicatur proditor.** dec. 168. f. 124. col. 2.
- Occidens inimicum à tergo, an dicatur proditor, vt non gaudeat immunitate ecclesiastica.** dec. 80. fol. 64. col. j.
- Offendens eos, qui non sunt comprehensi verbis extrauag. si de protegendis, an dicatur impeditor Sancti Officij.** dec. 74 fol. 59. col. j.
- P
- Parochi indignè, & irreuerenter tractatis Sacramentalia pœna.** decif. 96. fol. 75. col. 2.
- Parochi omittentis fidei professionem pœna, & causæ ex quibus veniat excusatus.** dec. 220. fol. 162. col. j.
- Parochus ad hoc vt possit baptizare cum clausula (si non es baptizatus) quod nam dicatur dubium probabile. ad ornatum rex. in c. de quibus, de baptis. dec. 127. fol. 96. col. 2.**
- Parochus, an possit prohibere nè cadauca punitorum alibi, quam in sua Parochia sepeliantur.** dec. 215. fol. 158. col. 2.
- Parochus, qui non docuit Doctrinam Christianam tuos Parochianos, qua pœna sit puniendus.** dec. 22. fol. 15. col. 1.
- Pater, an possit præsentare filium ad ius patronatus.** decif. 39. alias 36. fol. 125. col. j.
- Patronus duobus, quorum alter est Baro, alter priuarus, concurrentibus ad præsentandum in beneficio iuris patronatus, an presumatur vsurpatio.** d. 21. fol. 14. col. 2.
- Peccator, an sit relaxandus è carceribus sub iuratoria cautione.** d. 114. fol. 86. col. 1.
- Personæ indultria, ex quibus conceturis censetur electa.** dec. 88. fol. 69. col. 2.
- Petens debitum solum, non incidit in crimen stellionatus, nisi effectualiter exegerit.** decif. 40. fol. 17. col. 2.
- Petens rescissionem transactionis, an sit audiendus, acceptis prius nõ restitutis.** decif. 127. fol. 88. col. 2.
- Praxis super recognitione apocharum, quæ nam sit.** dec. 183. fol. 135. col. 2.
- Præcedere illi debent in controversia, & lite pendente manuteneri debent, qui tempore litis moræ reperiuntur possidere.** decif. 132. fol. 101. col. j.
- Præcedere illi debent in processibus Religiosorum, qui sunt antiquiores in loco.** dec. 131. fol. 100. col. j.
- Privilegium Ecclesiæ, vt possit cogere vicinum ad vendendū domum pro eius ampliatione, an extendatur ad locationem.** dec. 10. fol. 6. col. 2.
- Prohibitus expressè rem alienare, an prohibeatur eandem rem in emphyteusim concedere.** dec. 32. fol. 21. col. 2.
- Q
- Quæsiatio facta sub prætextu solutionis, deinde non sequitur, an noceat quietanti.** dec. 75. fol. 60. col. j.
- R
- Rapiens Nouitium à Religione, libidinis causa, an puniatur pœna raptus.** dec. 214. fol. 157. col. 2.
- Rector ad esse, vt valeat uti honoribus, iuribus, & præcedentijs in eius Ecclesia, potest Episcopus assignare horam, & tempus diuina celebrandi.** decif. 68. fol. 63. alias 53. col. 1.
- Regula, quod præsentatus ad beneficium iuris patronatus debeat exhiberi personaliter, & sensibus corporeis coram Ordinario, an locum habeat in personis notis, & valdè qualificatis.** decif. 139. f. 108. col. 2.
- Regulares, an possint facere processiones extra claustra.** dec. 90. fol. 72. col. j.
- Rem non posse per alios testes probari, qualiter intelligatur.** d. 218. f. 160. col. 2.
- Res furtiua reperta pœnes aliquem, quando faciat indicium contra illum.** dec. 50. fol. 36. col. 1.
- Reuelatio confessionis, qualiter probanda**

Index Argumentorum.

- veniat. dec. 190. fol. 140. col. 1.
Reuelationes vigore litterarum monitoria-
 lium factæ, an profint agenti in iudicio
 caularum criminalium. dec. 219. fol. 161.
 col. 1.
Reus pauper, an habeat expensas litis ab acto
 re. dec. 56. fol. 42. col. 1.
Reus, si declarat habere testes pro repetitis
 præter mortuos, & absentes, an qualitas
 absentiarum, vel mortis sit probanda per ip-
 sum reum, vel per fiscum. dec. 210. f. 154.
 col. j.
Ritus M. C. V. 166. in liquidatione instrumē-
 ti contra clericum, an seruetur in Cur. Ar-
 chiepisc. Neap. d. 155. fol. 116. col. 1.

S

- S**acerdos celebrans absq; licentia Cur.
 Archiep. Neap. qua pena punitur. dec.
 150. fol. 114. col. 1.
Salarium, an sit dandum procuratoribus,
 quando non fuit conuentum. decif. 85.
 fol. 67. col. 2.
Sæuitiæ quales esse debeant, vt dicantur suf-
 ficientes ad separandum matrimonium.
 dec. 121. fol. 91. col. j.
Sententia debet ferri iuxta petitionem fa-
 ctam in libello, licet narrata in articulis
 repugnent. dec. 5. fol. 3. col. 2.
Sententia, qua præcipitur, appellatione pen-
 dente nihil est innouandum, an sit inter-
 locutoria. dec. 212. fol. 155. col. 2.
Sententia Vicarij Ultramontani asserentis
 mulierem, aliquem nõ habere maritum,
 an sufficiat ad effectum vt possit contra-
 here matrimonium in Ciuitate Neapol.
 dec. 170. fol. 126. col. j.
Separatio thori, an concedatur, si os malè
 oleat, ita quod arte medica curari non
 possit. dec. 66. fol. 50. col. 2.
Sequitrum, an concedatur creditori instru-
 mentario contra debitorem, cui interdi-
 cta est administratio bonorum, & decla-
 ratus prodigus. dec. 4. f. 27. col. 2.
Socij criminis, qui fuit suspensus, dictum, an
 faciat indicium ad torturam contra so-
 cium. dec. 24. f. 16. col. 2.
Socius itineris, an possit testificari pro socio
 offenso. dec. 2. fol. 2. col. j.
Sponsalia contrahens sub conditione, si dos
 sibi soluat intrā certum tempus, an si

- pèdente cõditione solutionis dotis, puel-
 lam deosculatus fuerit, cenfeatur condi-
 tioni renunciaffe. d. 195. fol. 143. col. 2,
 Stylum non præsumi, sed allegari incumbere
 onus probandi. d. 53. fol. 38. col. 2.
Subcollector deputatus in vna Diocesi, delin-
 quens in alia, an sit exemptus à iuri-
 dictione Ordinarij. d. 178. f. 132. col. 2.
Subditus, an possit se tueri regula de trien-
 nali à Iuersus eius Episcopum. decif. 16.
 fol. 11. col. j.
Subreptio gratiæ, an sit probanda per fisci
 an verò per eum, qui gratiam obtinuit
 debeant iustificari narrata. dec. 108. fol.
 83. col. j.

T

- T**erminus, an debeat dari in habitatio-
 ne à iuramento, parte aduersa compa-
 rente. dec. 30. fol. 21. col. j.
Terminus, an sit concedendus aduersus lic-
 teras cambij. dec. 166. fol. 123. col. j.
Testes de immemorabili deponentes, an sit
 necesse, quod deponant requisiti singuli
 de singulis, an verò sufficiat omnes in vni-
 uersum. dec. 161. fol. 129. col. j.
Testes duo deponentes de his, quæ viderūt
 in minori ætate, an conuincant. dec. 151
 fol. 114. col. 2.
Testes duo inhabiles, & nõ omni exceptio-
 ne maiores, an conuincant in criminibus
 occultis. dec. 196. fol. 144. col. j.
Testes probantes sæuitiam ad effectum sepa-
 randi matrimonium, cuius qualitatē esse,
 & quomodo deponere debeant. dec.
 120. fol. 90. col. 2.
Testis, an possit interrogari de certa hora
 rei gestæ, elapsis iam sex mensibus. dec.
 25. fol. 17. col. j.
Testis ex intervallo, an in fauorem fidei pos-
 sit dictum suum corrigere. d. 57. fol. 44.
 col. j.
Testis varius, quis dicatur. d. 148. fol. 112.
 col. 2.
Tex. in cap. ad falsarium de crim. fals. di-
 spositio, an locum habeat contra falsifi-
 cantes literas Cardinalis scribentis no-
 mine Sanctissimi. dec. 36. alias 42. fol. 28
 col. j.
Tex. in c. sanè de for. comp. an procedat in
 bonis mobilibus. d. 79. f. 64. col. j.

Index Argumentorum.

- Tex.** in l. cōgruit C. de locat. prædior. lib. xj. an procedat in prædijs ecclesiæ. d. 181. fol. 133. col. 2.
- Tex.** in l. quorics C. de reiuendic. an procedat ecclesia vendente. dec. 177. fol. 132. col. 1.
- Tormenta,** an mutentur in Cur. Archiepisc. Neap. dec. 102. fol. 79. col. 2.
- Torto** persistente in negatiua, quid agendum. dec. 101. fol. 79. col. 1.
- Tortura,** an iterati possit vbi apparet torti illulisse tormentis, illaq; euasisse per aliqua medicamenta. dec. 103. fo. 79. col. 2.
- Tortura,** an possit inferri pro re pecuniaria. dec. 39. fol. 27. col. j.
- Tutor,** an possit erigere ius patronatus de rebus pupillorum. dec. 13. fol. 9. col. j.
- V**
- V**icarius, an dicatur suspectus in puniēdo eum, qui falsificauerat eius sigillum. dec. 54. fol. 39. col. 2.
- Vicarius,** an possit minuere penam iactam per edictum Episcopi. dec. 14. f. 9. col. 2.
- Vicarius,** an possit præstare cōsensum ad fundandum ius patronatus. d. 140. fol. 109. col. j.
- Vicarius,** an teneatur admittere appellationem ab eius decreto de præseruandis exceptionibus ad merita causæ. dec. 26. fol. 18. col. j.
- Vicarius Capituli Sede vacante,** an possit exequi dispensationes directas Vicario Episcopi. dec. 38. alias 44. fol. 30. col. 2.
- Vicarius nouus,** an debeat iterū citare parrem absentem, & contumacem. dec. 194. fol. 143. col. j.
- Vicarius,** quodnā genus probationis mortis admittere debet, ad hoc vt concedatur licentia contrahendi secundum matrimonium. dec. 18. fol. 12. col. 2.
- Vicinus,** an possit cogi ad vendendam domum Ecclesiæ pro ampliacione Capelle. ad intellectum tex. in l. si quis sepulchrū ff. de relig. & sumpt. funer. dec. 147. fol. 112. col. 1.
- Vicinus,** an possit compelli ad vendendam domum pro ampliacione Hospitij Religioforum. ad ampliacionem tex. in l. nec emere C. de iur. deliber. dec. 138. fo. 107. col. j.
- Vir,** cui non constat de adulterio vxoris, si sumit sacrum ordinem, suspectus est de fide. decif. 123. fol. 92. col. 2.
- Votum** castitatis se non emisisse quis asserens, an ei credatur. dec. 4. fol. 3. col. 1.
- Vouens** certum Monasterium, seu certam Religionem intrare, si ibi non recipiatur, an liber manet, ita quod possit contrahere matrimonium. dccif. 175. fol. 130. col. 2.
- Vsfructuarius** omnium bonorum, habet ius præsentandi ad beneficium. dec. 23. fol. 16. col. j.
- Vsfructus,** an differat à commoditate fructuum. dec. 118. fol. 89. col. 1.

F I N I S.

DECI-



DECISIONES CURIAE ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLITANAE.

AUTHORE

IO. ALOYSIO RICCIO

Canonico, ac Viro Patricio Neapolitano, vno
ex Consultoribus eiusdem Curiae.



S P M M A R I P M

- 1. *Monitoria concedi debent pro scienda veritate alicuius rei, contra scientes scilicet, & non reuelantes.*
- 2. *Monitoria concedantur ad hoc, ut quis exeat a peccato.*

Monitoria nūm sint concedenda pro scienda veritate.

DECISIO I.

Monitoria pluribus dicitur in Curia Archiepiscopali Neapoli. vbi an debeant concedi monitoria sub pena excommunicationis ad sciendam reuelationem facientem probandam veritatem declarationis, ab eis & parte, & extra iudicium factae, alicuius rei gratis, praesupposito in ea interesse parentis dicta monitoria? Dicebatur primò pro parte negatiua praedicta monitoria non esse concedenda, nisi seruata forma Concilij Trident. sess. 21. de reformat. c. 3. & sic non ex qualibet re vulgaris, & quia confessio extrajudicialis facta, parte absente, non inducit praesudicium, etiam non probat contra-

confitentem, & certum est, si quis absente sit de confessione, ergo non debent concedi.

Secundò, quia occasione dictae excommunicationis, partes solent procurare falsas acerationes per viam reuelationis, & sic daretur occasio committendi peccata, quod nequaquam debet permitti cap. fin. de iniurijs.

Tertio, quia excommunicatio generalis, non ligat nisi existentes in peccato mortali, cap. nullus 14 q. 3. sed in causa proposita, non potest considerari peccatum ex parte testium, ergo excommunicari non possunt.

Quarto & vltimo, dicta monitoria nequaquam concedi debent, nisi quando veritas alunde haberi non potest. Sor. in 4. dist. 17. q. 1. ar. 2. Silua. Nupt. in verb. monitoria. Probis etc. de const. in secto, sed hæc veritas haberi potest a psonis, a quibus dictam reuelationem esse factam, didici, ergo.

Non obstantibus his, contrarium dicta monitoria ad finem reuelandi, sunt remissa à Conc. Tridentino Episcopis, qui in rebus grauius, & casibus diligenter, ac mature examinauerunt, quæ animarum eius mouent concedere debeant: & quia pro habenda veritate alicuius rei, potest fieri excommunicatio contra scientes, & non reuelantes, resp. ad nossum, si secundo, de iur. i. ergo causa pro scienda veritate alicuius rei gratis, alicuius scilicet

ad mouendum eius animum, vt concedatur, præberetur enim occasio peccandi, dum non manifestaretur veritas c. t. de crimine falsi.

Nec obstat in contrarium adducta; & primo, quod probata confessio extraiudiciali facta, parte absente, nihil releuet, cum non probet contra confitentem, nam bene probat de æquitate canonica, Puteos dec. 52. lib. 2. & etiam de rigore iuris quandoq; probat semiplenè, & quandoq; plenè, vt per Mascard. de probat. conclus. 347. per totam.

Nec obstat secundo, monitoria non debere cõcedi, vt in de inducatur ad peccandum, sed potius ad euitanda peccata; nam in casu nostro conceduntur, ne quis permaneat in peccato, & reuelando veritatem exeat à peccato d. c. 1. de crim. falsi.

Nec obstat tertio, quod in casu proposito, respectu testium, non possit considerari peccatum, scientes enim veritatem alicuius rei, & non reuelantes in peccata incidenti, d. c. 1.

Nec obstat quarto & vltimo, posse haberi veritatem, absque monitorijs huiusmodi à personis quæ sciunt confessionem esse factam, nam hoc non semper est verum, cum fortasse ab unico teste, vel à teste de auditu dicerent, & concedendo dicta monitoria reuelaretur alij testes, qui fuerunt presentes, qui ignorabatur, ac sic probaretur veritas, quæ præualere debet falsitati, vel opinioni, Rot. Rom. dec. 8. de test. in antiquis. Bene verum tamen est, quod cum concedere dicta monitoria sit arbitrarium, quando esset suspicio falsitatis, possent denegari.

S Y M M A R I V M.

- 1 Edictum de testibus est prohibitorium.
- 2 Socius itineris non potest pro off. cõsocio testificari.
- 3 Ad repellendam istam si sufficiat quod causa iniuriam subsistat, et el subde præsumitur.

Socius itineris, an possit testificari pro socio offenso?

D E C I S I O I I.

Ratio, quæ inducit dubitationem pro opinione affirmatiua est, quod edictum de testibus est prohibitorium, l. mutus, & ibi communiter omnes ff. de procurat. gloss. & ibi Bal. in rub. s. de testib. & idem Bal. conf. 22. vol. 1. & in conf. 113. vol. 2. Alex. cõf. 13. vol. 1. & omnes admittuntur ad dependendum, quibus nõ reperitur expressè prohibitum, gloss. d. rub. s. de test. & Misling. cent. 6. obseru. 8.

Contrarium fuit dictum in Curia Archiep. supradictis non obstantibus, nam fuit dictum, non potuisse admitti ad deponendum quemdam clericum forium tempore alterius clerici inquisit de homicidio in dicto itinere, cuius decisionis ratio est illa, quæ desumitur ex conclusione firmata per C. gpositum conf. crim. 32. nu. 7. & per Gramat. dec. 25. nu. 1. & 2. Foller. inter conf. 171. nu. diuersorum conf. 137. col. 1. & 2. in 1. & in conf. 26. nu. 2. tom. 1. quod socij itineris, seu qui reperie-

bentur in societate alicuius, quidò est offensus, aut iniuriatus non possint testificari pro dicto socio super tali offensa, vel iniuria. quæ dicitur testificari in causa propria, ex quo talis iniuria facta socio itineris, dicitur eis facta, vt notat gloss. in l. item. apud Labeonem §. teneur ff. de iniur. & consequenter præsumuntur effecti inimici offendentis, & iniuriantis. Ad repellendum itaq; testem factis est, quod causa inimicitie subsistat, vel subsiste præsumatur, etiam sine offensa, secundum Innoc. in c. cum P. I. & A. nu. 1. in fin. extra de re iud. quem in proposito refert, & sequitur Cepollin conf. 32. nu. 6. & Alex. in conf. 99. nu. 2. lib. 1. & Marf. de alios plures ad hoc referens in suo ling. 178. & in l. §. præterea nu. 3. ff. de quæst. Propter quod concludit idem Foller in d. conf. 137. sub n. j. verum verum est, & in si, quod nec iudicium faciunt ad torturam, nam non solum repellantur, sed repellentur, vt ibi per eum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Citatio generalis ad totam causam, & omnes actus, contumacia non obstante. Et est legitima.
- 2 Facta generalis citatio procedi solet in ipsa causa, & pronuntiatur etiam definitiue absque ulteriori citatione.
- 3 Citatio generalis actus citationum ad duo, scilicet ad comparandum in termino, & comparandum ad causam.

Citatio generalis an sufficiat? & quid obseruatur in Curia Archiepiscopali?

D E C I S I O I I I.

Solent citari partes ad totam causam, & ad omnes, & singulos actus eiusdem cause, vsq; ad definitiuum inclusiuè cum comminatione, quod aduersus citatos, contumacia non obstante, procedatur ad cognitionem, & pronunciationem, & huiusmodi citationem de iure subsistere etiam tenet Innoc. in c. consulti de offic. delegat. Bal. Ang. & Imol. in l. qui ante kalendas ff. de verb. oblig. Spec. tit. de citat. §. vno vers. item licet in die, & Io. Andr. in d. c. consulti, item Bart. in extra. ad de reprimendam, in verb. per ed. cum; Contrarium tamen, videntur tenuisse Io. Andr. in addit. ad Spec. in d. vers. item licet, Bart. d. c. consulti, & Panor. in c. vltimo col. 34. de dilat. videlicet quod talis citatio generalis non sit permissa nisi ex causa, quando scilicet persona citanda esset in longinquis partibus, per c. tum ex heredis ad si. de integ. test. & c. 4. h. de dolo, & contra. sed prior opinio sicut est communior, ita quoq; frequentatur, vt facta huiusmodi generali citatione, procedi solcat in ipsa causa, & pronuntiari etiam definitiue, absq; ulteriori citatione, pro qua est tex. ad literam in l. qui crimen, ibi, vt veniat ad causam peragendam, C. qui accusare non possunt Dom. de Rot. dec. 96. in nouis. Iusse. Barb. dec. 24. cent. 1. In quibusdam tamen causis plures citationes requiruntur, vt in causis purgationum, & in materia, diffamari C. de inge. & manu. vt ibi.

Porro talis citatio generalis ardet citari ad duo, scilicet ad comparandum, in termino, & ad comparandum ad causam: vnde licet Actor, & Reus in primo termino non compareant, tamen si Actor deinde in alio termino veniat, & Reus non, proceditur ad petitionem Actoris in contumaciam Rei ad proclama, sitq. deinde vltior progressus, vsque ad diffinitiuam: licet enim primus citationis actus sit comparatio in termino citatus ductus, & deletus, tamen secundus effectus, nempe comparatio ad causam durat, decif. Rotæ 354. in antiq. Ideo fuerunt aliquando in causis promulgata decreta in contumaciam Rei sic citati, etiam si actor post primum terminum ad duas, vel tres hebdomadas demum comparuerit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Creditor mulieri afferenti cum iuramento se non euisse castitatem, ad finem ne impediatur à contrahendo matrimonium.*
- 2 *Vbi dubitatur an votum fuerit emissum, sumenda est interpretatio pro libertate.*

Sit nè credendum dicto afferenti, se non emisisse votum castitatis?

D E C I S I O I V.

Mulier contrahere volenti matrimonium, opponere, se emisisse votum castitatis; ideo per Curiam Archiepiscopalem mandatum fuit Parocho loci, ne dicta mulier ad sic contrahendum admitteretur, sed pro parte mulieris petebatur licentia contrahendi matrimonium, negando, se emisisse votum castitatis. Fuit dubitatum an esset adhibenda fides eius assertioni? & sicut resolutum affirmatiue, praestito tamen per eam iuramento; quam decisionem fundauimus ex infrascriptis. Primò, quia in his, quæ dependent ex conscientia alterius, statum eius dicto cum iuramento, Bal. conf. 423. colu. 1. Alex. conf. 16. Alban. conf. 60. nu. 7. & seq. glo. in c. proposuisti in verbo non probatur dist. 81. dicit quod probat, qui aliquid dicit, praestito iuramento: & in c. in lectum 34. q. 1. extra de sent. excom. c. si verò, il secundo, in notab. 4. q. 5. c. quifquis in fin. de homicid. & ratio est, quia vix creditur, quem fore immemorem propterea salutis. 1. quæst. 7. c. fancimus: & illi magis est adhibenda fides, qui est conscientis veritatis. Secundò, quia quæ in animo nostro consistunt, iurata assertionem probantur, Bart. in l. Celsus nu. 6. ff. de vsucap. Rom. conf. 76. nu. 5. & conf. 310. nu. 9. & conf. 398. num. 5. Alciat. praesumpt. 16. in princ. in 3. regul. la. c. 8. sed iste nu. 88. in l. de act. & in Ladmonendi nu. 309. de iure iur. Rota dec. 3. de resp. in nouis, Marf. in verb. eodem de probat. num. 122. Mascard. de probat. concl. 954. num. 5. Seraphim. de pruisleg. iuramen. pruiil. t. vide tamen Marf. in l. 1. nu. 78. c. ad l. g. Cornel. de iur. Hinc est quod allegans animum se non habuisse occidendi, probat suo dumtaxat iuramento, in l. Ladmonendi nu. 310. de iure iur. Tib. Decian. conf. 93. sub num. 95. lib. 2. Hinc

etiam oritur, quod assertionem iurata affirmantis, probatur aliquid factum fuisse calore iracundia, Berous conf. 189. num. 7. lib. 3. Similiter ad probandum quem fecisse aliquid, ex aliqua causa, morum, eius iuramento probatur Gabriel. de criminal. conclus. 8. num. 69. & aliquid factum, fuisse timore partis similiter iuramento probatur, nam timor consistit in animo, Petr. Ant. Anguisol. in conf. t. nu. 10. lib. 5. Burfa. conf. 333. nu. 17. lib. 3. quod verum credimus, quando concurrunt alique coniecturae, vt inquit Anguisol. ibi, & quod denunciator, animo calumniandi, crimina non denunciauerit eiusdem denunciantis iuramento probatur gl. in c. fi. vbi Abb. n. 7. de calumniator. & an casu, vel dolose, & ex proposito aliquis afferit homicidio standum est ipsius iuramento, Cephal. qui alios inducit conf. 76. lib. 1. Burfa. conf. 316. n. 27. lib. 3. filius habitans domi patris, quamuis praesumat animo educandi, quoniam actio pendet ab animo, standum est eius iuramento, si asserat tali animo non habitasse, ex congestis ex Seraph. de prui. iuram. pruiil. 3. nu. 2. & seq. Trauell. de praescrip. 2. glo. vnica colu. 3. vers. quibus in casibus: eademq. ratione probatur, quod animo inhabitandi aliquis se contulerit ad ciuitatem, Tib. Decian. conf. 93. nu. 9. lib. 3. & quod ob ignorantiam proprii iuris, & ob errorem, aliquis fecerit aliquem actum iuramento probatur, idem Decian. conf. 66. nu. 83. & seq. lib. 3. Si quid prohibitum reperitur domi, quod ignorabatur adesse iuramento probari valet, idem Decian. conf. 93. nu. 91. 92. & seq. lib. 4. quod iusta causa discesserit, aut fugerit, Seraph. de pruiil. 3. nu. 3.

- 2 Tertio, quia conclusio iuris est, quod vbi dubitatur an votum fuerit emissum, sumenda est interpretatio pro libertate, & sic contra votum, ita Medin. in summa. c. 90. Lopez in instruct. conscientiae par. 1. c. 45. & c. 84. Rodriq. in summa. tom. 2. c. 99. conclus. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quando erat clara petitio in libello, non potest ferri sententia iuxta narrata in articulis.*
- 2 *Vbi petitio est particularis, sententia vero generalis, reducitur ad particularem petitionem.*

Sententia debet ferri iuxta petitionem factam in libello, licet narrata in articulis repugnet.

D E C I S I O V.

Licet pluries sit decisio in Cur. Archiepiscopali, sententiam posse ferri iuxta narrata in articulis suis tamen dictum hoc minime procedere, nec locum habere, vbi extat clara petitio in libello, quæ conclusio locum habet etiam si in articulis narrata contradiceret petitioni, vt probatur in l. vt fundus ff. de comuni diuid. vbi sententia debet esse conformis libello, lae prosequitur la. vbi ponit ampliationes, & limitationes dictæ regulæ in l. vni. ff. de cert. per. & probatur

in l.f. C. de fideicommiss. libertatibus, ubi factus dicitur ille Iudex, qui ultra petita condemnat, ad idem expenditur tex. in l.f. mater §. d. nique vers. si quis de except. rei iudic. ubi si petitio est particularis, sententia licet esset generalis, reducitur ad particularem petitionem, imò si petitio esset particularis, prosequutio, & sententia vniuersalis, exceptio rei iudicata, non obstat, nisi in petitis particulariter: Nā origo petitionis attenditur d. l. si mater §. & an eadem cum gloss. in verb. origo, & ita in terminis Soccin. in conf. 18. col. pen. vol. 1. qui multos allegat, & Soc. Iun. in c. ad aduersario nu. 12. de excep. secundum Ann. in alleg. 48. vnde quando petitio est particularis de seruitute prescripta, licet prosequutio fuisset magis larga in articulis, non obstat exceptio, nisi in petitione particulari, nam quando libellus est particularis, licet in articulis productum esset aliquid largius, & plus super illo, pluris iudicandum non est: ita Io. Anst. in c. ex conuentione de resit. spoliat. Faber. instr. de replicat. in principio, Loffred. cumulat in conf. 24. col. 6. vnde secundum eundem Ann. in singu. 312. libellus debet continere ea quae in iudicio petuntur, & non iudicatur nisi super deductis in libello, nam super deductis in articulis tantum, vt fertur sententia, nisi improprando libellum, & fertur fuisse iudicatum in causa Vniuersitatis Casularum, cum Magnifico Io. Vincentio Crispiano eius vili Domino, super pasculo animalium magnorum, Nam in libello tantū erat dictum, quod tuerat spoliatus pasculo siluarum in grauaminibus contentarum, & in articulis verificauit fuisse spoliatum à pasculo tam pecorum, quam aliorum animalium. vnde Aduocatus partis dicebat non esse intentatum pro animalibus magnis, & contra replicabatur in oppositum, quia libellus ipse generalis tandē fuit lata sententia etiam super pasculo pecorum de anno 1572. mense Septembris, & mense Decembris 1575. fuit lata sententia in Reg. Camera Crispo Actuario.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosus non potest instare in iudicio absque superioris consensu.
- 2 Acta facta in iudicio à Monaco, conuolidantur per superuenientem superioris consensum.
- 3 Quando consensus non requiritur certo, & limitato tempore, tunc actus conuolidantur quandocunque dictus consensus superuenierit.

Consensus superioris, an debeat praecedere vel sufficiat subsequi, quando Monachus agit in iudicio?

D E C I S I O V I.

Religiosus comparuit in Curia Archiepisc. instando contra quemdam clericum, cuius pro parte dicti clerici opponeretur de nullitate actuum ob defectum consensus superioris & cum dictus Religiosus egisset, vt eius superior praebet consensus, fuit dubitatum in dicta Curia, an acta nulla conuolidarentur ob superueni-

entem consensum: & dictū fuit veram esse iuris conclusionem, Religiosum non posse instare in iudicio absque consensu superioris, clem. Relig. de procurat. Salv. in auth. causa quae sit C. de episc. & cler. post Innoc. in c. eodocor de rescrip. Cappell. Tholo. in deci. 2. ita vt nec possit procurator constitui absque consensu dicti superioris eadem Innocent. cap. cum I, & A. de sent. & re iud. & eadem Capp. Tholo. in deci. 12. 4. & 12. 5. & ita tenuit Rota testis Achil. de Grassis in decis. vnica de regular. Cuius tenor est videlicet, Monachus licet nō possit esse in iudicio, nec constituere procuratorem, absque licentia sui immediati superioris, iux. text. in clem. relig. de procurat. quod ampliauerunt Domini in vna Pampilonen. coram eodem de anno 1548. etiam si Monachus in capitulo congregato fecisset tale mandatum: & non appareret, quod in dicto Capitulo esset prior: Tamen in eadem voluerunt Domini, quod si causā fuisset commissā contra Monachum, & Monachus fuisset citatus, & constitutus fuisset procurator ab eodem, quod teneret processus; tum quia citando videtur approbasse inhabilem, vt post Panorm. in c. cum inter de excep. latē Dec. in l. f. n. 45. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & maxime quia comparet pro defensione suae ecclesiae, prout tradunt omnes DD. in d. clem. & habetur in decis. nostra 221. in nouis.

- 2 His sic praehabitis, redeamus ad propositum casum; Dicebatur praedicta acta nulla, conuolidari per superuenientiam dicti consensus superioris, ex doctrina Bart. in l. 5. §. hoc iure ff. de excep. rei iudic. ubi voluit, quod quando aliquid est nullum ratione consensus deficientis, conuolidatur quandoque interuenit dictus consensus, idem Bart. in l. licet ff. de ferijs, ubi acta nulla ex defectu consensus ob superuenientiam consensus validatur. Et hoc maxime procedit ubi consensus non requiritur certo, & limitato tempore, vt per Bal. con. 22. lib. 4. ad idem expenditur tex. in l. quid ergo ff. de his qui notant. infam. quem ornat Bar. in l. obligari §. tutor ff. de author. tutor. & Bal. in l. quicumque C. de bon. quae liber. ubi si consensus qui ab initio debet praestari, non fuit praestitus quandocunque praestatur, validat actum, prout dicitur de actis factis per procuratorem carentem mandato, nam per superuenientiam mandati, dicta acta validantur, & dicuntur valida, idem in alienante rem alienam, nam per superuenientiam consensus superioris, valida erit alienatio, l. aliena res ff. de pignor. act. Nam dicebatur ad hoc facere illud de consensu patris filio comparanti in iudicio, nam licet ab initio non fuerit praestitus, quandocunque tamen praestetur validat iudicium, ex decis. Affl. 180.

S V M M A R I V M.

- 1 Diuisio beneficij in dubio est prohibita.
- 2 Circa hanc beneficiorum diuisionem adducitur duae Rotae decisiones.

Diuisio beneficij in dubio non praesumitur quamuis per aliquod temporis spatium apparet de status mutatione.

DECISIO VII.

IN caufa iuris patronatus quond. Petri de Minutulis fundatoris quatuor Capellaniam, fuit refolutum in dubio non effe prafumenda diuifionem dictarum Capellaniam in decem, ex eo quod diuifio, feu feftio beneficiu prohibita eff in Conc. Turonen. vt in c. maiorib. &c. dilecto de prabe. vbi Abb. & alij, Lamber. to. 1. p. a. q. 7. art. 17. de iu. patr. vide etiam Rebuff. in repet. c. extirpanda §. qui vero de praben. 6. nota in 3. modo percipiendi fructus, & Burtat. conf. 185. lib. 2. Garf. de benefic. par. 12. c. 4. in princ. & ita fuit decifum in Rot. Rom. in vna Calaguritana beneficij de ondategui 28. Martij 1583. coram Illuftrifimo Lancelotto cuius verba funt hæc; refolutu quod diuifio portionis integræ nõ potuit fieri per Ordinarium, quia licet multi patroni præfentauerint plures, ita vt præfentati fuerint pares, optio eff Epifcopi in gratificando cui voluerit, vt poft Io. Andr. nõ itat Abb. in c. cum autem nu. 8. de iure patron. Dec. conf. 127. in princ. & 129. col. 2. verf. licet alius, Lamber. de iur. patro. lib. 1. p. 3. q. 5. ar. 1. non autem poftunt dicti patroni inftituere plures fecundum Card. clem. plures §. fi. q. 2. & notat Abb. in c. 2. de iur. patro. Lamber. d. q. 5. ar. 2. 1. quia beneficia non poftunt diuidi c. maioribus de prabe. & iterum cenfuit eadem Rota in vna Beneficij de Arriola 13. Iunij 1593. cuius verba funt hæc, videlicet vna tantum parte informante Domini conclufarunt, diuifionem integræ portionis de qua agitur, in vnam dimidiam portionem, & duo quarta de iure non fufficere, quoniam feftio beneficiorum eff prohibita c. maioribus c. dilecto vbi poft alios de prabe. vt dixerint Domini in alta Calaguritana beneficij de ondategui, coram Illuftrif. Lancelotto 28. Martij 1583. nifi ex iufta caufa fiat c. vacante c. cum caufam eodem tit. glo. in d. c. maioribus, iuxta enim caufa in propofito cafu non apparet, non quidem refpectu indigentia beneficiorum, quia in dicta ecclefia adfunt duo integri beneficij, qui regulariter fufficiunt pro cura, & gubernio vnus ecclefia cap. vt quifq. vbi Abb. nu. 1. de vii. & honeft. cleric. c. propofit. de filijs presbvt. Caffad. deci. 19. nu. 1. verf. fed pro affirmatiua de præben. non ex augmento diuini cultus, quia huiusmodi augmentu non habetur in confideratione ex numero beneficiorum, nifi vbi ecclefia propter defectum beneficiorum fuis debitis fermijs defraudaretur, in hoc. n. confiftit cultus diuinus, vt diuina officia celebrentur, ex parte de confit. c. fin. de refcrip. in sexto, Pade Vbal. tract. de canonica Epifcopi c. 7. nu. 6. nec dicitur quod imò ex augmento numeri beneficiatorum diuini cultus augeatur, vt colligitur ex d. c. ex parte, quia refpõdetur quod hæc caufa non eff fufficiens ad inducendum diuifionem beneficiorum, & præbendam, Abb. & Imol. d. c. vacante, Lambert. de iur. patron. lib. 2. p. 1. q. 12. art. 7. & in c. alia requiritur, quod fructus fufficiat pro omnibus beneficiariis, fed non eff probatum in cafu propofito, quod fructus dictæ integræ portionis fufficiant pro tribus beneficiariis, iuxta diuifionem prædictam, & fi aliter diceretur, fequeretur, quod femper ex ifta caufa augmentu diui-

ni cultus effet locus diuifionis beneficiorum contra iura prædicta. Non obftat, quod ad lites dirimendas diuifio beneficiorum aliquando permittatur, quia alio modo dirimi potuiffet dicta lis, vt per referuationem penfionis, fub beneficiatio Apoftolico, & concordia femper fieri debent dummodo nõ fequatur feftio beneficij c. nifi effent de præb. vt bene deducitur in d. Calaguritana beneficij.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius foraneus non facit vnum Confiftorium, cum Epifcopo, & propterea ab eius fententia appellatur ad Epifcopum.
- 2 Vicarius generalis, facit idem tribunal cum Epifcopo.
- 3 Vicarius generalis poteft effe delegatus Apoftolicus tanquam habens dignitatem.

A fententia Vicarij foranei, an appellatur ad Epifcopum.

DECISIO VIII.

FVit dubitarum, fi à fententia Vicarij foranei, poftit ad Epifcopum appellari, & videatur quod non, ex regula iuris, quod ad eundem appellare non poftumus, 1. in fi. ff. de appellat. & c. cum fpeciali, vbi Abb. latiffimè eodem tit. Sed hoc non obftante, fuit contrarium refolutum, quia Vicarius foraneus non facit vnum confiftorium, feu tribunal cum Epifcopo, glo. in clem. & fi principalis in verbo foraneo de refcrip. & propterea à tali fententia appellari poftet ad Epifcopum, vel eius Vicarium generalem, d. glo. in verb. foraneo recepta per Doct. ubi Fely. fuper prima limit. Marant. in Spec. Aduoc. 4. par. dift. 5. nu. 14. Couar. præct. quæft. c. 4. nu. 8. Sanchez de matrim. lib. 3. difput. 19. quæft. 1. nu. 10. & 12. Rota. decif. 297. num. 1. par. 2. dinerforum: Nec poteft effe delegatus Apoftolicus d. clem. & fi principalis, & ibi glo. & Doctores, Sbrocius lib. 2. q. 22. de offic. Vicar. vnde Rota in vna Abul. matrimonij de anno 1543. refoluit à Iudice Metropolitanano Archiepifcopi Compoftellani residente in ciuitate Salamantina deputato ad cognofcendù de caufis appellationum Epifcoporum fuffraganeorum, tamquam Vicario foraneo poiffe appellari ad Archiepifcopum: nec obftare quod appelleretur Generalis Vicarius, quia licet nominetur fic, tamen in veritate non eff, vt per Mohedan. decif. 7. de appellatibus 133. Rota dccif. 113. 1. par. 3. diuerforum.

Sed non idem dicendum eff in Vicario generali, quia facit vnum Confiftorium feu Tribunal cum Epifcopo, & dicitur ille, qui in Tribunali Epifcopatus cõftitutus eff cõ generalis commiffione, non fectã fpecificatione ad certum locum, feu partem diocefis, & dicitur principalis, glo. verb. foraneo in clem. & fi principalis de refcrip. & ibi Cardin. num. 3. & Imol. nu. 17. Abb. num. 3. & Bonifac. num. 2. & 21. Rebuff. in prax. tit. de vicarijs Epifcoporum num. 6. Couarr. dift. cap. 4. præct. quæft. num. 8. Sbrocius lib. 1. q. 3. num. 16.

& q. 23. & seq. & q. 29. de offic. Vicar. Sanchez d. disput. 20. nu. 11. & ideo ab eo non potest appellari ad Episcopum c. Romana de appellat. & c. 2. de consuet. in sexto, & potest esse Delegatus Ap. 3. stolicus, tamquam habens dignitatem, d. clem. & si principalis, & ibi glos. & Doctor. de rescript.

S Y M M A R I U M.

- 1 Bulla Sixti Quinti contra clericos malè promotos, redacta est ad terminos iuris communis.
- 2 Qui ante constitutionem moderatorem Clementis Papæ octavi incidere in penas Bullæ Sixti prædicti, non censentur absoluti per dictam moderationem.

Bulla Sixti Quinti edita contra clericos malè promotos, in quo corrigitur per Bullam Clementis Octavi.

D E C I S I O I X.

Clericus quidam fuit in Curia Archiepisc. inquisitus de nonnullis falsitatibus, & inter cetera, quod se ad subdiaconatus ordinem cum falsis dimissorialibus ordinari fecisset, cumque de omnibus esset conuictus, controuertebatur, quæ nam pena esset contra eum infligenda, & fuit resolutum, quoad falsitates esse condemnandum, ad trimes per septennium, quo verò ad penas canonicas, fuit dictum, de hoc extare plures Summorum Pontificum Constitutiones, & Bullas, & præcipue Bullam Sixti Quinti, quæ incipit: Sanctum, & salutare, editam anno Dominicæ Incarnationis 1588. nonis Ianuarij, Pontificatus sui anno 4. ordinatus prima tonsura, aut maioribus, absque veris dimissorialibus sui Ordinarij literis, ab executione, ministerio, & exercitio ordinis suscepto, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & si in illis ministrare præsumpserit irregularis efficiatur, & omnibus, & quibuscumque per eum in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, aut regularibus, priuatus est, atque ad illa, & alia familia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabilis est: insuper si clericus regularis fuerit, etiam voce actiua, & passiua ipso facto priuatus est, nec ab alio, quam à Summo Pontifice, ab irregularitate sic contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit dispensari, aut à suspensione illa absolui valet.

1 Sed quia Constitutio hæc Sixti Quinti nimis rigida multis visa fuit, & scrupulos varios, tam promouendis, quam eis, qui promoti fuerant generauit, eam Clemens Octauus, noua quadam Constitutione, quæ incipit: Romanum Pontificem, edita anno Domini 1595. pridie Kal. Martij ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutionis sel. record. Pij Papæ II. quæ incipit: Cum ex sacrorum ordinum, & ad dispositionem sacre totorum sacri Concil. Trid. refrinxit, & reduxit,

nec quoad censuras, & penas in eisdem literis moderatur, & tollitur.

Verum circa hæc Bullam moderatorem Clementis VIII. notandum est, quod qui in penas præfate Bullæ Sixti Quinti, antequam hæc Clementis Octavi constitutio edita, & promulgata fuerat incidere, à penis illius Bullæ virtute constitutionis Clementis Octavi non liberantur, sed earum dispensationem, & abolitionem à Summo Pontifice petere, & obtinere teneantur, ac si Bulla hæc Clementis Octavi edita non fuisset, quamuis censura, & penæ in eisdem Sixti literis, contra sic delinquentes instructæ sint moderatæ, & abolitæ in futurum; Antea tamen incurfas nõ tollit, neque earum abolitionem, aut dispensationem moderat, vt ex ipsius Bullæ verbis manifestum est: ita hæc omnia, apud Say r. in add. ad Conf. Nau. 27. de tempor. ordin.

S Y M M A R I U M.

- 1 Resoluitur dubium propositum, negatiue.
- 2 Locatio ad longum tempus æquiparatur alienationi, securus vero si sit ad modicum tempus.
- 3 Locatio ad modicum tempus non mutat dominium.
- 4 Nemo inuitus cogi debet ad locandum.

Priuilegium ecclesiæ, vt possit cogere vicinum ad vendendam domum pro eius ampliatione, an extendatur ad locatorem.

D E C I S I O X.

Quidam Clerici, & Sacerdotes Neap. de gætes in quadam ecclesia inflesterunt contra vicinum, qui prope ecclesiam firmam domum obtinebat, vt ipsi dictam domum locaret, allegantes non habere sufficientem, & congruam habitationem pro ipsorum qualitate, cumque renuisset hoc facere prædictus vicinus: fuit dubitatum, an de iure potuisset ille compelli, quemadmodum constringi potest ad vendendum pro ampliatione ecclesiæ, & videbatur quod sic, quia locatio proxima est emptioni, & venditioni, l. 2. ff. locat. & Inst. eod. tit. §. 1. Bald. conf. 69. vol. 1. vnde quemadmodum res ecclesiæ non possunt alienari, ita nec locari ad longum tempus, clem. fin. de reb. eccl. non alienan. & facit tex. in extrauag. ambitiosæ eod. tit. Menoch. de arbit. lib. 2. calu 5. Caus. decif. 14. ead. sollicitates requiruntur in locatione, quæ in alienatione, Papon. lib. 2. tit. 13. arres. 1. & dicebatur, quod in dubio iudicandus est in fauorem religionis, l. sunt personæ ff. de religiof. & sumpt. funer. cum religionis fauore intelligatur in dubio id, quod est maius, Bald. conf. 16. vol. 1. Alban. conf. 68. & ideo calix si debeat ecclesiæ, debet fieri de argento, secundum Barr. in l. Titia §. Scia ff. de ann. legat. & propterea cum hoc fit in fauorem, & priuilegium ecclesiæ, iura cõcedentia, vt pro ampliatione ecclesiæ possint cogi vicini ad vendendum, debent extendi etiam ad locatorem, argum. tex. in

Item quidam ff. de liber. & possi. maxime cum apud sacros Canones, alienatio, & locatio pari passu ambulent, ut sentit Rot. in vna. Nouariens. bonorum 8. Martij 1593. coram Penia: & hoc adeo verum est secundum Farinac. in dec. 21. quod locatio bonorum ecclesie non valet, si non constat de ecclesie utilitate, allegat Iaf. in conf. 1. 4. nu. 16. Dec. in conf. 1. 41. nu. 6.

1. Nihilominus contrarium fuit resolutum, ex eo quod iura deducuntur hoc privilegium alienationi tantum, ut patet in l. si quis sepulcrum ff. de relig. & sumpt. funer. & ex latè traditis per Grammatic. in decif. 76. cum alijs, quos probavi in collect. 792.

2. Non obstant contraria præsertim illud de locatione, quod æquiparetur alienationi, nam procedit quando locatio est ad longum tempus, tunc enim æquiparatur alienationi, & tunc locando dicitur quis alienare, si quis ante ff. de acquirenda possess. & ex ea transferat possessio, & vide dominium, gl. in l. 3. §. ex contraria via, & d. l. si quis ante ff. de iur. tit. Bal. conf. 32. nu. 4. Alexan. conf. 25. vol. 1. Tirac. de retract. §. 1. glo. 2. num. 79. & seq.

3. Ex quibus limitatur text. in l. non solet ff. loca. ubi dicitur, quod non solet locatio dominium mutare, quia intelligitur de locatione ad modicum tempus, & in hac locazione proprie habet locum ius congrui, Carroc. in tract. de locat. par. 5. nu. 2. Eug. conf. 2. nu. 8. Cauale. in re pectorio decif. in verb. ius congrui limit. 7. Maltrill. decif. 4. Vail. decif. 505. vnde Bal. in c. 1. §. donare qualiter olim feud. alienar. poter. dixit, quod locatio non dicitur alienatio, nisi fiat ad longum tempus, sequitur Dec. conf. 1. 4. vol. 1. Magon. decif. Florent. 41. n. 13. Quinimò prohibitus alienare, non censetur prohibitus locare ad modicum tempus, Abb. c. Ecclesie S. Marie n. 9. vt lite pend. in c. vestra n. 5. de locat. & in c. nulli n. 3. de reb. eccles. non alien. quia locatio ad modicum tempus, non dicitur alienatio, vt per Iaf. in l. manumissiones ff. de iust. & iur. ergo iura dicitur concessit hoc privilegium alienationi, non debet extendi ad locationem modici temporis, maxime cum pro domino domus extet iuris conclusus, neminem inuitum esse cogendum ad locandum, Linusius C. locat. & dicti clerici prætendebant conducere ad modicum tempus scilicet vsquequo eorum Monasterium esset completum.

S V M M A R I V M.

1. Quæsitum resoluitur affirmatiue.
2. Aditor non potest esse curatrix, quia nescit defendere iura.
3. Ad præsentandum in beneficio, admittuntur omnes habentes legitimam administrationem fructuum.
4. Creditor qui tenet pignus, non admittitur ad præsentandum, quia fructus rei pignoratæ, non spectant ad creditorem.

Curator hæreditatis iacentis, num possit præsentare ad beneficium iuris patronatus dictæ hæreditatis.

D E C I S I O X I.

IN causa cuiusdam hæreditatis iacentis vertente in Curia Archiep. controuertebatur, si curator hæreditatis iacentis, quæ inter cætera hæbebat ius patronatus, potuisset in casu vacationis præsentare ad dictum beneficium: vnus de Dominis dicebat, minime fieri posse, siquidem ius præsentandi competit fundatoribus, glof. & communiter Doctores in rub. de iure patron. & in c. quoniam eod. tit. & propterea in c. piz. mentis 16. q. 1. habetur, ius patronatus acquiri fundatione, dotatione, & ædificatione, quare cum nullum istorum habeat dictus curator, idcirco præsentare nequit vltius dicebat, præsentationem esse in fructu c. cū olim de maior. & obed. c. consultationibus, vbi Abb. de iur. patron. Menoch. conf. 62. vol. 1. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 25. num. 22. & seq. Ann. ling. 95. Affl. in c. impetratæ 5. illud nu. 16. de prohib. feud. alien. per Feleric. & propterea ex supradictis videbatur dicendum, nullo modo potuisse curatorem præsentare ne lucrum consequeretur ex fructibus alienis.

1. Contrariū verò fuit resolutum, ea quidem ratione præsertim, quia si curator non præsentaret infra tempus statutum, vtiq. deuolueretur ius patronatus, & consequenter hæreditas amitteretur præsentandi, & sic veniret curator contra suum officium, quod est tueri iura hæreditatis, Capy. decif. 87. Gayl. obserua. 1. 30. lib. 2. Tapat. lib. 2. iur. fentiarum verb. curator, & quia mulier nescit iura defendere, propterea non potest dari curatrix hæreditatis iacentis, Dec. conf. 575. num. 4. de Frâch. dec. 348. supradictis accebebat, curatorem hæreditatis iacentis omnia necessaria ad dictam hæreditatem facere posse, Dec. conf. 401. & in conf. 519. Rom. sing. 131. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. cas. 150. & Bart. in l. fin. ff. de bonauctorie. iud. possid. sicut etiam potest actiones exercere, & nõ dubitatur quia potuisset præsentare in casu vacationis cum sit actus necessariusissimus, igitur admitti debebat ad prædictum ius, item dicebatur
2. ad præsentandum admitti omnes habentes legitimam administrationem fructuum, secundum Innoc. Hostie. Ioa. de Eignano, Panor. & reliquos cõmuniter in c. exanimata de iudi. & curatorem habere dictam administrationem clarè patet ex deductis per Ann. in conf. 108. Cachet. decif. 55. Cauale. decif. 3. vol. 2. & ex eadem ratione fuit decifum, quod sequester beneficij, siue quis alius pendente sequestro, habet ius præsentandi, Frâc. Marc. decif. 4. & conferunt late deducta per Carroccium in tract. de depos. q. 27.

4. Non obstat, quod creditor, qui tenet pignus nõ admittitur ad præsentandum, & consequenter admitti non debet quoq. curator, eo quia creditor habet sortus ius in pignore, quæ curator in hæreditate Nam respondetur, quod idcirco creditor non potest præsentare, quia fructus rei pignoratæ non possunt per eum percipi l. 1. & l. 2. c. de pignorat. actione præsentatio autem est in fructu, vt supra diximus, facit text. in c. cum Bertoldus de senten. & re iud. & est communis opinio secundum Rochum in tractatu iuris patronatus verè.

verf. ipfa dos caufam habet quafi. 27. quem
refert, & fequitur Ann. alleg. 109.

S V M M A R I V M.

- 1 De iure canonico fuffici appellanti fi dicat folu-
m, appello ad iudicem competentem, nam intelligitur
de fupiore proximo.
- 2 Fuffici appellanti dicere (Appello)
- 3 Submitto me protectioni talis &c., vel committo me
iurisdictioni fuperioris; eft appellatio legitima.

An de iure canonico fufficiat dicere, Ap-
pello ad iudicem competentem?

DECISIO XII.

IN quadam caufa, fuit dictum fufficere de iure
canonico fi per gratatum fuerit dictum, appel-
lo folu-
m, ad iudicem competentem, nam femper
appellatio valida eft, & fufficitur de iure cano-
nicum; quam opinionem tenuerunt Bald. Salic. &
Angel. in l. cum proponas C. de bon. autoritate
iudic. poffid. & tenuit Ioan. Andr. in cap. vt de-
bitus ext. de appell. dicens, qd fi appellans fimplici-
ter dicit appello, debet interpretari, vt intelligen-
tur, appellationem fore interpositam ad fuperio-
rem proximum, & appellatio valet, ac fi dictum
effet ad competentem: intelligitur enim de pro-
ximo, & immediato fupiore, pro fua opinione
allegat Specul. in tit. de appell. §. nunc tractemus
quid fi quis fequitur etiam Ioa. de Imol. in l. §. fi
quis ff. de appell. dicens eam opinionem et de iure
canonico recipiendam effe, quia femper ad proxi-
mum fuperiorem intelligitur, & quam opinionem
veriorem effe docet Archid. in c. anteriori §. 2. q. 6.
dicens, qd fi quis fimpliciter dixerit, appello, intelli-
gitur ad fuperiorem proximum, non ad Papam,
referens ita etiam tenuit Barh. Brixiens. in fuis
quafi. fionib. in qua fi. quae incip. Item effo quod
aliquis, idem Archid. in c. fi delegatus in fin. de
effic. deleg. in sexto, fequitur Ioan. Fabr. in l. praeci-
pimus in fi. C. de appell. Bal. in l. apertiffimi C.
de iudic. dicit, quod fufficit dicere, appello, quia
tunc gradatim intelligitur, & Manfuer. in praet. in
tit. de appell. n. 16. Guid. Pap. in decif. Gratianop.
436. nu. 59. Ioa. Petr. de Ferrar. in praet. in forma
libelli appellantis a fententia diffinitiva §. 6. & ad
quae cumq; iudicem col. 1. in fi. vbi videndum effe
ad materiam, ad quem me remitto, quinimo Ho-
fien. in fuma tit. de appell. §. qualiter fit facien-
da in fi. Lanfran. in c. quoniam contra in verb. in-
terrogationes, & appellationes nu. 48. de probat.
ponentes omnia requifita in appellatione dicunt,
qd debet continere perfonam appellantis, fenten-
tia a qua appellatur, & iudicem a quo fit appel-
lato. Ideoq; inter alia requifita appellationis non
enumeratur, quod fit nec effe exprimere iudicem
ad quem appellatur, dicens quod eo cafu fufficiat
dicere, appello, pro quo etiam idem Bal. in d. l. cu
proponas dicit, quod ifte modus appellandi effe
valde vtilis, ac neceffarius, puta quando quis pro-
pter incertitudinem nefcit ad quem fit appellan-
dum, & effe modus iuri canonico conformis;

cum eo etiam iure regulariter ad proximum
fuperiorem fit appellatum, vt in c. dilecti extra de
appell. licet hoc fallat in Papa, & eius Legato, vt
per iura inducta per Abb. Panorm. in c. inter ca-
tera eod. tit. modo cum fit via iuris ita communis
& non fpecialis vulg. l. quamquam C. de refam-
milit. l. precibus C. de impub. & l. fubfl. in testa-
mento la. C. de testam. tit. ergo appellans fimp-
pliciter, vel ad iudicem competentem videtur in-
telligere de iudice immediato, & non de media-
to ad quem effe de iure appellandum, argum. l. 4.
§. 1. ff. de fideicom. libert. Bar. in l. 1. in fi. ff. de bon.
poffeff. cont. tab. vbi dicit, quod in confideratione
non venit ius procedis de iure fpeciali, maxime
cum confitutio in dubio intelligi debet continere
ius commune, & non fpeciale, glo. in c. penult.
de temp. ordin. Ioa. Laur. in tract. de primog. lib.
1. q. 3. num. 25. quinimo Angel. in l. 1. §. i quis ff.
de appell. dicit, quod in cafu ifto, inter leges, &
canones non fit differentia, & quoad hoc effe
confilium falubre, quod quis appellando non
nominet fuperiorem, fed fimpliciter dicat, ap-
pello, ex dictis per Bald. in d. l. cum proponas,
Ioan. de Fantuc. & Dominic. de Sancto Cemin.
in d. cap. anterior. 2. q. 6. & Ioa. Andr. in d. c. vt
debitus, refert Vincent. antiquum canonifam
dicerecum appellatur ad iudicem competentem,
quod flabitur declarationi appellantis, de quo de-
bit, vt in cafu noftro cu per d. eum fuerit iam de-
claratus iudex ipfe Metropolitanus quibus con-
gruit dicta per Ant. de Butr. in c. audi col. 1. ext.
de decim. vbi dicit qd fuperioris intelligitur, in-
telligitur de proximo, vt voluit Petr. de Anchar.
in c. Romana col. 1. de appell. in sexto, & magis
in fpecie, quando appellatur a fubdito fuffragane-
i ad Epifcopum, vel Archiepifcopum, vt in ca-
fu ifto, valet appellatio etiam fi iudicem ad quem
appellatur non delectat. Io. Andr. in c. in alternati-
uis de reg. iur. in sexto, fequitur Praepof. in rubr.
de appell. col. 15. & in c. dilecti filij de appell. quos
refert & fequitur Steph. Aufre. ad Cappell. Thol.
dec. 474. adeo quod nulli debet venire in dubita-
tione, quod cum R. D. Archidiaconus appellat
appellaret a fententia Epifcopi fui fuperioris fuf-
fraganei Archiepifcopi Confani Metropolitanus,
vtique ad ipfam proximam fuperiorem appellaffe
intelligitur, nec omittendum effe, quod dicens
3 submitto me protectioni talis, haberetur, ac fi legiti-
me appellatiffi, vt voluit tex. vbi etiam Innocen.
in c. ad audientiam extr. de appell. Philip. Franc. in
c. cordi in princ. col. j. eod. tit. in sexto, idem etiam
fi dixiffet, committo me iurisdictioni fuperioris,
voluit Bal. in auct. quae lingantium in princ. C.
de Epife. audien. quod latiffime profequitur, &
tractat Bar. Socci. in conf. 74. in praefenti concluf.
column. 3. verf. praeterea volum. 1. idque magis in
cafui noftro, in quo non per verba aequipolentia
folu-
m, fed per verba expreffa appellationem fignifi-
cantia id fuit infinuatum: cum idem opera-
retur fua itineris ad fuperiorem arrepro, quae
habet de iure vim appellationis c. dilecti ext. de
appell. Ioa. Paul. Lancell. in l. canon. ub. 3. tit. de
appell.

SYM M A R I V M.

1. *Quæſtum, negatiue reſoluitur.*
2. *In dubio pronuncianſum eſt pro libertate.*
3. *Tutela datur perſonæ magis, quam bonis.*

Tutor an poſſit erigere ius patronatus de rebus pupillorum ?

DECISIO XIII.

Mulier quædam tutrix pupillorum, comparuit in Curia Archiepiſcopali inſtans præſtari ſibi aſſenſum, ut valerent nonnullas Capellaniæ dictorum pupillorum ad nuntium amouibiles præducere in beneficia Eccleſiaſtica, & ſuper eis ius patronatus conſtituere: ſuit inquam dubitatum, an fieri poſſet, & dicebatur clarum eſſe de iure, regulariter quemlibet poſſe conſtituere ius patronatus, gloſ. in c. ſi. in ſi. de iure patronatus, Bal. conf. t. 23, vol. 1. Burſat. conf. 60. volum. 1. nam edictum de conſtituendo ius patronatus videtur prohibitorium, & omnibus ceteris permiſſum niſi repetatur expreſſe prohibitum ſero. in rub. huius tit. Quilibet enim Chriſtianus ſuper re propria eſt capax iurispatronatus, gloſ. in cap. piz. mentis 16. q. 7. cap. Fulgentius eadem cauſa, & quæſt. vnde Panormi. Ioann. Andr. & Ant. de Butri. in c. quoniam huius tit. conſtituunt regulam: quod qui poſſet matrimonium contrahere, & in eccleſia orare: Poſſet etiam ius patronatus creare, ſequitur VII. in dec. 134. ubi ex eadem ratione, reſert. fuiſſe deciuſ. poſſe Meretricem creare ius patronatus, per gloſ. & ibi Archid. in cap. non eſt putanda t. q. 1. Item dicebatur, tutorem haberi in rebus pupillarum loco domini l. tutor, qui tutelam ſ. de tutel. & rat. diſtrib. & ideo, ut moderator, & arbitri rei ſuz, videbatur poſſe ius patronatus erigere.

Contrarium tamen iudicauit Curia Archiepiſcopalis: Obſuit inquam dictam tutricem non poſſiſſe conſtituere capellaniam ad nuntium, & amouibilem, in ius patronatus: Cuius dec. ratio ſuit, quia res pupilli libera, ſit ſerua, quod de iure prohibetur eſt. Ius patronatus enim, non præſumitur in dubio. Maſc. de prob. cõcl. t. 23. Et conſtituendo ius patronatus ſuper capellanis, nulli dubium eſt, quod conſtituit ſeruitutem ſuper rebus pupillarum. Auſre. ad dec. 134. Capell. Tholoz. 423. Avram. dec. 19. & in dec. 10. 2. ſicere enim rem liberam, ſeruum, odioſiſſimum eſt in iure: & propterea in dubio iudicandum eſt ſi de commiſſo expiraſſe, Ann. allegatio. 134. ut inducens ſeruitutem in re Dec. conſ. 356. in ſi. Socc. conſ. t. 3. num. 8. vol. 1. Crau. conſ. 18. vol. 1. Menoch. conſ. 87. eod. vol. & in dubio ſemper eſſet pronuncianſum pro libertate rei, habetur in l. 2. & quod ibi latiffime notatur C. de ſeruitutibus, & dicebatur, hoc eſſe magis prohibitum tutoribus, quia licet ipſi ad vilitatem pupillorum omnia facere poſſunt. donationes verò ab eis factas, eis non nocent. Tutor ad vilitatem ſiõe admiſtrat. tutor. Cum plures 9. pen. ſ. eod. & dubium non eſt, quod per conſtitutionem iuripa-

tronatus ſuper re libera, inducitur donatio, ignitur cenſeri debet prohibita dictæ tutrici. Tutor enim debet facere conditionem pupilli meliorem, non autem deteriorem contra ſe de pactis, & ceteris facere deteriorem conſtituendo ſeruitutem ſuper re libera: Tandem dicebatur tutelam magis dari perſonæ, quam bonis. Rota diuerſ. Lu. cenſ. dec. 19. Gomes. Leo dec. 16. & propterea ſtatutum fuit, hæc mulierem non poſſe erigere hoc ius patronatus.

SYM M A R I V M.

1. *Poenam à iure, vel ſtatuta impoſitam, poteſt ex cauſa index minueri.*
2. *Iudex poſt ſententiam non poteſt minueri poenam, etiam ex cauſa.*
3. *Iudex non poteſt cogi ad minuendam poenam etiam cauſa aliquæ exiſtente, ſed aliqui ſententiam contrarium.*

An Vicarius poſſit minueri poenam inflictam per edictum Epicoſopi ?

DECISIO XIV.

Controuertebatur in Curia Archiepiſcopali Neapolis, ſi poſſiſſemus nos Iudices in ſimul cum domino Vicario remittere poenam inflictam per edictum Illuſtris, Ordinarij aduerſus Clericos arma portantes, & vnus ex Dominis dicebas id minime licere, motus ex regula illa vulgata inferiorum non poſſe tollere legem ſuperioris, cap. cum inferior de maio. & obed. & latè tradunt DD. in Lemo poteſt ſi. de legat. 1.

Verum, hoc non obſtante, contrarium fuit reſolutum, quod ſcilicet poſſit Iudex ex cauſa minueri poenam ordinariam impoſitam à Iure pro aliquo delictis: hoc ſiue agatur de pena impoſita per ius commune, in quo ſerè omnes conſentiunt, & ita ſe commune opinionem teſtatur Dec. in 3. cap. de cauſis num. 18. de off. delegat. quem reſert Viuius in lib. commun. opin. in verbo Iudex 1. ſuè agatur de pena impoſita à ſtatuto 1. quo caſu, poteſt etiam Iudex poenam minueri. Aret. in cap. qualiter, & quando ſi. ſecundo, nu. 24. de accusat. quem reſert Couarr. lib. 1. var. ref. c. 9. nem. 8. Dec. in dec. ref. de cauſis nu. 19. quem reſert Menchiasa controu. illuſt. p. 1. c. 14. nu. 4. Tiraq. de pen. in præſatione nu. 22.

Amplia ſupradictam conchulionem. Primo, quod Iudex, nẽdum poenam à lege impoſitam, ſeu ſtatutum, ex cauſa augere, vel minueri poteſt, ſed etiam poenam per conſuetudinem impoſitam. Marſil. in ſingul. 185. incipit Iudex non debet, Boer. in dec. 139. & Vaſq. controu. illuſt. p. 1. c. 14. num. 4. & hoc procedit etiam, quod lex certam poenam ſtatuſſet, dictionibus appoſitis, præcisè unimodo, & alijs ſimilibus. Licet, qui iudicandi munus habet, ſit eius conditionis quod ſuper ea crimine deſpenſare non poſſit. ſoa. And. Hoſien. & alij in cap. 4. artetur ſi. de accusat. & ibi Aret. num. 14. quaſteritur eſſe commune, quos reſert, & ſequitur Plaz. epit. delict. lib. 1. c. 33.

Amplia ſecundo, ut poſſit minueri poenam ex cauſa

causa, non obstante quod iurasset sententia statuta; Guid. Pap. dec. 206. Franc. March. in dec. 9. & 10.

Amplia tertio, etiam ubi lex, vel statutum punnit tentatum, sicut delictum perfectum, quia tunc Iudex potest, si vult, mitigare poenam, sed non tenetur, Affl. in dec. 276. nu. 8.

Amplia quarto, etiam si pro modica summa imponatur poena mortis à statuto, quia tunc Iudex poterit moderare poenam, secundum Marf. sing. 182. nu. 2. incipit Iudex non debet, quem referet, & sequitur Cassan. in consuet. Burgun. c. 167. vers. quod in eo dicendum in fin. & Roman. conf. 429.

Amplia quinto, ut Iudex possit referuare delinquenti, in sententia, infamiam: & Notario, de falso condemnato, famam, & exercitium, ex causa, puta quia erat modicum delictum, & modici preiudicii Paul. de Cast. in conf. 45. num. 9. Zilett. in conf. 33. inter conf. criminal. diuersi. tom. 1. quem sequitur Farinac. in pract. crim. q. 17. nu. 20. & 21.

2. Limita nunc, & primo, non procedere post sententiam Nam Iudex non potest ex causa minuire poenam post sententiam, etiam si in sententia poenam non expressisset, sed tantum condemnasset, puta de adulterio, & tunc non est Iudicis, qui sententiam tulit moderate, sed poena in lege expressa infligitur, licet ante moderare possit Innoc. in c. qualiter, & quando num. 9. de accusat. Lanar. conf. 5. quibus addo gloss. in Liquid ergo §. poena grauior ff. de his, qui notantur infamia.

Limita secundo, ut Iudex non possit absque causa hoc facere, nam qui in causis criminalibus minorem poenam imponit, quam de iure imponere debebat, est infamis, in ierurorum, ff. ad legem Iuliam de vi publica: debet praterca puniri eadem poena, qua erat puniendus reus, ut colligitur ex text. in l. 3. in fin. C. de sanct. bap. reit. & relet. Andr. de Iernia, quod Rex Carolus Primus, fecit quemdam Iudicem supra suspendi, ex eo quod quemdam reum, qui erat condemnandus in amputationem capitis, condemnauit tantum in amputationem manus, quem referat. Par. de Put. de sind. fol. 358. post. num. 3. Affl. super. 2. par. conf. Regni rubric. 3. num. 22. Cassan. super. consuet. Burgun. fol. 45. n. 29. & Carrer. in pract. l. 5. n. 10.

3. Limita tertio, quamuis Iudex possit mitigare poenam, non tamen tenetur Fely. in tracta. de conat. in fin. & Cagnol. l. si quis maior. nu. 17. C. de iur. fact. Sed Graim. in dec. 23. nu. 12. dicit, quod communis opinio est, Iudicem, cessante dolo, tenere ex causa minuire poenam, & Cexpoll. in l. si fugitiui, col. 4. num. 65. 67. C. de seruis fugit. dicit verum esse quod Iudex, non necessarius mitigare poenam, nisi causa esset talis, per quam delictum minuitur, ut quia sit minor aetas, vel cesset dolus, quia tunc Iudex tenetur dispensare, ut ibi per eum: Amen prima opinio, ut Iudex non possit cogi, est verior, & receptor, secundum Menoch. de arbit. iudic. casu 329. nu. 9. Ideo bonum est habere Iudicem amicum, ut ibi dicit Menoch. & hanc materiam, quando Iudex possit mutare poenam, vel minuire, vel remittere, vide Menoch. de arb. iud. quæst. 96. cum seq. & an teneatur in sententia exprimere causam, vide quoque Ioann. Anto. de Nigris super cap. Regni in cap. 21. incipit. Ne quis

de sua malitia, ubi etiam satis plenè habetur de hac materia, & quid facere possint Iudices in hoc Regno. Vide etiam de Franch. dec. 230.

S Y M M A R I V M.

1. Iudex non potest declarare suam sententiam, sed contrarium est iuris num. 4.
2. Declaratio nihil de nouo inducit, & non immutat sensum declarati ff. ad illud retrotrahitur.
3. Statuto termino ad aliquid faciendum, licitum est illud declarare elapso termino.

Clerici Cursores Curie Archiepiscopalis, possint nò eorum intimationes, seu citationes declarare?

D E C I S I O X V.

Curfor Curie Archiepiscopalis citauit Clericis & cum dubitaretur de suppositione personæ pars contra quam agebatur de dicto iudicio suppositionis inuestit in eadē Curia admitti Cursores ad declarandum eius intimationem. Quare cum idē Curfor esset prout id facere, fuit dubitatum an de iure liceret. Vnus del Dominis dicebat minime posse fieri cum constabat de totali mutatione dictæ relationis quo casu non admittitur declaratio, quæ habet locum quando verba, sunt dubia, secus si essent clara, Baldus in l. volum. tatis num. 9. C. de fideicommissis. In l. 3. nu. 4. ff. de acquir. possess. Alex. in l. si. nu. 5. & sequit. fol. matrim. Castren. conf. 338. vol. 2. Socc. conf. 24. maxime quia per dictum Cursores addebatur quadam qualitas, quæ alterabat subiectum, quo casu neq. admittitur declaratio. Bald. in l. heredes §. & si notari ff. de testamentis. Gabr. de reg. iuris concl. 7. num. 25. & 63. Gratia. dec. 175. num. 12. & in discept. 149. volum. 1. Nam dicebatur supradictam declarationem non esse admittendam, quia non fuit petita fieri in continente, sed post multos dies, imo post mensem, quo casu non admittitur declaratio, Fel. in cap. qualiter, & quando de accusat. facit text. in cap. praterca de test. cogen. & latè Docius in l. si libra rius, ff. de regul. iur. post Barcol. in l. Imperator ff. de statu hominum, & in l. si libra rius ff. de verb. signifi. quia si Iudicibus non permititur declarare eorum sententiam, quanto magis non licebit istis biroarijs, Bart. in l. 2. nu. 4. C. de sentent. ex breui recitand. Castren. in l. ab exequutore num. 6. C. de appell. Tandem dicebatur, quod eadē declaratio non statim per eum qui potest reuocare, vel condere actum, Surd. conf. 183. vol. 2. Artam. conf. 23. nu. 7. A. ban. conf. 16. nu. 4. argo cum actus non possit reuocari per dictum Cursores, igitur neq. declarari.

2. Verum. Contrarium fuit resolutum in eadem curia ex regula iuris: Declaratio nihil de nouo inducit, & non immutat sensum declarati, & ad illud retrotrahi l. heredes palam §. si quis post factum, ubi gloss. in verbo significat ff. de testa. l. si donatio in n. ff. de donat. inter vir. & vxor. Decia. conf. 8. num. 1. t. & potest fieri quocumque tempo-

more, ita vt si flatus fuerit terminus ad aliquid faciendum licet illud declarare elapfo termino, quamvis tunc non poffet fieri, cum exclusus à iure aliquid faciendi, non excludatur à iure declarandi, Surdus, qui multos annos comprobatur defenso, 29. per totam; vbi et sit, qd declaratio adeo inheret dispositioni, vt censetur emanasse cum illa eodem tempore, ita vt insti ipsimet dispositio ni, Aretin. in l. gallus, § & si petente col. 1. ff. de liber. & posthum. Riminal. lun. conf. 137. num. 3. r. lib. 3. & conf. 495. num. 7. lib. 5. Tiraq. in conf. 17. in vobis in verbo libertis, num. 13. cum seq. C. de reuoc. donat. & ex hac ratione permittitur Arbitris declarare laudum, cum nihil de nouo faciant Bald. in l. ne Arbitris col. vit. in fin. num. 11. vers. finaliter ex dictis glof. C. de Arbitr. Fel. in cap. quater, & quando num. 28. in fin. colum. 1. § in principio vers. 3. nam quod Arbitr. de accus.

Non obstant contraria, & primo de totali mutatione, quia, cum tunc temporis non esset facta declaratio, non poterat cognosci, an contineret mutationem l. quemadmodum ff. de iudic. Non obstat secundo, quod non petebatur de clarari in continenti, quia respondetur in continenti fieri etiam intra triiduum Ioann. de Amic. conf. 48. num. 3. Bru. conf. 167. Simon. de Prat. conf. 151. & latè Viu. dec. 107. Non obstat tertio, quod iudicibus non liceat declarare sententias; quia contrarium est verius: Imò licitum est reuo care per tex. in l. quod iustit. ff. de re iudic. Non obstat quarto, quod dictis personis, non fit credendum, vti personis vilibus, quia responderetur procedere in Curforibus iurisdictionis laicalis; non Ecclesiastica, secundum Beroum, q. 9.

S Y M M A R I V M.

- 1 Regula de triennali dat titulum possidenti, & tenetur execrabilis.
- 2 Per regulam de triennali, licet excludatur tertius, non tamen excludatur ordinarius.
- 3 In generali constitutione, maxime poenali non venit Episcopus.
- 4 Vniquisque tenetur probare Canonica institutionem in beneficiis.
- 5 Subditus non potest praescribere obedientiam contra superiorem.

An subditus possit se tueti regula de triennali aduersus eius Episcopum.

DECISIO XVI.

Pretendebat Episcopus Strongulen. quemdam Clericum suae Diocesis fuisse in beneficio pingui intrusum: Cumq; in visitatione contra eumdem procederet, dictus Clericus replicabat; se non posse molestari, ex eo quod dictum beneficium quiete, & pacifice possederat per trienniu, & sic inuitabamansuenerit in possessione ex vi regulae de triennali, quae dat titulum possidenti. Nau. conf. 16. de priuileg. & tenetur etiam malefici possesorem. Crescen. dec. vnicade praescri-

ptio, & defendit execrabilem circa dispensatione allegatam, Nau. conf. 14. de offic. Ordinar. num. 4. & 9. & secundum Gomez. in com. c. iuslem regulam, q. 10. quem refert, & sequitur Castellanus in compend. operum Naua. verbo regulam defendit etiam habentes duas Parochias, & plura beneficia simplicia cum curato Nana. conf. 37. de praeben. Item dicebatur in fauorem eiusdem Clerici, supradictam regulam tueri etiam possesorem cum titulo colorato, saf. in l. vi certis annis num. 17. C. de pact. & in conf. 17. vlt. ff. Alei. conf. 61. & in conf. 2. num. 5. & seq. Menoch. lib. 1. de praesumpt. praesumpt. 22. num. 7. Iuxta quorum opinionem, refert decifum Carl. decif. 8. & tandem dicebatur, quod dat etiam tempus domini beneficij possessorij, quoad locum, & homines Nau. conf. 3. de renouat. Gomez. in d. regul. q. 2. Menoch. conf. 341. vol. 4.

His tamen, non obstantibus, contrarium fuit resolutum ex infrascriptis. Primo ex doct. Didaci Perez lib. 8. ordinamenti tit. 16. l. 3. pag. 37. quem refert, & sequitur Cenedo in collect. iuris Canonici par. 3. col. 1. r. 18. num. 3. vbi voluit, quod licet per regulam de triennali possesore excludatur tertius in beneficio, non tamen excluditur Ordinarius, vt ante eum voluit Cotarr. in regul. beneficium num. 10. vers. octaua conclusio. Salzedus ad Diaz reg. 236. vers. 3. Rebus. de pacificis possessoribus num. 20. vers. & sic per illum text. Secundo, quia Episcopus est caput Clerij, sicut Potestas dicitur caput Civitatis Curt. in l. nulli ff. quod cuiq; vniuersi. nomi. dicitur Praefes Civitatis Bald. in l. fin. pag. 1. C. de dilat. & dicitur esse de maioribus magistratibus Salyc. d. loco. Ergo praeter non comprehenditur in generali constitutione, Cornuc. conf. 293. volumin. 3. quia debet fieri expressa mentio, propter excellentiam ordinis, & officij cap. quia periculosum de senten. excomm. in 6. & licet Episcopus veniat appellatione Sacerdotis, secus tamen est in matricia poenali Abb. in c. non potest de re iud. & in rubr. de vir. & honest. cleric. & cap. si Sacerdos de offic. ordina. Et licet appellatione Clericorum veniant Episcopi, non tamen in matricia odiosa, & stricta, quia est qualitas in eis supra alios, quae non reperitur in Clericis simplicibus, Abb. in d. rub. de vir. & honest. cleric. n. 1.

3 Terno quia Canonica institutionem in beneficiis, vniquisq; probare tenetur, glof. in c. ex institutione in glof. de Proc. Gram. conf. 9. in crim. Borrelad Bellug. in Spec. Princ. rubr. 2. r. num. 62. In spiritibus quis tenetur ostendere titulum, alias diceretur intrusus, vt concludit Capic. in dec. 6. Cum sine titulo, spiritualia tenent non possint vilo modo Innoc. in cap. ad nostram de iure iur.

4 Quarto, si tale beneficium cadit in regaliam, hoc est quia Rex, non obstante possessione potest inquietare possidentem regaliam, vt exhibeat titulum, vt optime tradit Carol. d. Grassi. egalium. Franciae lib. 2. iure primo vers. 3. speciali Capye, vbi supra nu. 4. igitur multo magis hoc facere potest Episcopus, qui est super omnes Principes, cap. omnis anima de cens. bus cap. omnes Principes de maior. & obed.

Quidam quos non licet subditis contra eius superiorem potestatem obediuntiam capere non liceat de prescript. Non obstant contrariis, quia illi procedunt quoad territorium, non autem quoad Superiorem ordinarij & ita pares responsio ad regulam quod quis non cogitur obsequere regulam suae possessionis l. cogi C. de petit. h. ar. d.

SYMMARIUM.

1. *Patrimonia ad cuius titulum quis ordinatur, succedunt in locum beneficij.*
2. *Permutatio beneficij ad cuius titulum quis est ordinatur, fitur etiam in foro conscientiae si illud quod de novo habuit est aequivalens.*

Clericus, an possit permutare bona ad cuius titulum sit ordinatus?

DECISIO XVII.

Cum quidam Clericus permutasset bona ad quorum titulum erat ordinatus, sicut dubitatum an posset facere hoc de iure dicebatur praedictam permutationem nullo modo subsistere, quia cramus in eo, qui sit ordinatus ad titulum Patrimonij, cui non permittitur alienare, seu renunciare illa bona, sine licentia Episcopi, iuxta disposita in Conc. Trid. sess. 23. cap. 3. & permutationem inter alienationis species commutari non dubitatur, ut patet in l. permutationem. C. de rerum permutatione, & in l. 2. ff. de exercit. acti. facit tex. & quod ibi communiter statuitur in eo nulli de rebus Ecclesiae alienari. & textus in finali C. de reb. alienis non alienari. Addebatur etiam praedictum Patrimonium esse subrogatum in locum beneficij, & consequenter illius naturam dicitur assumptis, quia naturam subrogati, ut late per Scribentes in 9. fuerat scrib. de act. & idem non potest distingi, ne in oppositum Clericus cogitur aliquis mendicare. Card. in capitulo nostro de preben. Nam. de off. in fin. de tempo. ordina. Paris. de resignat. q. 2. lib. 6. Casvall. q. 127. in l. & Gratian. lib. 1. de dispensatione Forensium. in casu 154. Tandem dicebatur de iure promptam esse regulam, quae vult, quod quando quid prohibetur censetur prohibita omne id, per quod pervenitur ad illud. Loratio, si de sponsalibus h. de iurisdictione omnia. Iudic. & facit regula, cum quid de regulis in 6. unde cum est prohibita alienatio dicitur bona honorum, censeri debet pariter prohibita permutatio, per quam pervenitur ad alienationem. Sed pro resolutione breviter dictum, a facultatem esse dictam permutationem, dummodo fiat in aequivalentes, unde quando quis est promotus ad titulum beneficij licita est permutatio cum beneficio aequali, ut declaravit Sac. Congreg. Concilio solus in 18. Junij. 1623. ut refert Gratian. deo iam citans per quosdam etiam dictum.

1. *Quis, quod permutatus beneficij non ad cuius titulum est ordinatus, si sit in foro conscientiae, si illud quod habuerit ex causa permutationis, est aequivalentes: & facit etiam, quod in dispensatione loquens in resignatione inclusit in ea resignationem.*

titula permutationis est eorum, quod permittitur est vera resignatio, quia de publicandis rebus. q. 3. eorum. 2. in princ. Etiam ad reg. 8. in alienationis glof. 1. q. 4. num. 30. vbi dicitur in dec. 79. C. de Sacrosanct. Eccl. & Gratian. loco suprad. nu. 4.

SYMMARIUM.

1. *Testes dicentes vidisse mortuum clausum in capsa, plene probant mortem.*
2. *Quando vult sequuta est in loco longinquo, si sit levis probatio, non nisi si ad sit fama.*
3. *Testes deponentes, quomodo fuisse sepultum, & traditum, probant mortem, etiam si sit in sanguine.*

Quod nam genus probationis mortis admittit debet Vicarius ad hoc, ut concedatur licentia contrahendi secundum matrimonium?

DECISIO XVIII.

Vit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an censetur probata mors depositione testium afferentium vidisse mortuum clausum in capsa, qui dicebatur esse talis de tali. Prima facie videbatur negandum, nam ubi agitur de maximo, & irreparabili praedictio, morus probatio debet esse plena, & conclusiva. Ita Menoch. in repetit. l. 6. n. 17. C. de edicto Dni Adriani soluta, in suo tract. possessio. in dec. 28. in primis post Alex. in col. 117. nu. 8. & seq. vol. 4. Corn. in conf. 10. n. 7. vol. 1. & cum in casu, de quo loquimur, agatur de gravissimo praedictio, & irreparabili, propterea videbatur dicendum non sufficere supra dictum probandi genus, iuxta tradita per Cap. Tholom. dec. 312. & eo magis debet fieri plena probatio, siquidem haec mulier ad effectum contrahendi matrimonium, fundabat se in morte vitae, unde succedit regula, quod is, qui se fundat in morte alicuius debet ipsam plenissime probare, tamquam fundamentum intentionis, ut per luerunt Corn. in d. conf. 10. n. 5. volum. 1. C. de ad. conf. 68. num. 5. & seq. Masgon. dec. lucen. 44. n. 2. & maxime existente iuris praesumptione, per quam cautum est, quem praesumi vivere, usque ad centum annos. l. fin. & quod ibi communiter notatur C. de Sacrosanct. Eccl. Dec. in d. col. 104. nu. 4. & in conf. 198. h. in 10. vbi dicitur quos probat Anna sing. 687. quod ampliant procedere, siue is, qui vitam allegat, sit ad eos, siue reus accipiens hoc dicat Couarr. lib. 2. varior. resolut. cap. 7. post num. 2. Galv. conelut. de de praesumptione num. 3.

1. *Supradictis non obstantibus, contrarium fuit resolutum, nam fuit admittum per Dominum Vicarium supra dictam genus probationis mortis, quae dicitur fuisse Praxis fundamentum haberi in scripturis.*
2. *Primo, quia eramus in probatione mortis, quae in loco longinquo, quo casu sufficienti praesumptio probationis, ut voluerunt Cornueus.*

Cap. Thol. & Boer. locis fupracit. Alex. conf. 4. n. 1. v. volum. 2. Herculan. de negatiua num. 2. 90 vbi etiam in proposito quis dicatur locus lóginquus Menoch. dict. l. final. num. 672. C. de edicto Diui Adriani tollendo, cum alijs quos allegat Couarr. loco citat.

Secundo, quia in prefenti cafu vltra depofitione illius teftis, qui dicebat fe vidiffe mortuum, claufum in capfa, concurrebat quoq; fama, quo cafu, cenfetur pleniffimè mors probata Cephal. conf. 65. num. 4. & feqq. volum. 2. Menoch. dict. l. final. num. 672. C. de edicto Diui Adriani tollendo, vbi facit regulam affirmatiuam cum tribus limitationibus Duen. reg. 199. in 9. limit. Maffard. de probat. lib. 2. concluf. 1070. per totam, vbi latè de hac materia, de qua et per Farin. in fua practica. crim. lib. 1. tit. de indijs, & tortura. quaest. 147. num. 97. & fequen. Tertio, quia inter multos modos probandi mortem alienus traditus per Doctores, est ille, qui probatur per teftes, deponentes, mortuum fuiffe feputurq; traditum: Menoch. dict. l. fin. num. 175. vbi ampliat etiam fi dicti teftes effent confanguinei mortui. Monticell. in repertor. teftum fol. 401. num. 3. & feqq. vbi etiam ampliat, fi teftes viderint mortuum claufum in capfa, qui dicebatur effe talis, & alia ad materiam de qua per eundem Monticellum, pag. 401. colum. 2. verf. 1. & verf. penult. & feqq. vbi teftatur, quantum probet de pofitio vnus teftis in hac materia.

S Y M M A R I V M.

- 1 Donatio facta à patre, ad finem, ut filius poffit promoueri ad ordines, non poteft reuocari vitio ingratitudinis.
- 2 Donatio ob caufam non poteft reuocari vitio ingratitudinis.
- 3 Qui promouetur ad ordines facros cenfetur contrahere coniugium fpirituale.

Donatio facta filio, ob clericatum, an poffit reuocari propter ingratitudinem?

D E C I S I O X I X.

Supponatur in factio patrem donaffe tertiam partem fuorum bonorum filio, ob caufam, & contemplatione clericatus, & expreffis verbis in fcriptura confituit dicta bona in patrimonio, & titulum eiusdem filij clerici, quare cum dictus clericus, quodam die impijs manns in eius patre inieciſſet, ac eundem verbis contumelioſis aſſeciſſet, & pater intendet reuocare dictam donationem ob fupradictas caufas; fuit dubitatum an id fieri potuiſſet; nam de iure clariffimum effe dicebatur, poſſe reuocari donationem propter ingratitudinem l. j. §. mater, & l. fi. C. de reuoc. don. facit. tex. in c. pp. ingratitudinè eo. tit. Imo ſin Clarù in §. donatio q. 2. l. in fin. 7. non valet pactum appofitum in donatione, quod non poffit propter ingratitudinem reuocari, & Gomez de contract. cap. 4. num. 1. 4. voluit, donationem poſſe quodcumq; reuocari per donan-

tem, ſuperueniente ingratitudine per donarium; & fecundum eundem in tit. de vit. volu. cap. 11. ſub num. 83. donator non poteft promittere et cum iuramento non reuocare donationem propter ingratitudinem futuram.

Contrarium fuif reſoluitum, ſtantibus ſic pre-narratis; donationem ſcilicet factam filio ob caufam clericatus, ad cuius titulum poſtea fuit promotus non poſſe per patrem amplius reuocari, & hoc ex pluribus. Primo, quia ex tali donatione obligatur pater Epifcopo, quia cum nõ ordinaffet, niſi ſub ſpe irrevocabilis donationis facta fuiſſet donatio, quia filius debet habere illa bona, vt fe poſſit commodè ſubſtentare, ne iij opprobriũ clericatus mendicare cogatur: vnde reſpicit non ſolum oneroſam cauſam matrimonij ſpiritalis, ſed etiam intereſſe tertij, qui non debet decipi per iſtam reuocationem, ita vt ſuccedat in locum alimentorum, aut ſaltem acquiritatis impulſu facta cenfetur, Couarr. in c. Raynald. §. 2. num. 7. verſ. ipſe tamen opinor hanc donationem, de teſtam, & ita in ſpecie quod non poſſit reuocari concludit Diaz. in prax. criminal. cap. 18. num. 15. poſt Azeuedum, ad leg. 1. 3. Tauri, colum. 2. num. 82. Aucundan. reſponſ. 17. Quando preſertim poſt donationem factam filio, vt ordinaretur ad titulum patrimonij, interuenit traditio vera, vel ficta, tradendo ſcripturam, vel ipſam rem donatam, & eius poſſeſſionem, alias ceſſantibus prædictis eſſet locus reuocationi, licet enim ſit in culpa fraudando Epifcopo propter ſimulationem rei donatæ, tamen factis eſt quod tenetur, a cõtionè, & doſo ob dictam reuocationem, ita vt Epifcopus poſſit petere contra patrem, qui ipſum fraudauit, omnia danna, & intereſſa; cum ſpectet ad ordinantem inquirere, an titulus ſit verus, vel fictus; Ideo interim tenebitur præſtare alimenta ordinato, vſq; dum habeat congruũ beneficium, ex quo commodè poſſit ſubſtentari, pro ut in puncto ita declarat, Spin. de teſtam. gloſ. princ. l. 8. nu. 74.

Secundo, quia prædicta donatio dicitur ob caufam, quæ non reuocatur propter ingratitudinem, gloſ. in l. fin. in verb. interueniatur, quam communiter ſequuntur DD. & ſecundum Rip. à eadem l. num. 43. C. de reuoc. donat. Curt. conf. 85. & 156. & communem quoq; nuncupat Clar. loc. ſup. poſt Panor. & reliquos in rubr. de donat.

Tertio, quia hæc donatio dicitur facta Eccleſiæ, quæ non poteſt reuocari propter ingratitudinem Prælati, Rip. conf. 18. num. 18. & in l. fin. q. 2. C. de reuoc. donat.

Quarto, quia donatio connumeratur inter ſpecies alienationis l. alienationis verbum in ff. de verbor. ſignif. l. voluntas C. de fideicommiſſis, & facit etiam text. & quod ibi notatur in l. fin. C. de rebus alien. non alienan. vnde quemadmodum patrimonium, ad cuius titulum eſt aliqui ordinatus alienari non poteſt ex diſpoſit. Conc. Trident. ita donatio bonorum, ſuper quibus fuit conſtitutum reuocari nequit propter ingratitudinem.

Quinto, quia qui promouetur ad ordines facros cenfetur contrahere coniugium ſpirituale, argumento tex. in cap. vnico de voto in 6.

& argumento à dicto matrimonio spirituali, ad carnale, quod de iure est validissimum, cap. inter corporalia de translat. Episc. vnde cum donatio sit & causa matrimonij carnalis non reuocatur propter ingratitudinem secundum Guidonem. Papam dec. 145. Faber in dec. 1. & 2. C. de reuoc. donat. Artaman dec. 3. eodem tit. Clar. s. donatio quæst. 2. num. 4. ita non potest reuocari donatio facta contemplatione coniugij spiritualis, quod est clericatus.

Non obstant contraria, quia procedunt in alijs casibus præter nossum, in quo expressè prohibetur alienatio ex vi Conc. Tridentini.

SYMMARIUM.

- 1 Ad contrahendum sponsalia, requiritur septennium completum.
- 2 In sponsalibus per verba de futuro, sufficit usus rationis, & libertas, quæ præsumuntur post septennium.
- 3 In contrahendo matrimonio per verba de præsentibus, tunc malitia dicitur supplere ætatem, quando adest potentia generandi cum discretione.

Malitia quando dicatur supplere ætatem in causa matrimoniali.

DECISIO XX.

FVLt dubitatum in Curia Archiepiscopali, quod dicatur malitia supplere ætatem ad effectum ut aliquis censetur capax ad contrahendum matrimonium, & sponsalia & dicebatur de iure esse verissimum, quod septennium completum desideratur ad contrahendum sponsalia, c. ex literis, c. accessit, & tex. in cad. dissoluedum de desponsalibus impuberum, quibus adde D. Thom. in 4. sententiarum, q. 2. art. 2. distin. 27. qui ait requiri septennium completum, in quo præsumitur, usus rationis, & libertas.

Quo supposito dubitabatur, quando malitia dicitur supplere ætatem quidam prætendebat, tunc dici, quando potentia generatiua reperitur, ante pubertatem. Sed tamen fuit resolutum contrarium, pro cuius resolutionis dilucidatione est aduertendum, quod aliud est loqui de malitia, & supplente ætatem pro sponsalibus de futuro contrahendis, & aliud pro contrahendo matrimonio per verba de præsentibus: si loquamur in sponsalibus, tunc sufficit usus rationis, & libertas quæ præsumuntur post septennium, nisi secundum probabilem aliquorum opinionem impuberes sint doli capaces ante dictum septennium; Sanchez to. 1. de matr. disp. 16. & tunc meo iudicio malitia dicitur supplere ætatem, in casu prædicto quando ante septennium impuberes sunt doli capaces, ut optimè probatur in c. fin. de desponsal. impube. & ibi late per Panor. in c. & Felyn. l. 1. nu. 7. hic num. 18. & glof. ibi in verbo prudentia, exponendo distinctionem malitiæ declarat eandem prudentiam. probatur quoque in cap. consinebatur cod. tit. & facit, quod notanter dicit Bald. in c. conf. 319. volum. 2. quæm refert, & sequitur Alex.

in conf. 16. vol. 1. ubi semper malitia supplet ætatem, quando in persona contrahentis matrimonium extat animi perspicacitas, & ingenij virtus sequitur Henriquez lib. 1. de matr. cap. 13. Ledesma eiusdem nominis tract. q. 33. ar. 2. dub. 2. Quod optimè probatur etiam ratione tex. in l. in sponsalibus ff. de sponsalibus dicentis, satis esse sponso intelligere, quod agunt, vnde si puer adeo eminentis ingenij, & iudicij sit, ut intelligat id, quod agit, iudicatur habilis ad contrahendum sponsalia, ita Henriquez loco cit. Viuald. de sponsal. nu. 14. post Ioannem Andream in cap. vnico de desponsal. impuberum in 6. Bald. conf. 44. vol. 4. & in authentica sacramenta puerum C. si aduersus conditionem, & ex supradicta decisione, Sacri Canonis præfixerunt septennium ad contrahendum dicta sponsalia, quia in ea ætate præsumitur in pueris usus rationis, & prudentia Ioan. Andr. in d. c. vnico de desponsal. impube. Lopez. 1. par. de matrimonio c. 37. col. 2. & sic patet iura in desponsalibus non considerare potentiam generatiuam sed prudentiam, & vnde si ante septennium usus rationis, & prudentia aduenierit, valida erunt sponsalia; Ant. Gabr. lib. 2. com. opin. com. 1. q. de minor. quem refert, & sequitur Ledesma de matr. q. 43. art. 2. dub. 2. dicit valere sponsalia in præsentibus, si adest usus rationis, & prudentia; scit ad hoc id quod voluit Sanchez loc. cit. lib. 1. disp. 16. in princ. Si vero loquamur in matrimonio, non contrahendo per verba de præsentibus, tunc malitia supplet ætatem intelligitur potentia generandi cum prudentia, & discretione c. de illis de desponsal. impub. l. 2. vbi Abbas Hinc colligitur ratio, cur ius Canonicum ætatem eandem in viris, & feminis præscripserit: 1. quo ad sponsalia cum diuersam ad matrimonium ætatem præscripserit, & ratio est, quia, ad sponsalia sufficit rationis usus, ad matrimonium verò, desideratur potentia generandi quæ tardius in viris reperitur, ita dicit D. Thom. p. 3. q. 32. art. 1. ad 3. sufficit tamen si vltima septennii dies non sit completa, sed incepta, & hoc favore matrimonij, sicut favore testamenti, idem statutum est, quia ætate ff. de testamentis. Non enim est minus favorabile matrimonium, quam testamentum. Couarr. in 4. decretal. 1. par. cap. 2. num. 2. Mandos. de ætate minori cap. 14. num. 1. Henriquez lib. 1. de matr. cap. 13. num. 2. Ludou. Lopez. 1. par. Instruc. de matr. c. 37. f. 1039. col. 1. in fi.

SYMMARIUM.

- 1 Quando post concilium Ordinarius approbatus patronatus, non tenetur amplius patronus docere de titulo.
- 2 Præsentationes dicitur continuari quando extant, una vel duæ præcedentes, licet una deficiat in medio, nam tunc media præsumitur.
- 3 Quando cum persona suspecta, concurrat non suspecta, cessat ratio suspitionis.

An duobus patronis quorum alter est Baro, alter priuatus, concurrentibus ad præsentandum in beneficio iuris patronatus præsumatur vsurpatio?

DECISIO XXI.

DECISIO XXII.

Non videtur dubitandum, quin debeat influi in parochiali S. N. capellanus presentatus à Dom. Io. Bap. & Francisco de Minutulis, nã in processu adfunt presentationes multiplicatæ intra antiquiffimi temporis cursum, ab anno 1462. vsq; ad annum 1589. quo tempore per Curiam Archiepiscopalem. fuit lata sententia ad fauorem D. Ioa. Salui. presentati à Prædecessoribus dictorum Dominorum de Minutulis & quando post Conciliũ præuia causæ cognitione, Ordinarius approbavit, nõ tenetur patronus amplius doceere de titulo, sed tunc sufficit quasi possessio, prout decidit Sac. Congreg. teste Gonzal. super Reg. Cancellar. 8. glof. 18. num. 16. qui refert, & ponderat dict. decif. Tum quia testes deponunt de immemorabili iuxta doctrinam glof. c. 1. de præscript. lib. 6. & de iure, quando sumus in antiquis, fama probat uspatronatus, concurrente longissima possessione, Casador. dec. 2. de prob. Rota diuers. t. p. dec. 79 t. Seraph. dec. 1103.

1 Non obstat quod presentationes, nõ videantur continuatæ, nam re vera, presentationes dicuntur continuatæ, quando extant vna, vel duæ præcedentes, licet vna deficiat in medio, Menoch. lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 90. n. 15. nam tunc media præsumitur, probatis extremis, Rot. diuer. t. p. dec. 455. in fine.

Nec obstat, quod d. D. Franciscus compatronus sit Baro, & sic simus in personis in quibus præsumitur vsurpatio, & requiritur presentationes continuatæ per quinquaginta annos, quæ probari debeant ex authenticis scripturis: Nam dato, & non concessis, quod nõ adfunt scripturæ, super dictis presentationibus, iuxta formam à dicto Concilio Tridentino præscriptam, tamen, quia cum d. Barone concurrat d. D. Ioann. Bap. qui non est Baro, non debet ei præiudicari, cum in eo cesset suspicio vsurpationis. Quando enim cum persona, in qua præsumitur vsurpatio, concurrat alia persona, in qua cessat suspicio, non habet locum forma statuta in presentis Concilio, quæ ratione personæ non suspectæ, cessat suspicio, & habet ratio, ac si esset ius patronatus priuati. Menoch. notabiliter de præsumptio lib. 3. d. præf. 90. nu. 16. de qua doctrina Menoch. me admonuit R. D. Alexander Russus Canonic. Neapol. tamque vti singularem hic recensere volui.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochus non docens doctrinam christianam est suspendendus ab officio.
- 2 Delinquens in officio, est suspendendus ab illo.
- 3 Parochus tenetur diebus dominicis, & festis, plebem sibi commissam instruere circa necessaria ad curam animarum.

Qua pœna sit puniendus Parochus, qui non docuit Doctrinam Christianam, suos Parochianos.

Supradictum Parochum, de quo loquimur, suspendendũ duximus ab officio suo, quæ euidenter constabat, nunquã pro tẽpore, quo functus fuerat hoc munere docuisse rudimẽta fidei suos Parochianos: Propterea, delinquens in officio suo, venit suspendendus ab illo, ita Clar. in §. fin. q. 18. vers. præterea Io. Grand. de bell. exul. fo. 218. Intrig. sing. 45. fo. 39. Baiard. ad Clar. in d. q. 18. à nu. 5. & seq. Capib. in tracta. de Baron. folio 221. num. 41. cum seq. Georg. alleg. 42. num. 11. Auditor Petra in addit. ad Cypre. dec. 1. t. & latissimẽ Caball. probat in resol. crimin. casu 76. de Franch. dec. 8.

Supradictis addebatur communis Doctorum sententia, de qua in cap. vt quisq; de vita, & honest. cleric. vbi per illud verbum admonere suos Parochianos, colligitur Scribentes, Parochos teneri, suos Parochianos docere principia fidei Christianæ, scilicet, Pater noster, Ave Maria, & Symbolum Apostolorum, & prima rudimenta literarum: Idque etiam satis vterque fuit in Conc. Maguntin. cap. 45. cuius verba refert Barthol. Carræza in summa cõciliorũ l. 30. in hunc modum: Symbolum, quod est signaculum fidei, & Orationem Dominicam distinet semper admovent Sacerdotes populum christianum, volumus; vt disciplinam condignam habeant, qui hoc edificare negligant, siue in ieiunio, siue in aliqua castigatione emendentur: Propterea dignum est, vt patres filios suos ad scholam, siue ad Monasteria, siue foras, Præbiteris vt fidem catholicam recte discant, & orationem dominicam, & domi alios docere valeant: & qui aliter non pœuerit, in sua lingua illud dicentes, cuius cõcil. verba recenset etiam Iacob. Simanch. de catho. instit. c. 28. n. 8. & similiter, constitutionem editã esse in Diocesi Conimbricen. dicit Nau. in c. qn̄ notab. 18. ex n. 68. de consec. dist. 1. & post eum Michael. de Medin. in lib. 4. de recta in Deũ fide c. 6. id asserit Simanch. in d. c. 28. nu. 11. Ad officium Parochi pertinere Parochianos suos in prædicta doctrina christiana erudire, & id ipsum, reddit Moron. de pace q. 60. n. 12. Fusc. de visita. lib. 1. c. 4. n. 17. & lib. 2. c. 3. n. 12. Nau. in Manual. c. 1. n. 18. vers. quod circa, & in c. 25. n. 135. & idẽ et statutum referunt in Conc. Trid. sess. 4. c. 1. vbi iubetur Parochis Plebes sibi commissas singulis diebus Dominicis, & festis sollempnibus instruere in his, quæ ad salutem animarum necessaria existimant; & iterum in eod. Conc. sess. 24. c. 4. iubetur Parochis diebus Dominicis, & alijs igitibus pueros in singulis Parochiis, fidei rudimenta docere.

Ex quibus omnibus, cum de maxima appareat obligatio ad quam tenetur Parochus, sicut suspendus ab officio suæ curæ per sex menses.

S V M M A R I V M.

- 1 Vfructuarius omnium bonorum, potest ad beneficium iuris patronatus vacans præsentare.
- 2 Præsentatio est in fructu.

3 *Vsfructuario, & non proprietario debetur laudemium.*

Vsfructuarius omnium bonorum, habet ius presentandi ad beneficium.

DECISIO XXIII.

C Vidam fuit relictus vsfructus omnium bonorum, in quibus aderat beneficium iurispatronatus, quare cum concurrisset proprietarius, & ipsemet vsfructuarius in casu vacationis ad presentandum; fuit dubitatum quis eorum esset preferendus. Et prima facie videbatur respondendum pro proprietario, ex eo quod vsfructus non dicitur domini i. recte dicimus ff. de verb. signif. nec pars quotatua, nec de bonis, nec extra bona, Bar. in auth. hoc locum C. si secund. nup. mulier. Magon. decif. Floren. 204. Franc. Marc. in decif. 302. & secundum Caballin. milleloq. 402. vsfructuarius non est dominus rei, sed aliquando habetur pro domino; & iuxta opinionem Bar. in l. 2. ff. de leg. 3. vsfructus non dicitur tertia, nec quarta pars fundi, sed consistit in parte integrali, Alciat. in d. l. recte dicimus ff. de verb. signif. secundum nostrum recte dici, cuius vsfructus alienus est, quia vsfructus no domini pars, sed feruitus est. Hinc Bar. in l. si pignori res ff. famil. hercif. nu. 8. vsfructuarius dicitur quasi procurator; supradictis accedebat communio Canoniarum sententia, presentium Innoc. nu. 1. Butt. nu. 4. Panorm. n. 9. in c. fin. de concess. prebend. qui tenent uxorem vsfructuaria. omnium bonorum non posse presentare clericum in ecclesia patronata, sequitur Bellon. conf. 6. nu. 18. Ann. sing. 193.

Contrarium vero fuit resolutum, scilicet vsfructuarius omnium bonorum, posse ad beneficium iurispatronatus vacans presentare; & moti sumus, quia vt pluries diximus ex mente Panorm. & omnium in cap. consultationibus de iure patronatus presentatio est in fructu, & cum omnes fructus pertineant ad vsfructuarium l. vsfructuarium nouum ff. de vsfructu. igitur potest presentare; & iuxta hanc opinionem tenuit Molin. de primog. hispan. lib. 1. n. 4. vbi dixit vsfructuarium habere iurispatronatus, & ei competere ius presentandi ad sacerdotia: vnde Bald. in conf. 63. vol. 1. scripsit vsfructuarium omnium bonorum, in omnibus, & per omnia loca domini haberi vnde, & ipse tenetur soluere debita. Roza Perus. in decif. 4. Franc. March. decif. 113. & Caballin. milleloq. 450. & num. vsfructuarius, an proprietario debeat exigere à vassallis adiutorium Capyc. decif. 184. Guid. Pap. decif. 477. & Char. in s. emphiteu. sim q. 23. & ipsi, & non proprietario debetur laudemium; idem Capyc. citata d. cif. 184. Ann. sing. 19. quem admodum ad eum similiter pertinet ius reuocandi vsfructuarius; quod non sit dominus tenetur ad collectas Cathar. dec. 83. n. 1. & dicitur legitimus contradicitor in materia l. n. C. de edict. Dni Adria. toll. n. b. Menoch. de adipsent. possess. remed. 2.

q. 19. & potest agerovendi rei vendicatione, Rauen. sing. 93. Ann. alleg. 14. num. 5. & ei competit interdictionum, vnde vt, vt vero domino si expellatur secundum Bart. in l. 3. vsfructuarius ff. de nou. oper. nunc. & Boer. decif. 27.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Existens in articulo mortis, praesumitur verum dixisse.*
- 2 *Exculpato facta per socium criminis in articulo mortis vel in patibulo, prodest inculpato.*
- 3 *Dictum socii criminis facit indicium ad torturam, sed quando hic socius esset mortis traditus, quia tunc nullum faceret indicium eius confessio.*
- 4 *Iudex si in mortis articulo dicat se falsam iudicis sententiam, non statim eius dicto, nec per hoc sententia annullatur: similiter & de teste.*

Dictum socii criminis, qui fuit suspensus, an faciat inditium ad torturam contra socium.

DECISIO XXIV.

Fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali Neapolitan. an dictum socii criminis, qui fuit damnatus ad mortem faciat indicium ad torturam contra socium; & dicebatur regulam iuris generalem esse dictum socii criminis, concurrentibus concurrerit facere indicium contra socium, latè Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cap. 474. & de praesumpt. lib. 1. q. 39. Boss. de indic. num. 143. Clar. q. 21. vers. dictum socii, Foller. in sua pract. in verb. de consentibus num. 102. Rebuff. in l. Diuisi num. 168. & sequen. ff. ad Syllanian. latè Peguer. in decif. 5. per totam, & in decif. 36. & maxime hoc procedere dicebatur in casu presenti, in quo existens in articulo mortis praesumitur verum dixisse secundum glo. in cap. fin. in fin. de purg. canonica, quam commendat, & magnificat Alex. in conf. 111. vol. 1. Dec. conf. 563. volu. 2. Bald. conf. 25. col. 2. volu. 1. vbi voluit, quod confessio facta in articulo mortis valeat, quia non est praesumendum, quod confitens illo tempore mentiar; & hoc ab omnibus Doctores approbati refert Marfil. in pract. 6. diligenter num. 119. per rationem text. in cap. incipimus 1. quæst. 7. vbi quilibet, & maxime in articulo mortis consuetus praesumitur in memor salutis aeternae, & pi operata Mastrill. in decif. 196. refert dictum exculpationem factam per socium criminis in articulo mortis, vel in patibulo prodest inculpato allegat Gramat. voto 3. num. 5. & in voto 11. nu. 11. in fi. Bursa. conf. 210. nu. 21. & seq. vol. 1. Farinac. de indic. & tortur. q. 96. nu. 99.

Sed quodquid sit ex supradictis, Curia Archiepiscopalis censuit contrarium, vt minime crederetur socio criminis, qui fuit suspensus, &

hoc

hoc per doctrinam Bertazzo, conf. 234. vbi ponit regulam generalem, dictum socij criminis facere indicium ad torturam, & postea ponit limitationem, non procedere quando hic socius confessus, esset morti traditus, quia tunc nullum faceret indicium eius confessio contra socium; quam limitationem refert, & sequitur Kouit, in prag. 1. post n. 4. de retractoribus, huic opinioi a simili loquendo accedebat text. in l. si in graui s. si quis moriens ff. ad Syllanian. vbi per illum text. dicitur Bar. & alij post eum i quod si aliquis iudex constitutus in mortis articulo dicat se tulisse falsam sententiam, non statim eius dicto, nec eius credito, nec per hoc sententia annullatur Ang. conf. 308. vbi ait idem esse in electionibus priuatorum, secundum Innoc. in c. cum dilecti de elect. idem subdit esse in testibus, quibus non crederetur, si post eorum depositionem sollempniter factam in articulo mortis, afferat se falsum testimonium tulisse per tex. in c. sic ut extra de testib. vbi glo. Rom. & Angel. in citato s. si quis moriens, Bart. in l. 2. in 1. col. in princ. ff. de falsis Bal. in l. 1. in 1. col. C. de non numer. pecun. & ita communiter tenet Co. utr. lib. 2. variat. resol. 13. nu. 7. in fi. Clarus s. q. 53. vers. secundo est casus Mascard. de probat. conclus. 1135. num. 13. Marf. in praet. s. restat, vbi dixit, quod non omnis moriens est sanctus, imò ita moriens pauore videtur territus, vt sanum perdidisset intellectum vt plurimum enim ipsi solet euenire: idcirco ipsa personam, tamquam non menti composibilem, non est credendum, arg. tex. in l. hac consultissima vers. at cum humana fragilitas C. qui testantur. sic. post.

Non obstant contraria, quae procedunt, vbi ultra inculpationem, non adsumt alia indicia secundum Hypolit. & Mascard. locis supra citatis, & additio ad Bertazzo, conf. 126. vol. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Per sex menses non praesumitur obliuio in teste.
- 2 In teste praesumitur obliuio elapso biennio.
- 3 Quando agitur de re graui, ad praesumendam obliuionem requiritur curriculum decem annorum, secundum aliquos.

Testis, an possit interrogari de certa hora rei gestae elapsis iam sex mensibus.

DECISIO XXV.

Reuere. Ficens Cur. Archiep. Neap. in causa in qua erat facta publicatio, didicis testimoniis, petit terminum ad impediendum processum, & dicebat velle examinare quemdam testem super certa hora cuiusdam rei, cui iam sex elapsi fuissent menses: Pars vero aduersa replicabat, non esse concedendum, quia erant didicita testificata, propter quod etiam Fisco denegatur non producere iuxta communem opinionem, quam

refert, & sequitur Clar. q. 51. Theaur. decis. 263. Farinac. de test. q. 92. Burfat. conf. 13. nu. 7. volu. 1. tum etiam, quia praefata interrogatio posset de facili praeberi aniam dicto deponendi falsum, quia si responderet affirmatiue censeretur suspectus, cum non sit possibile, quod in tantis temporibus diurnitate, non sit oblitus de dicta hora, ex regula iuris, quod memoria hominis labilis sit, vt per Vber. de Bobio in tractatu de positionibus, num. 38. Festus in tractatu de Substantionibus q. 4. nu. 3. Corn. confil. 55. nu. 23. & conf. 257. nu. 9. vol. 3. & ita meminit Iustinian. in l. 2. s. si quid autem C. de veter. iur. enuclean. Riminald. Junior in conf. 344. n. 77. Menoch. Bemol. interrogatus nu. 13. vol. 3. Bertran. conf. 166. ex actis nu. 2. vol. 7. Barbat. conf. 75. sapienter, nu. 15. & conf. 89. Clementissimi nu. 4. vol. 4. idem Barbat. conf. 129. ex facto nu. 2. vol. 1. Scribit enim ad propositum Seneca, Claudium Sabinum ita fragili, aut nulla extitisse memoria, vt illi modo Vlisus, modo Achilles, modo Priami nomē excideret, quos tamen nouerat optime. Phnius testatur esse prodigium; Messala Corinti obliuionem fuisse adeo mirandam, vt ob morbum, proprii sui nominis non recordaretur: Curio pater, adeo fuit hebetis memoriae, quod in causis dicendis accidit quadam die, vt quid quid erat dicturus, in Senatu obliuisceretur, Auctore Cicerone, Sicut nostris temporibus quoque interrogatus aliquando Reuerendissimus Episcopus Aquilanus, Dominus Ioannes de Acugna (sanctae memoriae) de nomine propriae patriae, ob eius senectutem, vel potius ingrauescentem aetatem, non meminit. Hinc est, quod secundum Viuium in decis. 64. Memoria iniquitur nisi studio, & exercitatione augeatur Cic. de Senectute, & Franc. Petrarcha de remed. aduersae fortunae, vbi vocat, Memoriam infidam, in qua verè fidendum non est; & sic, ne quis a rebus via discendat, calculum secum ponat, & quod facturus sit, potius hodie, ne memoriae excidat, quam in crastinum efficiat, cum dilatare non sit tutum, vt idem Petrarcha discurret in loco memorato: Hinc, vt ab incepto non desistat. Non est inquam dubitandum, quin curriculum biennij, naturalis ratione memorem, immemor reddat, ex quo collige, quod daturus operam iuri inter cetera, memoriae opus habet, tum naturalis, tum artificialis, vt magistraliter discurret Petrarcha in tractatu de arte memorandi, Hieronymus Rufellius in tractatu de memoria locali, & Iacobus Bernardus in Addit. ad Ioan. de Terra rubea in tractatu contra rebelles suorum Regum, in vbi prohem. in glo. quoniam sub lit. A. prop. fin. vbi quae plurimos retent, qui tenaci, profundaque clauere memoria: & sic in omnem euentu obliuio inducitur per decennium l. si arbiter ff. de probat. l. peregrè ff. de acquiren. possess. l. 1. C. de veter. iur. enuel. Corn. conf. 179. nu. 6. vol. 3. & idem confil. 137. volum. 1. Decian. confil. 51. volum. 2. Gozzad. m. conf. 9. nu. 51.

Tamen decidendo contrarium iudicauit Curia Archiepiscopalis, & sic censuit supra dictum testem posse interrogari de certa hora gestae rei, sex mensibus elapsis, nam regula

riter obliuio non præsumitur secundum Balin. l. cum aliena C. de legatis, Guid. Pap. t. 7. n. m. 4. Viui. decif. 64. in princ. facit tex. in l. magnam. C. de contrahend. & committ. stipul. & ratio est, quoniam memoria, non est futurorum, nec præsentium, sed tancum præteritorum teste Arist. in lib. de reminifcent.

Non obstant contraria, quod memoria hominis labatur, quia procedit, data longitudine temporis maiore, quam sex mensium; & sic in teste præsumitur obliuio, elapfo biennio, & nõ minori tempore secundum gl. in c. si testes 4. q. 3. Crauet. conf. 18. vol. 1. Oldrad. conf. 183. n. 19. Gramat. conf. 41. & 46. Verall. dec. 179. Imò sunt, qui dixerunt, ad præsumendam obliuionem, requiri curriculum decem annorum; præferim quando agitur de graui negotio Crauet. conf. 138. n. 14. vol. 3. Menoch. de arbit. iud. casu 16. nu. 1.

SYMMARIUM.

- 1 Appellatio in dubio est admittenda.
- 2 Quando exceptio est intricata in iure, aut in facto, potest referuari ad merita causæ.

Vicarius an tenetur admittere appellationem ab eius decreto de præseruandis exceptionibus ad merita causæ?

DECISIO XXVL

Fuit decifum, teneri Vicarium admittere appellationem ab eius decreto lato super referuandis exceptionibus ad merita causæ; eius decisionis, ratio fuit, quia in dubio appellatio est admittenda; gl. in l. qui restituere in fi. ff. de rei vendic. Dec. in c. cum sit Romana nu. 8. de appel. & in conf. 18. nu. 2. conf. 33. num. 6. in fi. conf. 336. nu. 2. & in conf. 524. n. fi. Cephal. conf. 105. nu. 46. vol. 1. Crauet. conf. 103. num. 24. vol. 2. Riminal. Jun. conf. 70. nu. 25. vol. 1. Aff. in conf. appellationum tempora nu. 39. Menoch. de recuperanda possessione remed. 5. nu. 89. & Anna qui alios refert fing. 678.

Sed fupradicta confiderauimus cum hac distinctione, quod aut exceptio est intricata in iure, aut in facto, & tunc referuari potest ad merita l. 3. vbi Doctores ff. ad exhibendum, & ideo non potest appellari, confequenter frustra disputatur fi debet admitti, vel ne, & quod exceptio fit intricata, aut requirit altiore indaginem statuto eiusdem iudicis, ita Innoc. in c. cum in iure peritus de offic. deleg. Bar. in l. 4. 9. condemnatum. ff. de re iudicata.

SYMMARIUM.

- 1 Emphyteuta alienans absque consensu directi domini incidit in commissum.
- 2 Pacta appofita inter contrahentes sunt feruanda.
- 3 Directus dominus non potest cedere prælationem.
- 4 Prælatio non competit nisi directo domino.
- 5 De iure terij non licet excipere regulariter.

Emphyteuta qui partem rei emphyteuticæ alteri in emphyteusim fimiliter cõcedit, an dicatur directus dominus respectu dictæ concessionis, & consequenter in ea habeat prælationem, & alia quæ directis dominis competunt.

DECISIO XXVII

Petrus S. Croce cum teneret ad emphyteusim perpetuum quodam territorium à Monasterio S. Gaudiosi ciuitatis Neapolis, concessit partem dicti territorij fimiliter ad emphyteusim cuidam Natali de Sanctis cum omnibus pactis, & clausulis in fimilibus contractibus apponifolis, & fignanter quod à dicto Natale non possit alienari ipfo concedente inrequisito, & per iuris terminum nõ expectato; verù dictus Natalis dictam partem territorij alienauit D. Petro Paulo Ferraiolo illam concedendo fimiliter ad emphyteusim, cum solitis clausulis, & pactis, qui D. Petrus Paulus pro huiusmodi cõcessionem soluit laudemium Monialibus S. Gaudiosi tamquam directis dominis; modo dictus Petrus S. Croce egit in Archiepifcop. Curia Neap. contra dictum D. Petrum Paulum ad relaxandum dictum territorium siue ex capite deuolutionis, ex quo fuit alienatum ipfo inrequisito, & per iuris terminum nõ expectato, siue ex capite prælationis, cum Natalis habeat concessionem ab ipfo Petro, qui tali pacto speciali illum concessit; fuit dubitatum quid iuris; & pro parte dicti Petri actoris dicebatur concessionem dicti territorij ab eo fuisse factam dicto Natali ad emphyteusim, & absoluti inrequisito domino incidere in commissum lfi. C. de iur. emph. c. potuit de loc. & cond. nec sibi præiudicare laudemium monialibus solutum, ex quo in concessione est specialiter cautum quod Natalis nõ possit alienare ipfo Petro inrequisito, & pacta in contractibus appofita inter contrahentes sunt feruanda l. 1. & toto tit. ff. de pact. imò dictas Moniales non potuisse prestare assensum dictæ concessioni in eius præiudicium, nam per alienationem factam contra formam iuris, & pacti, erat quæsitus actori Corbul. in tract. de iur. emp. tit. de can. priu. ob alien. fact. q. 7. nu. 8. fol. 141. nec monasterium prædictum poterat tamquam directus dominus prætere prælationem, quia in hoc casu non competeat tale ius ex quo illo non utebatur ad sui beneficium, sed ad commodum terrij Vrfill. ad Afflic. deci. 138. n. 6. Guid. Pap. q. 411. Franc. Marc. decif. 2. par. 2.

Quibus tamen non obstantibus per dictam Archiepifcopalem Curiam de voto Cõgregationis fuit decifum cõtra dictum Petrum actorem, & absolutus ab impetris D. Petrus Paulus Ferraiolus, & ratio decisionis fuit, quia Petrus S. Croce non erat dominus directus territorij concessi, sed vrilis, & eius vrilis dominium in alienatione transfuit in empoteorem, & nihil penes fe retinere potuit, vnde non ab ipfo, sed à directo domino, fci-

scilicet à Monasterio assensus requirebatur, vt p̄
 4 Iaf. in d. l. si. nu. 88. C. de iur. emph. nec etiam iure
 praelationis illud prætere potest, quia nullo iure
 cauetur, quod praelatio alteri competat, quam
 directo domino dicti. l. fin. Dominus de Franch.
 dec. 17. & Capv. dec. 39. ergo dum D. Petrus Pau-
 lus conuentus habuit assensum à directo domi-
 no soluendo illi laudemium non debet molestari
 à dicto Petro emphyteuta, nec obstat pactum ad
 eius beneficium appositum in concessione facta
 Natali secundo emphyteute, quia tale pactum
 operatur ad beneficium directi domini cui non
 poterat præiudicari ab ipsis emphyteutis l. iuris
 gentium §. si pacifor. ff. de pact. Bar. in Leum qui
 §. in popularibus ff. de iur. iuran. nec obstat quod
 opponeretur ab actore s. quod primus emphyte-
 1 uita in dicto territorio habebat meliores praes-
 ter ipsum factas, quas poterat alteri concedere,
 quia in illis etiam habet tantum dominium vti-
 le, cum in casu caducitatis res emphyteutica, vna
 cum meliorationibus ad dominum directum
 reuertatur d. l. si. & Rot. dec. 1. de locat. & cond.
 in antiq. de Franch. dec. 92. de Pont. dec. 12.
 Nec demum obstat quod per partem aduersam
 opponeretur assensum non esse præstitum à mo-
 nialibus cum non appareat nisi solutio laudemij
 Abatissæ, quæ non poterat consensum præstare
 nisi capitulariter congregata cum alijs moniali-
 bus secundum Mohedan. dec. 1. de his quæ sūt
 à prælat. quia hoc esset opponere de iure tertij,
 3 quod non licet l. loci corpus §. competit ff. si seru.
 vend. Thessaur. dec. 4. ex communiter traditis
 per Doctores in l. 1. ff. de excep. & eo magis cum
 finus in eo qui opponit cetera habentem iustam
 causam possidendi l. si. C. de rei vend.

S V M M A R I V M.

- 1 Prohibitio alienationis quælibet testatur.
- 2 Fideicommissum relictum in diem mortis, non cedit
 ante diem mortis.
- 3 De bonis antiquæ hodie non disponitur, nisi de me-
 dietate.
- 4 Per alienationem factam contra expressam volunta-
 tem testatoris, non transfertur dominium.

Hæres institutus cum expressa prohibiti-
 one alienandi bona hæreditaria, num-
 4 illa alienando possint vendicari à substitu-
 titis eius vita durante, vel post eius
 mortem.

DECISIO XXVIII.

FRANCISCUS, & FRATRES S. CROCE, filij supradicti
 Petri, cum in supradicto iudicio ab eorum pa-
 tre intentato non potissent obtinere, vt in de-
 cisione præcedenti, ex totum persona gerunt in
 dicta Archiepiscopali Curia contra eum. Item D.
 Petrum Paulum pro relaxatione dicti territorij,
 ex alio capite, nam Antonia Carbonella sobri-
 na dicti Petri in vitimis constituta suam hæredem
 vniuersalem instituit Petrum S. Croce eorum pa-
 tris super omnibus eius bonis, & signant & super

quo: s. territorio, conditione apposita, vt si dicitur
 Petrus abf. i. liberis decederet in eius hæreditate
 succederet venerab. Ecclesia S. Aloysij huius ci-
 uitatis eum expressa prohibitione nec dicitur Petrus
 possit alienare in totum, vel in partem dicta bona,
 sed de eis sit tantum usufructuarius eius vita
 durante, & post eius mortem dicti eius filij, & in
 eorum defectum dicta Ecclesia, & quia non ob-
 stante dicta expressa prohibitione testatoris, dicitur
 Petrus alienauerat partem dicti territorij, vt su-
 pra in præcedenti decis. quod nullo iure sibi liceat
 rat per tex. in l. petro §. fratre, & in l. cum pater §.
 libris ff. de leg. 2. sicut dubitatum quid iuris, &
 pro parte conuentioni dicebatur alienationem fuisse
 validam, & propterea esse abfoluendum ab
 impetitis etiam in præsentis iudicio ex nonnullis,
 Primo, quia & si dicitur Petrus fuerat prohibitus
 alienare, tamē dicta prohibitio nõ fuit vestita ali-
 qua causa, & sic est nullus momenti, & resoluitur
 1 in nudum præceptum, vt ad litera dicit tex. in l.
 filius familias §. diuisi, il secodo, ff. de leg. 1. Lucius
 ff. de leg. 1. latè Capyc. dec. 108. Secundo, nam
 dicti filij sunt vocati in dicto testamento post mor-
 tem eorum patris, qui adhuc viuunt, & sic eo viuente
 nullam eis competere actionem l. hæres meus
 ff. de cond. & demon. Ann. conf. 28. vol. 1. & latissime
 Gama in dec. 280. & fideicommissum relictum
 2 in diem mortis non cedit ante diem mor-
 tis l. Statius Florus §. Cornelio felici ff. de iur. f. f.
 l. post mortem C. de fideicommiss. quod etiam
 habet locum in expressa prohibitione alienatio-
 nis l. seuola codicillis §. instituo ff. de leg. 1. cum
 ex hoc non extendatur fideicommissum, sed in-
 telligatur secundum personarum uocationem
 Menoch. lib. 4. præsump. 68. nu. 10. Tertio, quia
 dicti territorium erat de bonis antiquis eius do-
 mus, & sic non poterat disponere nisi de medie-
 3 tate illius, aliam vero medietatem nõ poterat gra-
 uare fideicommissio ex consuet. Neapol. & si testa-
 tor, de success. morien. sine fil. ex test. de qua latè
 per Asshet. dec. 310. & dicta pars alienata est
 longe minor medietate dicti territorij. Quar-
 to & ultimo dicebatur, quod cum dicitur Petrus
 fuerit grauatus per fideicommissum vniuersale,
 esse detrahendam trebellianicam à dictis bonis
 ad Senat. consul. trebell. per totum eius loco po-
 terat dictam partem territorij alienare.

Quibus tamen non obstantibus per dictam
 Archiepiscop. Curiam fuit condemnatus con-
 uentus ad relaxandum dictam partem territorij,
 4 & declaratum concessionem factam à dicto Pe-
 tro esse nullam, & inuolidam ex quo erat prohi-
 bitus alienare, & per alienationem factam contra
 expressam uoluntatem testatoris non transfertur
 dominium per tex. & quod ibi cõmuniter nota-
 tur in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. glo. in
 l. 2. C. de cond. nõ caus. Cr. scen. in dec. 1. de pi-
 gnor. & latè Scraph. dec. 717. nec obstant in con-
 trarium adducta, & non obstat primus, quia &
 si dicta prohibitio non vestitur à causa, tamen est
 facta contemplatione certæ personæ. I. filiorum
 Petri, & Ecclesie S. Aloysij, & hæc dicit tex. in d.
 l. filiusfamil. §. diuisi secundo ff. de leg. 1. ibi nisi
 inueniatur pericula, cuius respectu à testatore hoc
 dispositum sit, & declarat glo. ibi ver. nõ possint.
 Nec

Nec obstat secundum, quia sumus in alienatione voluntaria, & huiusmodi alienationes statim sunt nullae ipso iure non expectata morte alienantis l. peto §. praedictum, & ibi glo. in verb. voluntaria, & Bar. ff. de leg. 2. Nec tenet obstat qd essent bona antiqua, quia dictum territorium à testatrice non possidebatur ex successione, sed alio titulo, nec territorium praedictum fuit assignatum in dote, sed pro dotibus promissis in pecunia fuit petita assistentia super dicto territorio, & propterea alienationum extraneo, & demum ex donatione pervenit testatrici, quae omnia ex processu clarè constat. Nec demum obstat quartum & ultimum quia Petrus haeres fecit alias concessionis antea istam de qua agitur, quae in casu quo deberetur trebellianica erunt eius loco, & nihilominus fuerat prohibita detractio dictae trebellianicae in dicto territorio.

S Y M M A R I U M.

- 1 Clausula generalis prohibens alienationem extra familiam, an inducat fideicommissum.
- 2 Curia Archiepiscopalis pro negata decidit, & redit rationem decisionis nu. 3.
- 4 Fideicommissum absolutum ex quibus inducatur.
- 5 Prohibitio alienationis extra familiam non inducit simplex fideicommissum.
- 6 Fideicommissum in dubio non praesumitur, & propterea illud allegans tenetur probare.
- 7 Limitata causa limitatum producit effectum.

An ex permissione alienationis inter institutos tantum censetur inductum fideicommissum.

D E C I S I O XXIX.

CVM quidam testator instituisset tres eius filios, & eos ad inuicem substituisset cum clausula, quod bona alienare minime possent nisi inter eos, fuit debitum in Curia Archiep.

- 1 si per hoc esset inductum fideicommissum, & vnus ex Dominis dicebat fuisse inductum ex eo quod per prohibitionem alienationis fideicommissum inducitur l. filiusfamil. §. diui, & §. cum pater ff. de leg. 1. Cum pater §. libertis l. codicillis §. insulam ff. de leg. 2. l. pater §. fundum §. Iulius A grrippa §. quindecim l. Lucius in princip. ff. de leg. 3. l. quoties ab omnibus C. de fideicommiss. Guid. Pap. in dec. 469. Borrellus conf. 33. nu. 17. qd adeo verum est vt secundum Aret. in l. qui Romae §. cohæredes col. 3. vbi Socc. nu. 18. ff. de verb. oblig. fideicommissum non solum censetur inductum in casu alienationis, verum etiam in casu maris sequitur Dec. in conf. 98. l. col. 4. cū multis quos citat Petra in tract. de fideicom. job prohibitionem alienationis q. 5. n. 43. cum seq. Molin. de primog. hispan. lib. 1. c. 5. n. 16. Simon de Præter. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. inerp. 3. dubit. 1. solut. to. num. 3. Surdus in conf. 85. & in conf. 96. per tot. in quibus locis reprobarur etiam Decij opinio qui in conf. 636. voluit clausulam non ex-

tendere fideicommissum præcedens, sed ad illud restringi, prout etiam facit Riminal. in conf. 10. nu. 12. cum seq. vbi latè agit Bertazo. in conf. 6. nu. 18. in ciuil. Petra in d. tractatu. q. 6. nu. 16.

- 2 Ceterum supradictis non obstantibus Curia Archiepisc. contrarium decidit, & sic iudicauit minime fuisse inductum fideicommissum, quae decisio fuit roborata ex eo quod ad hoc vt fideicommissum simplex inducatur, extare debent verba, quae hoc importare possint, alias etiam si voluntas testatoris concurreret, esset inefficax l. quidam cum filium, vbi Bal. & Imol. ff. de hered. instituen. & Doctores omnes qui dicunt fideicommissum absolutum induci ex prohibitionem alienandi, quae sit vestita causa, loquuntur quando adiecta est clausula apta ad importandum fideicommissum, vt quando dictum est prohibeo alienationem extra familiam, vt bona remaneant in familia, in casu autem nostro verba non sunt apta ad hoc, quia solū dictum est, quod non possint alienari nisi inter eos de familia, & non inferuntur alienari nisi inter eos de familia, ergo voluit bona remanere in familia, quia per similem prohibitionem testator voluit familiam prouidere, non relinquendo, sed amputando, & praedictio vias per quas impeditur transitus bonorum in posteros, opinatur enim testator sufficere, vt bona transeant ad posteros, vt probat Socc. in conf. 251. nu. 6. vers. nam tunc testator voluit. vbi allegat tex. in l. pater §. fundum ff. de leg. 3. Socc. Jun. in cõf. 13. col. fi. vol. 4. & Doctores omnes admittunt, quod prohibitio alienationis extra familiam non importat simplex fideicommissum, quando aliud non concurrat iudeo Aelia. in conf. 184. concludit fideicommissum non oriri ex prohibitionem alienandi facta de castro nisi inter filios, & descendentes, licet interueniat qualitas rei, & fauor descendendum, & in eodem facto idem voluit Berous conf. 83. vol. 1. quem sequitur Riminal. cõf. 371. nu. 14. & nu. 132. addo Socc. fun. d. conf. 13. vol. 4. qui in eodem casu consultat cum Aelia, & omnes isti mouentur fundamentis, quae omnino conueniunt facto nostro, quia scilicet prohibitio facta fuit inter institutos tantum. Insuper adducitur pro confirmatione huius decisionis qd
- 6 fideicommissum non praesumitur, sed allegans tenetur probare Ioa. Andr. ad Specul. in tit. de restamen. §. 1. vers. occurrit cum pluribus apud Roland. conf. 30. & per aliam quae vult, quod non sufficit testatorem voluisse, nisi etiam disponat Bal. & Imol. in liquidam cum filium ff. de hered. instit. Rolan. conf. 34. nu. 1.

Non obstat quod prohibitio pluribus facta censetur cuius eorum facta contemplatione alterius, quia per hoc non inferuntur deesse simplex fideicommissum, quando cessat ratio consuetudinis, & vestimentis causae glo. in l. codicillis §. institutio ff. de leg. 2.

- 7 Non obstat secundo, ratio prohibitionis alienationis, quia non dixit testator simpliciter, sed velle quod bona consenserent in sua familia, vel agnatione, sed apud supra scriptos heredes, & substituutos, atque ita clausula est limitata, vt producere debet limitatum effectum l. in agris ff. de acquir. rer. domin. & cū sit restricta ad certas personas

sonas, non debet ad alias extendi, quia regulariter non est permiffa extenfio de perfona ad perfonam, lfi quis ita §. penult. ff. de testamen. tutel. Aret. in l. Gallus §. quid fit trñ col. 4. ff. de liber. & posth. Laſcin l. cum res in 6. notab. ff. de leg. 1. Nat. conf. 47. nu. 9. Rolan. conf. 46. nu. 2. 3. vol. 3. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. 4. nu. 8. Petra in d. q. 5. nu. 56. & clauſula est reſatiua ad precedentes ſubſtitutiones, quia vult quod bona conſeruentur apud prædictos ſubſtitutos, ea namq; dictio in tantum, est reſatiua, quod eos ſolos amplectitur, qui oculis corporeis legi poſſunt in ſcripturis lqui liberis §. hæc verba vbi Bar. in fi. ff. de vulg. ſubſtit. alios citat Menoch. conf. 86. nu. 83. Mant. in d. tract. lib. 8. tit. 14. in fin. Dec. conf. 278. col. fin.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quando pars citata ostenderet esse euidenter calumniam in petenda abſolutione à iuramento, & quod fiat ad fatigandum aduerſarium pro huiusmodi probatione faciendâ conceditur terminus.
- 2 In diſpenſatione faciendâ debet præcedere cognitio ſummaria ſuper cauſis diſpenſationum, an ſi vtilitas, vel neceſſitas.
- 3 Vbi non ſubeſt iuſta cauſa non debet concedi diſpenſatio.

An in habilitatione à iuramento debeat dari terminus.

D E C I S I O X X X.

PEtierat in Curia Archiepiſcopali quidam de Palma habilitationem à iuramento aduerſus contractum ſocietatis initæ inter ipſum, & quemdam alium, vnde cum dicta pars aduerſa comparuiſſet in dicta Curia opponendo contra dictam habilitationem, inſtando ipſum audiri, & dari ſibi terminum, vt poſſet veriſicare, quare dicta habilitatio non debeat concedi, & ſi inter nos dubitatum an deberet prædictus terminus concedi.

Dicebatur primò, terminum non eſſe concedendum ex eo, quod habilitatio ſupradicta conceditur parte non citata ſecundum communem opinionem de qua per Aſſiſt. decif. 210. & conſequenter terminus dari non debet. Vbi enim citatio exigitur, cauſe cognitio eſt neceſſaria l. iubeamus C. de iud. & vbi cauſe cognitio, ibi, & terminus ſecundum Bar. in l. in crimine ff. de adult.

Item dicebatur, quod pars in dicta habilitatione, quoad eius iura non leditur, cum ius ſuum ſaluum remaneat in petitione iudicij principalis, ideo terminus non requiritur, ita Joſeph. Ludouic. in decif. Peruſ. 18. num. 5. Benin. decif. 14.

Et tandem pro hac opinione dicebatur obſtare Ann. in ſuis ſingular. ſing. 2. vbi per hæc verba, inquit, & iſtam opinionem vidi ſeruari in practica, nã nulla cauſe cognitio adhibetur in iſtis re-

laxationibus, aut habilitationibus ad finem agendi. Verum ſupradictis minime ſuffragantibus Curia Archiepiſcopalis contrarium iudicauit concedendo terminum dicto de Palma, & moti ſumus ex infra dicendis.

Primò, ex doctrina Imolin. c. debitores de iur. iur. quem ſequitur Ludou. d. decif. 18. verſ. vbi ſi pars citata offereret forte euidenter calumniam patentis talem abſolutionem, & relaxationem, & quod id faciat cauſa dilatandi, & fatigandi aduerſarium in litigijs, quo caſu audiri non deberet iuxta l. fatiſ aperte C. de falſ. Quod debeat concedi terminus, addebat quocq; Crauet. in cõf. 7. vbi pro iuſtificatione cauſe abſolutionis concedendæ, requiritur fieri probationem, igitur terminus eſt neceſſarius.

Et ad hoc idem facit, quod voluit Ann. in alleg. 22. vbi quando dicitur de nullitate aliquid actus ſententiæ, ſuæ abſolutionis, cum nullitas cenſetur principaliter intentata, debet dari terminus in cauſa.

Probatur aperte in l. quædam ff. famil. hereditum. l. ſi expreſſim ff. de appellat. glof. & DD. in l. fin. ff. de offic. iud. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit ff. de pact. quæſt. 13. & in l. 1. ff. de ſeruit. colu. 1. Franch. in c. cum dilecto q. 12. de appell.

Tandem faciebat pro hac opinione decif. Guid. Pap. 140. vbi ad hoc vt intelligatur Epifcopus diſpenſare, oportet quod præcedat ea, quæ hoc decretum iuſtificationis videlicet præceſſerit cognitio ſummaria ſuper cauſis diſpenſationis facta, an ſit vtilitas, aut neceſſitas, vel alia iuſta cauſa ff. de in ius voc. l. libertus c. requiritur §. niſi rigor diſciplinæ cum multis ibi ſequentibus 1. q. 7. imò plus dicunt Innoc. & Archid. quod neceſſaria eſt ſententia diſpenſationis, vel decretum prius ſuper diſpenſatione conceſſa, ſcilicet dicendo decretum eum idoneum ad tale quid, & vocabuntur hi, quorum intereſt cap. quoniam quod quid 1. q. 7. l. nam ita Diuus ff. de adopt. aliter præſumitur reuerenti factum Epifcopi, nec pro diſpenſatione habetur, imò Epifcopus punitur, ſi petatur, quod nõ licet fieri, ſi Epifcopus diſpenſaſſet, ac ſi fuiſſet caſus ſibi diſpenſabilis cap. qui in aliquo §. 1. diſt. c. quæcunque 81. diſt. ſecundum Innoc. in c. veniens de iur. iur. vbi etiam notat Hoſtienſ. quod ad hoc, vt diſpenſatio ritè fiat, eſt conſiderandum, quod in ipſa diſpenſatione inferatur cauſa, nam diſpenſatio eſt iuris communis relaxatione, vt notatur §. pro tẽporũ 1. q. 7. ſupple. facta cauſe cognitione ad eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi ſecundum Innoc. dicitur enim diſpenſatio quaſi diſcreta penſatio quõſdo ſcilicet iudex in lance mentis ſuæ diſcreta, penſat, & ponderat quid magis expediat, ſecundum Hoſtienſ. & ita debet eſſe ſufficiens diſpenſatio, & clara, quod nulla dubitandi rationabilis cauſa ſubeſt, vt in c. ordinariè §. ſi verò de off. ord. lib. 6. ita vt diſpenſatio nat iuſta & certa cauſa exigente, alias eſt prohibita diſpenſatio, vbi cuique non ſubeſt iuſta diſpenſandi cauſa c. & ſi illa 1. q. 7. alioquin non diſpenſatio, ſed diſpenſatio potest ſecundum Archid. ibid. & cum præmiſſis cõcordat id quod Panorm. ait in c. de iur. iur. vbi dicit, quod quando actus

actus super quo iuramentum sit praestitum non apparet, & prima facie vitiosum, non tenebit, absolui posse, nam notata ratio est, quia à iuramento parit praestito non absoluit Episcopus Immo nec Papa sine causa, cum Deus receptor obligationem parit, ut notat Gloss. in cap. 4. de iur. iurand. & Innoc. in e. cum inter de renunciat.

SYMMARIUM.

- 1 *Officiales debent esse in maxima veneratione cum sint pars corporis Principis eosdemque offendens, dicitur committere crimen laesae maiestatis.*
- 2 *Offendens famulum Curiae, nemis grauius puniendus.*
- 3 *Lacerans literas superioris, punitur graui poena.*
- 4 *Quacuis iniuria illata officiali censetur Atrox.*
- 5 *Inferens alapam officiali, punitur poena mortis.*
- 6 *Verbum iniuriosum iudicis, non infamat.*

Qua poena puniatur Clericus proferehs verba iniuriosa Iudici laico.

DECISIO XXXI.

Clericus quidam proculi quaedam iniuriosa verba cuidam Iudici laico, coram quo litē habebat, quod videlicet esset indoctus, & vitiosus, quare captus, & carceratus, & existente in possessione Curiae Archiepiscopalis, fuit dubitatum qua poena esset puniendus.

- Dicebatur, Iudicem esse debere in maxima veneratione apud litigantes, vnde in cap. delictis de poenis habentur formalia verba, Ne iudicialis euanescat auctoritas cum de litigatoris aduersus assertionem iudicis temere prorumpentis iuxta superioris arbitrium digna poterit animaduersione puniri, officiales enim, seu iudices dicuntur pars corporis Principis l. quisquis C. ad l. Iuliam Maiest. & nos offendentes dicuntur committere crimen laesae Maiestatis Clar. in §. crimē laesae Maiest. num. 7. Viuis dec. 340. Intri gliol. dec. 40. Immo offendens famulum Curiae grauius venit puniendus Gram. dec. 1. 4. & in cap. Reg. plerumque contingit. Meminit Carau. in Ritu 258. num. 2. Carrer. in pract. crim. tit. de indit. & tortur. in princ. vers. in tex. ibi. item q. n. 90 larē Farinac. in eius prax. in tit. de var. & diuers. crim. quæst. 105. n. 203. & si poena amputationis manus sit statuta percussit cum armis, si fuerit facta offensio Officiali, debet puniri percussens duplicata poena. Afilin. consilii quis aliquem n. 24.
- 3 Immo lacerans literas Superioris puniri debet, vt decisū fuit in occurritu casu in persona cuiusdā qui lacerauerat mandatum, seu citationē M. C. V. nā fuit dictū esse relegandum per quinquennium
 - 4 Vrsill. dec. 174. Atrox enim censetur quacuis iniuria, & si leuis facta officiali l. Atroce C. de iniurijs §. Atrox Insti. eod. tit.

Hinc est, quod licet alapam manu vacua alicui inferens, non teneatur nisi poena exilij, secundum las. in l. 2. C. de in Ius vocand. & iussu decisum testatur Viu. in decis. 96. Farin. variarum quæstio. d. q. 105. n. 108. Tamen alapam inferens officiali, seu Iudici punitur poena mortis, vt

fuisse in occurritu casu decisum in personam cuiusdam Doctoris testatur de Ponte de i. potestat. Proleg. Neapol. in rubric. de prouid. fieri folit. §. 2. num. 18.

Hinc dicit text. in Iudici §. de iniurijs, quod Iudici ab appellatoribus conuicium fieri non debet, imo, & imagini Iudicis prohibetur quā iniuriam inferre l. Sencatus Consul. ff. eodem. 4. titul.

Nec obstat, quod ex aduerso adducitur, dictū Clericum fuisse à dicto Iudice iniuriatum, & consequenter prouocatum, ex quo minuitur eius delictum l. nec magistratibus ff. de iniurijs Faber. in dec. 1. eodem tit. quā respondetur, quod verbum iniuriosum Iudicis non infamat l. verbum C. ex quibus caus. infamia irrogatur. Et sic fuit per Curiam Archiepiscopalem decisum, quod praetatus Clericus exulet per sex menses.

SYMMARIUM.

- 1 *Prohibita alienatione, prohibita est etiam concessio ad emphiteusim.*
- 2 *Expressa prohibitio alienationis impedit dominij translationem.*

Prohibitus expresse rem alienare, an prohibeatur eadem rem in emphiteusim concedere.

DECISIO XXXII.

Iudicamus in Curia Archiepiscopali Petrus de Sancta Cruce, cui expressa fuerat facta prohibitio de non alienando censu, prohibitum quoque esse eandē rem in emphiteusim concedere, quam decisionem fundauimus ex infra scriptis.

- 1 Primo, quia expressa prohibitio alienationis impedit dominij translationem, secundum communem opinionem, de qua in l. si ita §. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l. 2. C. de conditione ob causam, & per Crescent. dec. 1. de pignori bus.

Tum secundo, quia sub expressa prohibitione, & alienatione continetur concessio in emphiteusim l. fin. C. de rebus alienis, non alienandis cap. nullum de reb. eccles. non alien.

Tum tertio, & ita tenuit Rota in vna Romana Saluiani interdicti 29. Martij 1585. Coranus Cantuccio, cuius tenor est videlicet. Domini tenuerunt, Alexandrum Perusinum nullos fructus census impositi, super domo, de qua agitur nullatenus dāna, & interesse debere, quā huiusmodi impositio census fuit ab initio ipso iure nulla, propter expressam alienationis prohibitionem. Bart. in l. filius fam. §. Diui. num. 6. vers. ceteri, & ibi Cast. num. 7. vers. interdum Claud. num. 13. las. in t. lect. nu. 66. & in l. num. 100. Rip. nu. 47. Croet. num. 91. Ferd. Lanz. num. 114. ff. de legit. primo Ruin. conf. 23. & 13. libr. 5. Graz. conf. 91. num. 13. cum sequ. lib. 1. Tiracq. alios citans de leg.

leg. connub. gloss. 7. num. 57. vnde stante nullitate impositionis ab initio, promissio quoque euitationis tamquam accessoria nulla fuit Grat. in 2. rem. d. conf. 91. num. 20. & 21. lib. 1. laré Tiracqu. de conf. poss. 3. par. limit. 7. n. 28. cum seq.

Et præmissa Domini firmarunt nisi Alexander probauerit Iacobum falsò, & cum fraude asseruisse domum super qua fuit impositus census fuisse liberam, nec alicui fideicommissò subiectam, tunc enim impositio census valuisset, & per Tiracqu. de leg. connub. gloss. 8. num. 137. cum sequ. quæ probatio pendet ab eo, an constet Iacobum tempore impositionis census habuisse notitiam, quod prædicta domus esset subiecta fideicommissò, & expressè alienari prohibita, de quo erit videndum.

SYMMARIUM.

- 1 Quando proceditur per viam inquisitionis, expensæ debeant fieri per fiscum.
- 2 Reus tortus, & non confessus, cum purgauerit iudicia, non debet condemnari ad expensas.
- 3 Actus debet fieri regulariter expensis petentis.

Diligentiæ pro impingandis processibus, cuius expensæ fieri debeant ?

DECISIO XXXIIL

Cum per Curiam Archiepiscopalem Neapol. deberet fieri aliquæ diligentie contra nonnullos male promotos, ex eo, quod præterdatur quamplurimos Iuuenes fuisse cum falsis dimissorijs eiusdem Curie, ab alienis Episcopis ordinatos, & consequenter esset necesse mittere vnum scribam dictæ Curie, quare cum reperitis dictis dimissorijs suisset supra dicti inquisiti torti, & nihil confessi, & propterea absolui.

Fuit dubitatum per quem deberent supra dictæ expensæ exsolui, pro cuius articuli resolutio ne fuit allegatus Bald. in l. qui crimen C. qui accusare non possunt, vbi videtur residere cum distinctione, quod aut agitur criminaliter, aut ciuiler. Primo casu non debentur per condemnatum. Secundo vero casu, debentur per dictum condemnatum, quam distinctionem sequitur in l. non ignoret C. de fructibus, & litium expensis, tamen Barthol. in l. prima in princip. num. 13. ff. ad Turpilianum referendo opinionem Buttricarij, tenet neutro casu esse faciendam condemnationem expensarum, quia ille non venit in criminalibus officio Iudicis, neque de rigore Iuris cautum reperitur, vt debeantur, & sic voluit Angelus in l. 1. C. de bonis vacantibus lib. 10. vnde Grat. in conf. 80. num. 4. vol. 2. & in conf. 72. n. 44. q. dixit quod quæ ratio causa est criminaliter intertata, a reo sine absoluit, siue condemnatum non debentur expensæ sequitur Gasp. Theff. in q. 45. p. 1. vbi refert Senarum Pedamontanum vsum fuisse clausula, expensæ de more competentes, quam conclusionem procedere etiam in fisco, testatur Columb. in tract. de con-

trouer. a. rt. 138. vnde dixit Boer. in dec. 324. n. 1. & post eum Gasp. Theffaur. citata quæstio. 45. num. 2. quod Fiscus non dat, nec recipit expensas reo absoluto, seu condemnato, & nouissime sequitur Rota Lucen. dec. 16. & illam feruari in præc. testatur Bald. in d. l. qui crimen, de qua obseruancia scribit Peregr. de Iur. fisci. lib. 7. tit. vltimo in fine.

Ceterum Curia Archiepiscopalis indicauit supra dictas expensas esse soluendas per Fiscum, non autem per inquisitum, cuius decisionis ratio fuit, quia in supra dicto iudicio actum fuit via inquisitionis, propterea teneatur fiscalis, qui non processit precedentibus legitimis iudicijs, Ant. Burr. in c. cum dilecti n. 6. de dol. & contum. & Grillandus de relaxat. carcerat. quæst. fi. n. 2. Scapp. de consuetud. l. 5. rubr. 42. de expens. caus. crim. Ioann. de Almat. conf. 51. & de tali obseruancia testatur post Io. Fabr. Boer. dec. 314. in princ. Guid. Pap. dec. 269. Cap. Tholoz. dec. 6. Clar. 5. ff. q. 7. & 10. n. 5. & Gasp. Theff. cit. quæst. n. 5.

Immo dicit Alb. conf. 5. num. 8. quod absolui debet reus vbi per torturam inditia satis graui purgantur. sequitur Crau. conf. 178. num. 10. l. 1. conf. 2. num. 2. nam purgatis indicijs, idem est, ac si fuisset innocens inquisitus, qui tunc nulla ratio studente possit in expensis condemnari.

Supradictis accedebat quoque pro inquisito quod nullo modo cogi potest ad prædictas expensas, ex conclusione illa, quod actus regulariter fieri debet expensis petentis ad text. in l. sed si §. 1. ff. ad exhibendum. latè de Franch. dec. 313. Ioseph. Ludou. dec. Perus. 62. vnde dixit Afil. dec. 177. quod expensis petentis examinationem principalis absentis, examinatur dictus principalis, sequitur Cap. Thol. in dec. 100. & in dec. 72. Felin. in cap. de libelli oblatione Castr. in l. sed hæc §. defendenda ff. de procuratoribus. l. 1. ad egregios ff. de iureiur. Vnde cum officium fisci sit facere supra dictas diligentias, & per eundem fuerit institutum Reuerendissimo Vicario, vt mitteret vnum ex scribis dictæ Curie pro capiendis dictis falsis dimissorijs, propterea reus absolutus, ex eo, quod torti nihil confessi fuerint, per ipsum soluendæ erunt, licet in hoc puncto exclamet Viuius in decision. 479. lib. 3. cum iuxta supra dictam opinionem iudicauerit Curia Archiepiscopalis.

SYMMARIUM.

- 1 Clericus non censetur irregularis ex eo tantum, quod interfuit homicidio, nisi etiam constet de participatione.
- 2 Assistentia in dubio præsumitur casualis.
- 3 Qui interfuit homicidio, seu assistit, tunc censetur irregularis, quando directè, vel indirectè cooperatus fuit in homicidio, passus animam de percussoris etc. srens si assistit casualiter.
- 4 Opus illicitum inducit irregularitatem, quando est causa homicidij.

Ex sola assistentia in homicidio an contrahatur Irregularitas ?

DECISIO XXXIV.

Censuit Curia Archiepiscopalis Neap. non incurrisse irregularitatem quemdam clericum ex eo tantum quod interfuit homi-
ciio, quæ decisio fundatur ex infrascriptis. Tum quia intercessit, nisi probatur participatio nullius est considerationis cap. vit. in fin. 2. q. 8. Innoc. in cap. sententiam num. 1. in fin. verbo inter sit rit. ne clericus, vel monachi. Specul. tit. de dispensat. §. 4. num. 9. Abb. in cap. Ferrus num. 1. ver. fecus videtur, de homicidio, Felin. in cap. sicut dignum num. 6. ver. & omnia ista eodem tit. Fede ric. de Sen. conf. 168. in princ. Paris. conf. 152. nu. 30. 31. 35. lib. 4.

Tum secundo, quia assistentia in dubio præsumitur casualis, & non data opera, ad notata in L. merito ff. pro socio, Felin. in cap. sicut dignum num. 6. ver. & omnia ista de homicidio, cum in numeris, quos probat Paris. conf. 152. num. 31. & sequen. volum. 4. Roland. conf. 17. num. 20. volum. in. t. Mandell. conf. 23. eod. vol.

Tum tertio, quia loquendo extra terminos irregularitatis, assistens homicidio, minori pena venit puniendus cap. sicut dignum §. illi etiam de homicidio, ubi expressè definitum est, quod qui alium comitatur, ut ei operam ferat, si ab alijs impediretur exequi maleficium, paulo minori pena mulctandus est, & in his terminis verissima est opinio Dini, quam probant Salicet. in l. 1. C. de raptu virginum, & Abbas cap. 1. num. 12. de offic. delegat. & multos refert Carrer. §. homic. nu. 69. Plaz. lib. 1. c. 16. in epit. delictorum, & Couarr. clem. si furiosus 2. p. §. 2. num. 2. de homicidio, & in specie Bald. conf. 492. in princ. vult, quod qui adstat armatus si nolit percutere, mitiori pena plectetur.

Non obstat tex. in cap. si quis viduam §o. dist. quia procedit, quando, qui comitabatur, aliquid cooperatus fuit, quia tunc, & ipse dicitur cooperari, sed quando nullus occurrit, sed facile exequitur delinquens maleficium, tunc locum habent dicta superioris, ita in terminis distinguit Carrer. dicto §. homicidium numer. 70. in sua praxi.

Non obstat secundum dictum Innoc. dicto cap. sententiam, quia ait non puniri eadem pena illum, qui armatus adfuerit cum eo, qui percussit, sed tantum, qui aliquod auxilium præstitit. Idque profecto non negamus; Si enim adstat armatus, aliquam procul dubio fert operam, sed non ideo sequitur, ut eadè sit pena vniuersa, & potius contra sentit Innoc. dum inquit aliquod auxilium præbet, illa enim dictio, aliquod, refertur etiam ad minimum, quasi sit sensus, eum tenei de quali quali auxilio, ita Angel. in verbo dicto maleficio adfuit, in suo tract. malef. Marfil. in §. constante in praxi, & idem Mar. Conf. 24 & 45. Carrer. dict. §. homic. nu. 8. & Sal. in d. l. 1. n. 24. C. de raptu virginum.

Non obstat tertio, conclusio illa, quod ad incurrendam irregularitatem sufficit interuenisse homicidio, licet non percussit. Tabiena verbo irregularitas 2. numer. 21. Maiol. de irregularitatibus lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 1. Spec. tit. de di-

spensatio. §. iusta. num. 56. quia debet intelligi de eo assistente, qui directè, vel indirectè delicto cooperatus fuit, pura animò percussore, vel quid simile, secus de casualiter reperto in loco, ubi committitur delictum per sup. in princ. allegat.

Tandem non obstat, quod homicidium secutum fuerit occasione iudi, cui illicitum erat præfatum clericum assistere, & proinde tamquam datur operam rei illicitè teneri de homicidio etiam casuali, & præter eius intentionem sequuto. Diu. Thom. 1. 2. q. 64. artic. 8. Nau. in manuali cap. 27. num. 221. Tolet. lib. 1. instruct. Sacerdot. cap. 80. Vgol. de irregularitate cap. 18. num. 8. & sequen. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 3. quia hoc non procedit, quando opus illicitum, nullo modo fuit causa homicidij, ut latè explicat Couarr. super clem. si furiosus §. 4. num. 9. ver. sic, illud sancit, & num. 10. per totum de homicidio, benè Nau. conf. 1. n. 4. eod. tit.

SYMMA RIVM.

- 1 Confessio extrajudicialis non probatur per testes singulares.
- 2 Confessio extrajudicialis probat semiplenam, & requiritur quod per duos testes testes de loco, & tempore probetur.
- 3 Quando dictum testis est: valde inuenisibile, non probatur.

Confessio extrajudicialis an probetur per testes singulares.

DECISIO XXXV.

Fuit pluries resolutum in Curia Archiepiscopali, confessionem extrajudicialem, facere semiplenam probationem per text. in l. certum §. si quis absente ff. de confessis l. 6. ff. de interr. act. l. capitequinto ubi gl. & alij vniuersaliter omnes ff. de adulterijs, & vni. dec. 191. dicit nõ probari per testes singulares, prout punctualiter decidit Affl. dec. 364. culus verba sunt, & ideo

stante illa opinione pro verò, quod confessio extrajudicium parte absente probat semiplenam, secundum Bart. in L. admonendi in 13. col. cum de iureiur. dicta allegata l. capitequinto ff. de adulterijs, & text. in cap. fin. de successiombus ab intestato, & Felin. in capit. si cautio de fide instrum. tamen ista confessio debet esse probata per duos testes testes de loco, & tempore, vt in Gloss. in l. fin. C. sam. hericound. & voluit Bald. in l. 1. versicul. quilibet actus debet probari per duos testes C. de testib. item Cui. in l. generaliter C. de non num. pecunijs & Innoc. cap. per tuas de prob. & Alex. in 1. vol. conf. 18. & in proprijs terminis, confessio absente parte, debet esse probata per duos testes testes de loco, & tempore, vt per eundem Affl. dec. 375. colum. 2. & A. x. loco cita. Luc. de Pennin. l. quoties col. 1. C. de dignit.

libr. decimo secundo, Afflic. in const. humanitate num. 10. colum. 6. Roman. conf. 78. & 45 t. & ita censuit Rot. Roman. in vna Roman. computorum 12. Maij 1568. coram D. Robustio cuius tenor est.

Fuit resolutum, non constare de renunciacione, quia vltra quod quidam testis examinatus patitur plures exceptiones, est etiam singularis, & dictum ipsum est admodum inuerrisimile (vt pater ex his quae gesta fuerunt) & duo testes vltimi coram me examinati deponentes de extrajudiciali confessione, sunt singulares, & licet testes deponentes de confessione, possent coniungi, cum vno deponente de veritate facti, tamen est verum, quando sunt plures testes super illa confessione, quia Rota non tenet, quod confessio probetur per testes singulares. Pute' dec. 3. de prob. Anton. August. de testib. dec. 23. Ideo vnus testis de confessione, & alius de veritate non coniunguntur, Afflic. dec. 364. Curt. Jun. Paris. & alij per dictum informantem allegati, praesertim statutis tunc praesumptionibus in contrarium, quae ponderant, hos testes imperfecte deponere.

2 Patronus non potest se ipsum praesentare, iuxta tex. in cap. per vestras de iurepatr. & facit vulg. l. ita §. si decuriones ff. quod cum eo, idem etiam determinat Bald. in addit. ad Specul. in titul. de iurepatron. & propterea ita fuit decisum in causa Salamantini. Capellaniae coram domino Vestan. 14. Octob. 1552.

Ceterum, supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum. mox ex ratione tex. & ibi notatis in l. illud ff. quod cuiusq. vniuersitatis, quem text. allegat Thessaur. Fil. q. 3. asserens nominationem per patrem factam de filio, esse legitimam, & procedere etiam in materia praesentationis, & electionis, vltra officia publica, dicit Gloss. in cap. quia clerici de iure patron. & in cap. consuluit super verbo autoritate, & super verbo commune concedant eod. titul. & singulariter dicit Roman. singul. 813. Joannes Cruus de testibus numer. 111. & propterea, dicunt Doctores in materia iurispatronatus, patrem posse praesentare filium ad beneficium iurispatronatus, licet non possit praesentare se ipsum, Spec. de iurepatron. num. 14. Canon. in dict. cap. quia clerici, & in d. cap. consuluit, Lamberti. de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 12. 8. quæst. in princ. & post multos nouissime tradit Borg. dec. 40. p. 1. num. 23. sicut etiam pater possit electioni de seipso factae consentire secundum cautelam, quae proponit Cæpoll. caut. 96.

Non obstat, quod Pater, & filius vna eademque persona censentur, quia respondetur regulam supradictam, esse veram ex fictione, & quodam artificio iuris ciuili, non quod ita realiter verum sit, Paris. conf. 68. num. 188. libr. 4. Andr. Bard. in tractat. de temp. lect. vigesima secunda, ideo fictio non habebit locum in dispositionibus, in quibus attenditur veritas, & non fictio, vt in statutis Felin. in cap. 1. nu. 3. extra de magistr. Nicol. Festaf. de eximo. & col. let. parte 1. in princ. cap. 1. nu. 63. & sequi. & illa appositio non operatur nisi in casibus à iure expressis, secundum Dec. in d. l. final. C. de impub. & al. substi. Cuius dubium cõprobat An. de Gamma. in dec. Lusitana 174. num. 22. & plura ad illam regulam scribit Moron. de iureg. & pace, c. 3. Immo illa regula non procedit in his, quae factum desiderant, vt in nostro casu, Guid. Pap. sing. 450. & ita fuit decisum in causa Taurinensi. Sterpini, contra Sterpinam 1588.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater & filius censentur eadem persona.
- 2 Patronus non potest seipsum praesentare.
- 3 Pater potest praesentare filium.
- 4 Pater potest consentire electioni de se factae.

An pater possit praesentare filium ad ius Patronatus?

D E C I S I O XXXVI.

Dubitatum fuit in Cur. Arch. de praedicto dubio, & ratio dubitandi erat, quod nemo potest se ipsum praesentare, vt tex. in cap. per nostras de iurepatron. vnde cum pater, & filius censentur vna eademque persona l. final. C. de impub. & alijs, substitutio, & vox patris dicitur vox filij §. ei qui instituit. de inutilibus stipulationibus, cõsequenter videbatur dicendum, ex supradicta ratione, non potuisse patrem filium praesentare. Addebatur quoque decif. Rotæ, teste Veral. dec. 347. par. prima. Procurator constitutus à patrono ad praesentandum, non potest eundem patronum constituentem praesentare, Card. in cap. ex insinuatione de iure patro. vers. secundo quarto, Lambertin. de iur. patro. in part. 8. q. in principio primæ part. 1. lib. pag. 277. & ratio est, quia

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiusso liberatur a praesentatione rei principalis quando antequam idem fideiusso requiratur, vel in mora constituitur reus citatur.
- 2 Fideiusso non tenetur praesentare reum, quando superior comminatus est reo moriem.

- 3 *Reo effecto irrepresentabili facto iudicis, remanet liberatus si fideiussor.*
 4 *Omni promissa iurata habet conditionem, rebus sic stantibus.*

Fideiussor de presentando aliquem. num- quid teneatur presentate eundem si contingat citari pro alia causa?

DECISIO XXXVII.

HAbilitatus fuit per Curiam Archiepiscopalem quidam Clericus sub fideiussione de se presentando in forma, quare cum per eandem Curiam fuisset dictus clericus citatus pro alia causa; requisitus fideiussor, ut illum presentaret, dicebat, se non teneri ex regula iuris, quod fideiussor liberatur à presentatione rei principalis, quando antequam idem fideiussor requiratur, vel in mora constitutus, reus citatur, ita Bertazzol. conf. 500. num. 6. lib. 2. Nonius conf. 165. & idem Bertazzo. conf. 436. vol. 2. post Gabriel. conf. 181. Franciscus Marcus decif. 179. num. 40. Eugen. conf. 67. num. 1. licet Bossin tit. de carcereibus fideiuss. n. 41. teneat supradictam conclusionem procedere, si fideiussio praestita fuit pro vni causa, & contra reum in alia causa, seu delicto proceditur, secus si pro eodem delicto, & causa pro qua fideiussio fuit praestita contingat reum citari, tunc enim non liberatur fideiussor à praesentatione, ut probant innumerati, quos refert Fatinae. quaest. 34. num. 83. & num. 85. dicit propterea esse magis communem opinionem, quam sequendam in iudicando, tradit quaest. 170. in fin. Verum quidquid sit, ex supradictis, indubitata est conclusio, fideiussorem non teneri post praecceptum seu citationem, aut quid simile contra reum emanatum, etiam si fideiussio sit praestita pro omni, & quacumque causa, ut voluit Boss. conf. 38. num. 8. Berret. conf. 60. num. 1. Farinac. conf. 126. num. 4. volu. 2. Baiard. quaest. 46. num. 66. imò fideiussor de presentando aliquem, non tenetur, quando per superiorum est comminata mors rei principalis, ex qua comminatione ille fugam arripuit, Callesat. inter consilium. duorum. cons. 87. nu. 47. Alban. conf. 24. nu. 4. Merend. consil. 13. num. 6. vnde Bertazzol. in conf. 435. num. 3. dixit, quod nec etiam tenetur si oblata fidantia noluerit com parere, sequitur Gabr. conf. 183. addens supradicta procedere, etiam si fuisset promissum presentate, non obstante quacumque causa, etiam de nouo superueniente, secundum Boss. citato conf. 38. num. 8. quae conclusio fundata est in optima ratione, quia talis fideiussio etiam praestita ex quacumque causa recipit interpretationem à iure communi, secundum Herculan. in tract. de cautione de non offendendo cap. 3. sub num. 20. & cap. 42. num. 30. si de iure communi receptum est, quod iure effecto irrepresentabili facto iudicis, remanet fideiussor liberatus, secundum communem opinionem, quam refert, & sequitur Fatinae in praxi tit. de carcereibus, & car-

ceraris quaest. 34. à num. 44. vsque ad 49. & ex alijs, quos congerit Eugen. in conf. 1. num. 4. confil. 67. num. 8. conf. 68. num. 26. & sequen. Gabr. conf. 137. num. 11. lib. 2. supradictis accedebat quoque. Primum id, quod scripsum reliquit post Bald. Hyppol. in rubr. de fideiuss. q. 12. num. 132. quem refert Cephal. conf. 187. nu. 6. vol. 2. quod si Potestas tenetur exhibere familiares, aut soluere, si vnus eorum commisit delictum, adeo, ut eum Potestas exilio afficeret, non tenebatur illum amplius presentare. Secundum, quia omnis promissio etiam si sit iurata, habet in se dictam conditionem, rebus sic stantibus, & aliquo de nouo non superueniente cap. cum inter de iur. c. cap. quod ad modum, & cap. clericus de iur. iur. l. si sequi satifdare cogantur, latè Turq. in l. si vnquam in princip. num. 162. C. de reuocan. donat. sed citatione superueniente in persona rei principalis, pro quo fuit fideiussor, res non est integra in eodem statu, & terminis, in quibus reperiebatur tempore praestitae fideiussionis, igitur censeri debet excusatus fideiussor de representando, & ita fuit resolutum.

SVMARIVM.

- 1 *Socius criminis, qui ex delictum detegeret, ac publicaret, habuit gratiam de poena quoad se, potest torqueri ut faciat iudicium contra socium ad purgandum omne vitium.*
 2 *Gratia promissa non completitur torturam quod sit ad erudendam veritatem.*
 3 *Non est licitum pro iudicando, se ipsum, vel socios capere premium.*

Indultatus de delicto, an possit torqueri?

DECISIO XXXVIII.

ET quia tortura quandoque irrogatur in poenam, aliquando ad eruendam veritatem l. edictum vbi Bart. ff. de quaest. Propterea in Curia Archiepiscopali Neap. fuit plures resolutum, praesertim in causa quorundam clericorum inquisitorum de fabricatione falsarum dimissoriarum, posse vnum ex praedictis qui ab eadem Curia fuerat pro eodem delicto indultatus, torqueri cuius decisionis ratio fuit multiplex. Primum, quia socius criminis, qui vt delictum detegeret, ac publicaret, habuit gratiam de poena quoad se, potest torqueri, ut faciat iudicium contra socium, ad purgandum omne vitium ex Clar. 4. fin. q. 1. Boss. tract. de iudic. ante tortur. n. 182. cum seq. Bertazz. cõf. crim. 34. t. 36. & 559. Honded. conf. 100. volu. 1. Nat. conf. 183. tom. 1. Farinac. in pract. criminal. par. 2. quaest. 43. & Masc. de probat. concl. 131. Secundo, quoniam gratia promissa non completitur torturam, quae fit ad eruendam veritatem, nec ex privilegio quod non insigatur tortura oppidanis, inferatur ad torturam, quae permittitur pro eruenda veritate, de Francis decif. 459. par. 3. quam tuis non sit licitum secundum Viuum decif. 166. cape;

capere p̄m̄ium pro india nō seipsum vel fo-
cios, ita DD. per illum text. in l. quarta §. si ri-
bi ff. de cond. ob. turp. caus. & ideo inserti ibi Bar-
tol. circa fin. quod quidam Fornarolus in Ciui-
tate Bercensij indicando delinquentes cum qui-
bus ipse fuerat pariceps suscipendo p̄m̄ium, &
banni reportare, extitit licite sursensus.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura potest inferri pro re pecuniaria, si habet cri-
men annexum.
- 2 Ad torturam non est deueniendum quando veritas
aliter haberi potest.
- 3 Fatuus esse iudex qui malefactorem torqueret su-
per plenè probatis immo teneatur in syndicatu.
- 4 In omnibus causis potest deueniri ad questionem,
in subsidium.

Tortura an possit inferri pro re pecunia-
ria?

D E C I S I O XXXIX.

- F**uit dictum in Curia Archiepiscopali, qd
sic, si tamen habeat crimen annexum, &
Abb. ad c. de deposito Gomez. var. ref.
107. 3. cap. 13. nu. 29. & etiam contra testes in
causa ciuili inductos. Theff. decif. 42. Ad torturam
enim non est deueniendum, quando veritas aliter
haberi potest. Leditum ver. 1. l. Diuus Pius,
ff. de questionibus l. quones C. eo. Clar. pract. cri-
min. §. final. q. 64. Boer. dec. 163. Simon de Præ-
tens conf. 366. num. 3. p̄cedentes iudicij non s̄
remotis, sed proximis luce meridiana clariori-
bus. Osticus dec. 79. num. 11. & 56. Theff. decif. 24
num. 6. Crau. conf. 187. num. 1. vbi scribit, quod
quando contra reum potest alio remedio sub-
ueniri, non est deueniendum ad torturam, quæ di-
citur remedium subsidiarium: vnde fatuus esset
Iudex, qui malefactorem torqueret, super plenè
probat, imò teneatur in syndicatu: coposè Fari.
pract. crim. §. 2. q. 30. num. 34. Marf. ad l. 1. & ad
Leditum ff. de quest. Vulpell. conf. 4. n. 13. Coua.
pract. quest. c. 23. n. 1. & Masc. tract. de prob. con-
cl. 1383. n. 3. cum relatis per Farin. qui d. loc. ani-
maduertit, addendam repulsam illi, qui petit ali-
quem torqueri, nec iuret, quod non habeat ali-
quas alias probationes, quam torturam. Amplia-
tur in qualitate, & specie torturæ, quam esse tri-
plicem docet Bald. conf. 70. vol. 3. & Boss. pract.
crim. de tortura n. 16. Ampliatur, siue agatur de
pœna corporis afflictiua, siue de pecuniaria, siue
arbitraria Gillausen. arb. iud. p. 1. c. de iurifict. §.
30. n. 98. cum seq. Pet. Caballere. crim. 28. n. 17.
in n. & casu 170. n. 1. Franc. Marc. dec. 904. n. 4. &
5. p. 1. & in omnibus his casibus deueniri potest
ad questionem, sed in subsidium tantum, imò et
pro causa ciuili.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba generalia, ciuili modo sunt intelligenda.
- 2 Ex sola petitione non dicitur quis incidisse in crimē
stellionatus.
- 3 Non dicitur petisse debitum, si petenti non est sa-
tisfactum.

Petens debitum solutum, non incidit in
crimen stellionatus, nisi effectualiter
exegerit.

D E C I S I O XXXX.

- C**um verba regulariter sint intelligenda cum
effectu l. 1. §. hæc verba, & ibi communitur
omnes ff. quod quisq; iuris, & solet dici ver-
ba generalia esse intelligenda cūi modo l. ex
parte ff. de verb. oblig. propterea fuit dictum in
Cur. Archiep. quendam Clericum non incidisse
in crimen stellionatus ex eo, quod debitum sciē-
ter alias sibi solutum ab eius debitore petierat,
cuius declarationis ratio fuit, quia ex sola petitione
non dicitur incidisse in crimen stellionatus, quæ
ita demū incurreretur, si exequuta fuisset realis
exactio l. si fideiussor ff. in omnibus ff. manda-
ti, & ibi Bart. Bald. in l. 1. C. de condic. indeb. cū
non dicitur petiisse, si sibi non dum sit satis-
factum, & sic crimen adhuc minime dicitur con-
tractum Lamplius non petium, & ibi Bar. Alex.
& alij ff. rem ratam haberi, vt in termino statuti
de pœna petentis debitum iam solutum volue-
rat Alex. in conf. 83. num. 4. volu. 6. & maxime
quia text. in dict. §. in omnibus, requirebat effec-
tū, vnde conatus nullo modo puniri poterat
§. l. 1. in fin. ff. quod quisq; iur. l. penul. & ibi per
glo. & Scrib. ff. si quis in sus vocat. non ier.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti species.
- 2 Sequesstrum conceditur quando adeſt timor dilapi-
dationis, & in dubio permittitur n. 3.
- 4 Contrarium adducitur decifion per Curiam Archie-
piscopali. Et respondetur contrariis n. 3.

An concedatur iquesstrum creditori in-
strumentario contra debitorem cui in-
terdicta est administratio bonorum, &
declaratus prodigus.

D E C I S I O XXXXI.

- Q**uidam creditor instrumentarius cui egit
set in Curia seculari contra suum debi-
torem ibiq; ad nonnullos actus fuisse
processum; pro parte debitoris fuit allegata
exceptio fori declinatoria, ex quo erat Clericus,
& cū fuisset causa remissa Curie Ecclesiasticæ,
ac ibi procederetur ad incumbenda, per dictum
debitorem fuit replicatū debere procedi cū eius cu-
rator, ex quo ita fuisse declaratus prodigus, &
consequenter ei interdicta administratio bono-
rum. Vnde per Archiepiscopalem Curiam fuit
dictum quod procedatur cum curatore, cum
quo iterarentur acta hæcenus facta: Creditor
ex his petiit sequesstrari fructus bonorum dicti
debitoris, cum eius exceptiones tendunt ad di-
latandum, & interim dilapidati eius bona, vt pa-
ter ex eo quod fuit declaratus prodigus, & sen-
tentiæ inde ferenda reuideretur elusoria quare

foit dubitatum, an effet supradictum fequestru cedendum, & vnus ex Dominis dicebat quod sic, motus ob timorem futuri periculi dilapidationis argumento text. & ibi communiter notat, in l. 3. ff. de bonis auctoritate iudicis possidentis, qui quidem timor in personis prodigus maxime suspicatur; prodigus enim non habet modum, neque tempus in expensis, sed omnia dilapidando profundius glosa in c. ex parte de consuetudine, & in §. ite prodigus inst. quibus non est permittum facere testamentum Bald. in Lis cui lege ff. de testamentis, & prodigus respectu expensarum acquiparari furiosis, dixit textus in l. 1. C. de curatore furiosis supradictis addebatur, fequestrum in dubio permitti vbi adest timor dilapidationis, l. imperator ff. de appellacionibus c. ab eo de fequestratione possessionis, & fruct. Abbas in cap. 2. num. 19. eodem tit. lafon post Alexandrum in l. si fideiusor §. si fatisdatum ff. quis fatisdare cogatur, latissimè Mascard. concl. 113. & Caul can. dec. 17. p. 1.

4 Ceterum supradictis minimè obstantibus, Cur. Arch. iudicauit, quod procedatur ad alteriora in causa citra prædictu fequestru in qualibet parte iudicij, cuius decisionis ratio est, quia dicto creditori iam consultum erat per remediũ interdictiõis honorũ, & proinde cessare debebat remedium extraordinarium, existente ordinario l. in causis §. ff. de minoribus l. auxilium ff. eodem, & frustra à Principe imploratur quod de iure communi conceditur l. 1. C. de precib. imperatori offerendis, addebatur etiam fequestrum esse, de iure prohibendum l. 1. C. de prohibita fequestratione pecuniarum, Bal. in conf. 13. vol. 1. Alex. in conf. 68. eo 1. vol.

5 Non obstat timor dilapidationis, quia iam vt supradixi cessat in hoc casu existente decreto declaratorio super prodigalitate, ac etiam existentibus bñis, vt nemo contrahat, cũ dicto prodigo quo casu contractus alienationis, & reliqua per prodigum facta, sunt ipso iure nulla Lis cui bonis ff. de verb. obliga. & consequenter remanet saluus creditort.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui per se, vel per alios literas Papae falsant, sunt excommunicati.
- 2 Contra falsarios larga socienda est interpretatio.
- 3 Falsificans literas Cardinalis scribentis nomine sanctissimi, non incurrit poenas cap. ad falsarios de crimine falsi, cum uerè non dicatur falsare literas Papae.
- 4 Falsificans literas delegati Papae, non puniuntur ita acriter ac falsificans literas Papae.
- 5 Poenis praesumitur falsitas in literis gratia, quam iussit.

Dispositio text. in cap. ad falsariorum de crimine falsi an locum habeat contra falsificantes literas Cardinalis scribentis nomine Sanctissimi.

IN quadam causa falsitatis vertente in Curia Archiepiscopali, inter cetera quae controuertebantur illud eras, si dispositio text. in c. ad falsariorum de crim. falsi, in quo disponitur quod qui per se, vel per alios literas Papae falsant excommunicati sunt, cum suis auctoribus, & clericis officijs, & beneficijs privati sunt, & degradandi, & tradendi Curiae secularij locum sibi vendicet contra falsificantes literas alicuius Illustris. Cardin. qui vel ex commissione, vel ex alia causa; solet scribere nomine Sanctissimi, & vnus ex dominis dicebat quod sic, quia praedictae literae vendicet habere vim breuis, tum quia contra falsarios larga est facienda interpretatio ad poenam infligendam; Bald. in cap. cum olim de offic. delegat. crimen. n. falsi grauissimum est, & nulli crimen est in mundo, quod ita vituperet famam, & statũ hominis, sicut ipsum; in tantum, quod eius poena similis est poenae mortis; Paul. de Cast. in conf. 151. incip. videtur dicendum, & est detestabilissimum homicidio, & veneficio, & secundum Soccin. in conf. 105. numer. 7. volum. secundo, est similis prodicioni. Tiraque de poen. caus. 31. num. 23. & propter eius enormitatem multa habet specialia Marf. conf. 105. num. 7. Grammat. dec. 2. num. 28. & latissimè Menticell. in practica. crim. reg. 1 §. n. 108. cum seq. vbi ponit duodecim specialia, & alia ponit Corrad. in practice. criminal. tit. de falsarijs num. 34. & etiam propter eius atrocitatem in generali abolitione delictorum istud crimen non comprehenditur; Baiard. late in q. 59 & in huiusmodi delictis, acerrima indagatio est facienda, Alex. conf. 77. in fi. vol. 1. & Curt. Iun. conf. 53. num. 17. & in hoc iudicio criminaliter etiam intentato, venit officium Iudicis ad dñna, & interese partis. Riminald. conf. 1. & de hac materia falsi latissimè habetur per Ferdin. Garciar. conf. 126. vol. 1. inter conf. crim. diuers. magis impressionis.

3 Ceterum fuit resolutum contrarium scilicet non esse contra dictum falsificantem infligendam poenam, de qua in d. c. ad falsariorum, cuius decisio ratio fuit, quia in poenalius non debet fieri extensio de vno, ad alium, cap. statutum de elect. in 6. cap. odia de regul. iur. Hinc est quod falsificans literas delegati Papae, ita acriter non puniuntur, sicut si falsificasset literas Papae. Felyn. in cap. 2. de rescript. vers. stylus, & idè est de falsificante literas Proregis, secundum Grammat. decis. 27. in fin.

Item adde quod statutum puniens ad mortem falsificantem sigillum Regis, non habet locum in falsificante verba scripturae Regis. Aff. decis. 404. & ibi late de poena furis communis, & Regni Neapol. falsificantis sigilla, & literas Principis.

Alia ratio est quia in huiusmodi crimine, quod falsificantur literae Papae, vel Regum, multa non considerantur, quae regulantur in alijs falsificatibus, vt per Afflic. in constit. Regni, quae incipit qui literas libr. 3. quem refert, & sequitur Cassan. in consuet. Burgund. fol. 64. num. 51. & pte.

plenus per Fab. Monteolo. in sua prax. arbit. p. 4. num. 815. vbi in hoc crimine falsificationis literarū Apostolicarū, & Regiarū, se xecim specialia accumulauit, & in hac materia ponit pręfinitur falsitas in literis gratia, quam iustitiz.

¶ Malfcard. de probat. concl. 447. sed quibus nam pennis puniuntur falsificantes literas, vel sigillum Papę, Regis, Iudicum, & Pręlatorum, aut scienter vtiens dictis literis falsis, siue sit clericus, siue laicus. Latę per Boer. dec. 82. Grammat. voto 27. nu. 9. & Soccin. in cap. ad falsariorum de crim. fals. & de pęna mandantis, talem falsificationem fieri. Grammatic. dec. 27. & pęna falsi teneatur mutans, vel abradens literas iustitę Principis, vel sigillum, quo ad facti narrationē Plot. conf. 95. vbi loquitur de const. Mediolani, qua puniuntur falsificantes literas, & sigillum Principis; quibus autem pennis puniantur clerici falsificantes literas Apostolicas, vel iudicum, vide Bernard. Diaz. in pract. crim. canon. verb. falsarij cap. 108.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ordinarij in permutationibus beneficiorum debent attendere ius commune.
- 2 In permutationibus requiritur causa.
- 3 Suffici, si ex parte vnus permouentium ad vsu vtilitas ecclesię.
- 4 In dubio pręsumitur quod permutatio sit facta ex iusta causa ab ordinario quando enunat se adhibuisse causas cognitionem.
- 5 Potest fieri permutatio attenda vtilitate personarum quas redandas in ecclesię vtilitatem.

Bulla Pij V. super permutationibus beneficiorum quam causam requirit?

D E C I S I O XXXVII.

FVit dubitatum in Curia Archiepisc. circa Bullę Pij Quinti editę super permutationibus beneficiorū, per quę prouisum fuit quod illas beneficiorum permutationes ordinarij admittere debent, quę Canonice Sanctionibus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Quare hodie in dictis permutationibus coram ordinarijs attenditur dispositio iuris, quę habetur in cap. quęsum vbi Abb. num. 4. & 10. de rerum permutatione, & in cap. 1. eodem tit. in 6. & Clement. t. eod. tit. Nauarr. in manual. c. 23. n. 100. Num vero requiratur aliqua causa, & debeatur regulariter permutationē debere fieri ex causa, nam ad permutationem iusta causa requiritur, quam Episcopus disquire, & cognoscere debet, licet male fuerit dicto capitulo quęsum de rerum permutatione,

& ibi DD. Cardin. in d. clement. prima, num. 12. Ancharan. conf. 279. Rota Rom. decif. 8. de procurator. in antiq. num. 4. Bellam. decif. 92. & de permuat. beneficiorum 6. p. in princ. & q. 1. Staphil. de literis gratia, tit. de modo, & forma impetrandi §. de iurispæron. permutatione num. 2. Dec. conf. 141. num. 4. Aymon. conf. 82. num. 8. & conf. 153. Probus ad Monach. cap. 2. de renunat. in 6. numer. 24. & 15. Rebuff. in prax. tit. de permutatione num. 10. Duaren. de beneficijs lib. 8. cap. 3. Calderin. conf. 2. de permutatione num. 2. vbi ait, quod permutationes sunt odiosę, & restringendę, quia contra concilium cap. maioribus de pręben. Ideo requiritur causa, vt circa illud Episcopus dispenset; Tufchus conclus. 303. num. 1. & 367. num. 2. & §. lit. P. & adeo verum est causam requiri, vt si absque vlla causa iusta, quę saltem redundet in vtilitatem ecclesię, & ad iam saltem reductuē pertinet, nulla sit permutatio si coram inferiore à Papa fiat, sufficeret tamen si ex parte vnus postulantium ad sit dicta vtilitas, modo ex parte alterius non sit in damnum ecclesię considerabile, quamuis vtilitatem vtriusque ecclesię requirat Tufch. d. conclus. 303. num. 5. ex Gemin. conf. 105. nu. 5. nam ita demum datur ordinarijs facultas faciendi permutationes, quę sunt de iure prohibite, quamuis idem Bellam. d. 6. part. 9. 2. num. 1. teneat permutationem sine vlla causa ab Episcopo factam non esse ipso iure nullam, quamuis male faciat, & possit irritari, propterea non pręsumetur in dubio permutationē factam ex iusta causa, nec credetur ordinario decenti se fecisse illā iusta de causa, nisi talis causa probetur si nō est facta cū causa cognitione iuxta tradita de dispensatione inferioris per Abb. in c. diuersis fallacijs de clericis coniug. n. 3. Rebuff. in prax. tit. de dispensatione super defectu natalium num. 9. & in repetitione cap. extirpanda §. qui vero de pręben. circa quęntā concl. Mand. de de signat. gratia tit. de dispensat. vers. ad usum tunc tamen est, Nauarr. in man. prælud. 9. num. 21. alias 13. & 25. num. 74. & consil. 1. num. 4. qui filij legitimi Vgolin. de irregularitate tab. 2. c. 4. §. 2. nu. 7. & cap. 62. §. 1. num. 9. vbi beneficij. S. luest. ver. dispensatio n. 1. Lud. Lopez in Instructor. consilien. 1. tom. c. 4. Rodriguez in summa. 2. c. 235. n. 1. & ad tradita per Sarmiento lib. 1. selectarum interpret. cap. 8. nu. 19. adhuc etiam. scit doctr. Dec. in c. quę in ecclesiarum nu. 130. de const. & in c. cum sit Romana de appella. qd assertioni Iudicis nō statat super. causa sine qua actum facere non potest. Aym. de antiqu. tempor. 2. p. §. 1. n. 13. & 21. Alciat. de presump. reg. 3. pres. 9. nu. 27. cuius est ratio, quia cum regula sit permutationes beneficiorum de iure fieri nō possit, c. maioribus de pręben. & d. c. quęsum, illo qui dicit fuisse factam ex causa vtilitatis, seu necessitatis ecclesię, debet probare causam limitationis, & specialitatis, ex traditis per Pinel. in l. 1. c. de bon. matern. §. p. n. 2. quicquid in contrarium tenet Bellamer. d. 6. p. quęsum. 2. num. 12. dicens quod in dubio permutatio facta ab Episcopo pręsumitur bene facta, & iusta de causa ex cap. in pręsentia de renunat. & quamuis contrarium

etiam in proposito videatur velle Anchar. conf. 279. eius sententia prozeletis quando ordinarius in ipsa permutatione emittaret adhibuisse causae cognitionem, tunc enim pro eo presume retur facta permutatio iuxta causam, & per Bullam eiusdem Pij Quinti §8. beneficia sic permuata coram ordinarijs absque iuxta causam manebunt tanquam vacantia reservata Sedi Apostolicae aut Superioribus ordinarijs qui talem permutationem admittit, & admittens talem permutationem incurret in suspensionis poenam, de qua in d. consuetu. §8. vers. qui vero, & an permutatio haec debeat fieri ex causa necessitatis, seu utilitatis ecclesiae, an vero possit fieri ex sola expedientia & utilitate personarum, & quidem videtur requiri causa necessitatis, seu utilitatis ecclesiae d. cap. quae situm vers. si autem Episcopus, & tradit Ancharan. Bellamer. Steph. & Probus, loc. citat. & Boer. dec. 205. num. 7. Paris. lib. 1. q. 1. num. 25. Zerola in Prax. Episcopali prima part. verbo renunciatio, seu permutatio §. 6. §. 5. dub. & Dnuus Thomas in 4. dist. 25. q. 3. art. 3. qui ait, quod permutatio debet fieri pro causa spirituali, puta ut melius Deo seruiatur, seu ut tali loco possit quis Deo melius seruire, alias si pro aliquo terreno comodo vtriusque vel alterius fiat permutatio, est simonia, sequitur Syluester verbo permutatio 2. num. 3. & Io. Baptista Corrad. in respons. casuum conscient. quaest. 42. & Vgolin. in tract. de simon. tabul. prima cap. 27. num. sexto, §. primo, ait quod simonia committitur, ubi non ob necessitatem, utilitatemque Ecclesiae, & ut melius Deo inferuiatur permutatio fit; sed non ob terrenum commodum nullo habito respectu ad diuinum cultum: quare qui beneficium permutat cum alio ut in loco ubi aliud beneficium situm est venationibus, & piscationibus operam dare possit, peccabit, ex quo ob has causas permutatio permittitur non est secus autem si permutatio fiat, ut Dei cultus magis augeatur, & liberius, ac tunc Deo inferuiatur, & ait simonia cessare, ubi ob utilitatem, & necessitatem Ecclesiae permutatio fit, & secundum formam traditam a Pio Quinto in dicta constitutio. §8. declarat optime Azor. d. libr. 7. cap. trigesimo quaest. 4.

3 Verum in Curia Archiepisc. fuit dictum quod sufficit expedientia, seu utilitas personarum tenet gloss. 1. per text. ibi in cap. cum vniuersorum de rerum permutatione, & ibi Abb. numer. 7. & Io. Andr. in d. c. 1. nu. 6. Petr. de perusio in tract. de beneficiorum permutatione 3. par. q. 1. & 7. & vlt. par. num. 18. Lambert. de iure patron. 8. parti. 3. lib. quaest. 6. art. 6. num. 39. qui etiam num. sequi male ait permutationem posse fieri per ordinariu ex sui libito, na expedientia, ac utilitas personarum redundat in augmentum cultus diuini, & ut melius, ac promptius seruiatur Deo, vnde Syluest. sup. num. 11. ait requiri, quod permutatio fiat ex causa spirituali, & idem ait causam esse secundum D. Th. ut melius seruiatur Deo, quod etiam inuenitur in d. c. quaesitum, & timor inimicorum sibi Ioann. Andr. est iusta causa, & ita esse de oi caus. q non resoluitur in pecunia, vel aliquid estimabile in pecunia, sentit Vgolin. d.

§. 1. nu. 6. in fin. q. ait, quod simoniam non committit, qui ob inimicitias, ob pessilentem aerem & huiusmodi causas beneficium permutat, & Probus d. c. cap. 1. de rerum permutatione in 6. nu. 9. ait posse etiam fieri permutationem attendita utilitate personarum modo non resulet ecclesiae damnum, sed utilitas secundum Anchar. in d. clem. 1. & C. Alderin. consil. hoc dixit, quod licet permutatio possit fieri utilitate permutationem tamen semper debet adesse Ecclesiae utilitas Idem ait Azor. d. quaest. 4. & ita est accipiendum quod tradit Bellamer. d. sexta parte, quaest. 60. cunda.

S V M M A R I V M.

- 1 *Commissa Episcopo, vel eius Vicario non possunt expediri per Vicarium capituli sede vacante, cum non sit Vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis.*
- 2 *Sede vacante cancellaria non rescribit Vicario capituli sed Episcopo iuniori.*
- 3 *Capitulum non succedit Episcopo respectu iurisdictionis delegatae.*

An capituli Sede vacante Vicarius possit exequi dispensationes directas Vicario Episcopi.

DECISIO XXXVIII

Magna fuit controuersia in Curia Archiepiscopi an Vicarius capituli Sede vacante potuisset exequi, seu expedire literas directas Vicario Episcopi. Et prima facie videbatur respondendum affirmatiue nam Vicario, seu Officiali capituli Sede vacante possunt de iure dirigi delegationes, & rescripta Papae non secus, & Officiali Episcopi cum sit Vicarius, seu Officialis iurisdictionis Episcopalis gloss. in clement. & si principalis in verb. Episcopi de rescript. & ibi Insol. num. 20. Cardin. nu. 15. & Abb. sub nu. 2. Farin. quaestio. 10. par. 2. num. 8. & 9. Rebuff. in prax. tit. de Vicar. Episcop. num. 4. Sbroxius l. 2. q. 1. §. 3. de offic. Vicar. & Flores Diez q. 4. n. 11. quamuis dubitet Bonifac. in d. clement. & si principalis num. 23.

- 1 *Ceterum contrarium fuit resolutum ex eo, quod commissis Episcopo, vel eius Vicario non possunt expediri per Vicarium capituli Sede vacante, cum non sit Vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis gloss. in d. clem. & si principalis in verb. Episcopi, & ibi Doct. Felin. in c. ea te de rescript. n. 17. Panum. de potest. cap. Sed. v. vac. q. 10. p. 2. n. 7. Lambert. de iur. patron. 3. p. 2. l. q. 1. art. 7. n. 3. Cucchus tit. 8. nu. 39. Sbroxius l. 1. q. 16. Genuen. in prax. c. 84. nu. 12. quaesit. Zochus c. 3. de Vicario Episcopi §. 1. nu. 1. dicat dici Vicarium Episcopi.*

Episcopi etiam qui deputatur à capitulo Sede vacante, & quis contrarium in proprijs terminis tenet Tho. Sanchez de matrim. disp. 27. n. 33. & ita esse de filio Curie, & Cancellaria, quæ sedes
 2. Episcopali vacante nõ dirigere huiusmodi literas in forma dignum, nec dispensationes, &c. officiali capitulo, sed Episcopo viciniori, seu officiali, de quo filio testatur Hieron. Paul. in practica cancellar. in princ. ver. circa qualitatem personarum. Quæ praxis confirmatur ex constitut. Pij. V. 162. in qua mandatur quod literæ in forma dignum dirigantur ad Episcopum diocesanus, aut ad Vicarium generale, vel officiali: eiusdem Episcopi disunctione, ad electionem imperrantis, & ita in terminis resoluti Rot. in vna. llerden. pensionis, siue vnionis quarta Maij. 1788. corã Seraphino in qua iterum causa proposta fuit resolutum, sententiam de qua agitur fuisse nullam, cum enim delegata fuisset causa à Sede Apostolica officiali llerden. cuius officium expirauerat per obitum Episcopi, & à capitulo deputatus fuisset alius officialis Sede vacante, licet successerit capitulo in locum Episcopi respectu iurisdictionis ordinariæ, tamen non succedit respectu iurisdictionis delegatæ Abb. in c. cum olim colum. penult. ver. 5. dubit. de maioritate, & obediens. Felyn. in c. eam te numero decimo septimo. de refer. quod. eo maxime in casu isto procedit cum ageretur de re in qua capitulum habebat interesse, & ideo non erat conueniens, vt fungeretur iure iudicis, & parit Bart. in l. qui iurisdictionis f. de iurisd. omni. iudic. & filius Cancellariæ est vt deputentur executores literarũ Apostolicarũ officiales Episcoporum nõ aut capitulorũ, & isti officiales non inferuntur officiales Episcopi, sed simpliciter officiales. Non obstat quod dicitur de prouisione, quia non poterat prorogari cum ageretur de alienatione ecclesie ad nota per Bero. rum conf. 22. nu. 46. & 2. Tum quia respectu delegatæ iurisdictionis non poterat fieri prorogatio capit. de offic. delegat. in fin. Felyn. in cap. cum olim. in princ. eo. tit. Soccio. in cap. significasti nu. 2. de for. competent. sed id quod omnem tollit difficultatem in pronuntiando est, quia tulit sententiam, vt executor Apostolicus. Non obstat quod dicitur deputatum fuisse à Nuncio quia nõ est verum in facto, sed Nuncius qui prius inhiuerat, reuocando inhibitionem reliquit totum negotium in eo statu in quo erat ab initio, & ita abas fuit decifus in vna Papien. coram Lancelotto de anno 1579.

S V M M A R I V M.

1. Cum bigamo, solus Papa dispensat.
2. Irregularitas quæ ex bigamia contrahitur, est de iure positiua.

Quis possit cum bigamo dispensare.

Conrouertebatur in Curia Archiepiscopali quis possit cum bigamo dispensare, & fuit dictum, solum Summum Pontificem posse, vt scilicet bigamus ordinetur, ita determinat gloss. in cap. super eis in verbo dispensare in fin. de bigam. cum quam ibi conueniunt Innocent. ibi num. primo, & 2. Hostien. num. 2. Abb. antiq. num. 3. Ioann. Andr. à num. 9. ad num. 13. Petr. de Anchar. num. 2. Cardin. Flor. col. 1. Anton. de Burr. nu. 9. & 10. Abb. Panormit. num. 6. eandem probauit Goffred. in sũma eiusdem tituli circa finem ver. dispensari Petr. de Anchar. conf. 124. circa bigamos per tot. Rot. Roman. decifion. 1. num. 3. de bigam. in nouis glo. in cap. lector 34. dist. vbi etiam Archid. num. 3. Præposit. col. 2. vbi de communi testatur, quam etiam à Doctõribus communiter teneri asserunt Imol. in cap. propositi num. 20. de concess. præben. & post eum Dec. in cap. que in ecclesiarum colum. 4. num. 13. de constitutio. & ratio est, nam irregularitas, quæ contrahitur ex bigamia à iure naturali non inducitur, sed positio, etenim de essentialibus ordinis non est, vt quis non sit bigamus; quod vel ex eo constat, nam bigamus qui regulariter ordinari non debet, & de bigam. si de factõ fuerit ordinatus ex comun sententia recipit ordinem eiusq. caracterem, quis executione ordinum caret, prout Goffr. in summ. de refer. in prin. Archid. in c. vnic. col. 2. n. 1. eo. tit. in 6. Rot. Rom. dec. 1. alias 445. quod factum col. vlt. n. 6. de bigam. in nouis glo. in d. c. super eo in verbo dispensare in fi. & ibi Goffred. Innoc. n. 1. super verbo dispensare in fin. Host. n. 1. super verbo eis, & n. 7. verbo remanere Ioann. And. col. 1. n. 2. in 2. notab. Card. Flor. col. 2. ver. quarto oppono. Ant. de Burr. col. 1. num. 7. ver. ad primum, vbi tam ipse, quam Anchar. prælegat. dicit, quod hoc privilegio clericali non gaudent c. t. de biga. in 6. & Ioan. de Anan. nu. 1. ver. primo an bigamus, vbi hanc opinionem affirmat communem: quam etiam firmiter Scribenes in c. si quis viduam 50. dist. & Dur. Tho. in 4. sent. dist. 27. q. vlt. art. 3. licet exferat prædicti, antiquum quendam Doctorem, quem appellabat Nicolaum Furiosum non sine furore respicisse, qd quis Bigamus ex dispensatione sacris ordinibus initiatur tamen non recipiat ordines, sicut Papa oculum effusum cuiquam restituere non valet, ita nec defectum sacramenti, quod enim factum est in factõ fieri nõ pot. l. in bello 5. cap. fide capt. & postum. reuerf. & c. baptem hoc defectum dclere non possit, nec et Papa poterit, siquidem nec Papa possit cuiuscumq. animam sine baptemo saluam facere; communis tamen est in contrarium, vt supra visum est: Quare conclusum fuit, quod cum irregularitas quæ contrahitur ex bigamia de iure positio, poterit Romanus Pontifex super tali irregularitate omnino dispensare d. c. proq. fuit.

- 1 Cum publicis graffatoribus non requiritur probatio delicti in genere, quando constititur occidisse, & proiectisse in mare corpora incognitorum de qua re dubitat Auctor.
- 2 Si testis scietur se pecunia corruptum, falsum deposuisse, non probat contra principalem nisi aliunde constet.

Clericus de delicto non punitur nisi constet de corpore delicti.

DECISIO XXX.

TAm in Curia Archiepiscopali quam in ceteris Curijs, Clericus non punitur de delicto ex propria confessione, nisi constet de corpore delicti, vide quæ plenè ad hoc propositum culpant Farin. in tit. de inquisit. q. 1. per totam pulchre Caballin. resol. crim. centur. 3. cas. 255. per tot. Anto. de Ballis in lib. var. tract. sub tit. de quaestione & tormento q. 9. Muscat. in pract. crim. sub rubr. de cognit. seu probat. delicti, per tot. & quid seruetur in publicis laironibus confidentibus aliquos occidisse, & eorum corpora proiectisse in mare, vel occidisse aliquos homines ignotos vide Ioann. Grand. in tractat. de bello exul. special. 93. num. 2. qui asserit contra huiusmodi graffatores non requiri probationem delicti in genere, sed ex sola confessione eos codemnari posse, quamvis non constet de cadaveribus, dummodo constet reum graffatum fuisse per campaneam; nam licet graffatio simplex non inducat penam mortis, tamen si reus confessus sit aliqua delicta commisisse in campanea, ex sola confessione prædicta potest ad mortem condènnari secundum iuram: sed ego valde dubito de hac conclusione, nam eam fundat ex doctr. Franc. Cason. in tract. de tormento cap. 2. nu. 4. qui hanc opinionem non firmat, sed remittit se Franc. Brun. in tract. de induct. & tort. in 2. p. in 6. q. prin. qui n. 11. & sequentem firmat esse opinionem contrariam; quod si non constet de corpore delicti nunquam deuenietur ad corporalem condemnationem. Ad quod propositum perpetuo notandum est, quod si testis fateatur se pecunia corruptum falsum deposuisse, nulla est habenda ratio de huiusmodi confessione ad finem procedendi contra principalem pro quo prius cum iuramento deposuisset, nisi aliunde constet de corruptela, & falsitate commissuriam si talis confessio ratificetur in tortura, & prè plenissimè probat Io. Vinc. Honded. in consil. 206. per tot. lib. j. & demum an reus sine metu periturus possit cum iuramento delictum perpetratum negare, vide Bero. in qua sit. t. 34. per tot. & an reus instruetur sine confiteatur, aliqua sit pena puniendus, & quid si reum torquendum orationes doceat ad imperandum linguæ silentium, vide quæ pulchre tradit Io. Bap. Laderch. in consil. 203. per tot.

- 1 Nemo alterius delictum purgare debet. Poena non debet excedere personam delinquentis: Anima, quæ peccauerit ipsa morietur.
- 2 Enumerantur casus in quibus quis non tenetur ex facto alterius.
- 3 Culpa, & poena suos debet sequi auctores. Is affligatur qui deliquit.
- 4 Alteri per alterum iniuria conditio non datur.
- 5 Beneficia debent concedi sine alterius preiudicio. Lex nihil frustra operatur.
- 6 Ex delicto non consequitur quis commodum.
- 7 Necessitas non habet legem. imò, faciens actum ne cessarium lex succurrit.
- 8 Enumerantur casus quibus modis, dicantur grauiiores in iure. Naturalis est vitæ dulcedo.
- 9 Melius est hominem esse, & inferno esse, quam non esse.
- 10 Offendens aliquem causa iniuriam extraneam non tenetur.
- 11 In poenaliibus pars maior est sequenda, & quare vide ibidem.
- 12 Quicquid ob tutelam fit iuste fecisse existimatur. In iuste condemnatus ob uitandam mortem si reperitur carceres apertos teneretur exire.
- 13 Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda. Semper iudicandum secundum communem opinionem; assignatur ratio. In delictis potius attenditur animus.

Quando aggressus occidit aliquem non offendentem, ratione defensionis, nùm aliqua poena pleuendus veniat.

DECISIO XXXI.

FVerat quidam aggressus, & cum aliter, se, suumque corpus tueri non posset causa ipsius defensionis occidit quemdam: Fuit contrauersum quid nam esset de iure faciendum: Et prima facie, videbatur dicendum quod non offendens minimè possit occidi impune ab iniurato per text. in l. scientiam §. qui cum alter sit ad l. Aquilam, vbi notatur quod illum tantum ferire conceditur, qui vim inferatur à contrario sensu, videtur, quod non inferetem vim quis non posset pro sui defensione occidere, cognito enim vno de contrarijs, cognoscitur, & reliquis, l. c. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & ratio meo iudicio est, nã nemo alteri delictum purgare debet, & poena nõ debet excedere personam delinquentis, sed animam, quæ peccauerit, ipsa morietur, toto titulo, C. ne ex delicto defuncti. nemo enim de facto alterius tenetur cap. t. de iniur. & damno dato, nam sententia lata contra vnum, alteri non

re non debet. L. spe. ff. de re iudic. Dec. conf. 445.
 Couar. in lib. pract. quæst. c. 13. n. 7. & Felyn. in c.
 quamuis extra de re iudic. maritus non tenetur
 2 pro vxore, & è contra l. t. C. ne vxor pro marito
 nec filius pro patre, nec pater pro filio l. 1. & l.
 nec contra C. ne filius pro patre vnde descendit
 illud, quod licet mulier amittat dotem propter
 adulterium Boer. dec. 338. num. 7. de Franch. de-
 cif. 83. tamen fecus est quando habet patrem, vel
 filios primi matrimonij Cassan. in cõsuet. burg.
 in tit. des droir. s. 6. rubr. 4. num. 20. gl. 13. Caball.
 milleloq. 527. Viu. in dec. 317. n. 2. item neq; ser-
 uus tenetur pro domino l. si seruus ff. ad l. A-
 quilliam, nec libertus pro patrono l. ex libero
 C. ne filius pro patre, item nec tuor pro pupilo
 l. prima, C. an filius, vel priuatus, neq; colonus
 tenetur ex factõ domini l. ob causam C. de ac-
 tionibus, & obligation. nec ciuis pro ciuitate, Bald.
 in Lciuibus ff. de rebus dubijs, nec ciuitas ex fac-
 tõ ciuium l. sicut ff. quod quisq; vniuersitatis;
 neq; procurator ex factõ principalis l. flauius
 ff. de procurator., neq; fideius ex factõ
 vniuersitatis Bald. in cap. 1. de fideio numer. 25.
 nec dominus ex factõ coloni l. nimia C. de
 actionibus, & obligatio. nec emptor ex factõ
 venditoris, & è contra l. sicut ff. de actio. empti, l.
 debitorum pactõibus C. de pact. nec conditor
 ex factõ locatoris l. si vno ff. locati; nam
 3 culpa, & pena suos debet sequi auctores, l. fance-
 mus C. de penis l. rescriptum ff. de his quibus vt
 indignis las. in l. si prius ff. de noui operis nuncia-
 tione n. 32. Ceph. conf. 139. lib. 1. s. n. affligi de-
 bet, qui deliquit, & alteri per alteru iniqua condi-
 tio dari non debet, hoc enim à iure non est per-
 missum l. non debet alteri ff. de regul. iur. nam
 iniuria lata vni, alteri nunquam nocere debet l.
 4 exceptionem ff. de fideiõ ff.

Præterea ad hanc quæstionẽ videtur pertinere
 dispositio tex. in l. 2. §. si quis à principio ff. ne qd.
 in loco publico, vbi notatur, beneficia Principũ
 concedi sine alterius præiudicio, imò beneficium
 5 largissimum, non adeo in largu debet extendi, qd
 offendatur ratio pietatis, tenet glo. in l. sicut cerni
 C. de testam. militis.

Ergo si de iure procederet aliquem non offen-
 dentem, causa defensionis posse occidi, & quæretur
 præiudicium tertij, & sic huius text. dispositio
 frustra hic esset posita, quod esset contra legẽ,
 6 lex enim nihil frustra operatur l. si idem ff. de ver-
 bor. oblig.

Tandem ad hoc non mediocriter facit quod
 nemo ex suo delicto commodum consequi de-
 bet, prout vult tex. in l. ex dolo ff. de dolo l. itaq;
 fultio ff. de furtis l. non si audiantur §. nemo ff. de
 reg. iur. l. siue hereticaria in ff. de negotijs gestis l.
 relegator ff. de interd. & relegat. nihilominus.

Propositis dubitationibus minimè obstanti-
 bus; contrarium fuit iudicatum, tanquam
 verius; quod pluribus coniecturis, atq; rationi-
 bus perbellè comprobatur.

Primo, nam sumus in actu necessitatis, quæ
 legem non habet l. vbi notat ff. de off. consul.
 cap. quanto extra de consue. cap. 2. extra de ob-
 seruat. iceniij. c. quod non est licitum extra de
 7 reg. iur. imò facit sibi legem cap. remissionem te-

q. t. & tanto magis quando quis non ponit se in
 necessitate, prout in casu nostro, gl. in l. si fideiõ-
 fer. §. necessaria in verbo necessitatem ff. qui fas-
 tidare cogantur, quia iuris dispositio propter
 necessitatem suspenditur l. casus maioris C. de
 testamentis.

8 Secundo insurgit coniectura tex. in l. cum pos-
 tulassem ff. de damno infecto, vbi habetur quod
 lex fauet, & succurrit facienti actum necessariu,
 sed homo nil plus necessitatis habet nisi vici-
 defensionem, nam melius est hominẽ esse, & infer-
 9 re non esse, quam nihil esse, secundum doctrinam D.
 Tho. in suo Theolog. compendio, ergo dictum
 homicidium non est punibile.

Tertio accedit quod si offendens aliquem cau-
 10 sa iuuandi extraneum nullæ pœnæ opprobrio cru-
 ciatur, prout elegit vult Bart. in l. culpa si ff. de
 regul. iur. quanto magis pro iuuando semetipso,
 cum prima caritas incipiat à seipso, argumen-
 tum enim à fortiori, validi est: Neq; natales C.
 de probatio. Auth. multo magis C. de sacros. eccl.
 ecclæ.

Quarto comprobatur hæc decisio quia sumus
 11 in pœnibus, in quibus mitior pars est sequenda
 l. sanctio legum ff. de penis Menoch. de arb. in-
 dic. lib. 1. cas. 86. n. 25. & stricta est facienda inter-
 pretatio, las. in l. cum quidam ff. de lib. & posth.
 Panormi. in conf. 40. p. t. in fin. Gramm. dec. 74.
 num. 8. Crau. conf. 9. n. 2. Ofale. dec. 79. n. 27. quia
 quæ sunt odiosa semper debent restringi c. odia
 de reg. iur. in 6. & d. l. cum quidam ff. de liber. &
 posthum.

Quinto suffragatur, quod hic sumus in actu
 12 defensionis, in quo quidquid sit vtilitas sit l.
 scientiam §. qui ff. ad l. Aquil. Fran. Marc. in dec.
 763. Boer. dec. 168. Dec. conf. 676. & 78. & in actu
 defensionis ius, quidquid sit, vtilitas metum fit, &
 quæ per iustum metum sunt pœnam non merentur
 Gramm. dec. 5. n. 1. l. si quis sumo §. si. ff. ad l.
 Aquil. Fel. conf. 50. n. 17. namque si iniuste con-
 demnatus reperiret carcerem apertum teneretur
 exire obeunendam mortem, secundum Visu-
 ui. in dec. 201. n. 4.

Sexto hanc controuersiam sic ad partes discul-
 13 sam decidit tex. in l. si quis aggressorem C. ad l.
 Cornel. de Sicar. cuius verba infra scripta sunt
 qui aggressorem, vel quemcumque alium in du-
 bio vite discrimine constitutus occiderit, nullã
 ob id factum calumniam metuere debet, vnde in
 verbo quemcumque alium, Imperator loquitur
 13 indistincte, & generaliter, & ita debet intelligi l.
 filium ff. de leg. 2. præstat. l. de pretio, ff. de pu-
 bliciana, in rem actio: Lud. Rom. in l. si. vero ff.
 sol. matr.

Huic etiam opinioni acquiescunt Bal. in cap.
 1. §. iniuria de pœne iuramento firmanda colum.
 fin. vers. sed pone, & in l. 1. C. vnde vi colum. 7. &
 communis opinio relata per Dec. in l. vt vim ff.
 de iust. & iur. secundum quam semper est iudi-
 candum, Gui. Pap. sing. 191. namq; semper stan-
 dum est maiori parti votorum, cap. nouitus de
 verbor. significat. nam forum reputatur consi-
 lium plurimum cap. prudentiam de offic. dele-
 gat. Boerius dec. 27. nu. 24. Dec. conf. 615. licet
 opinio Doct. sulticia melioribus rationibus actẽ-
 da.

datur contra communem iuxta scripta in l. 1. C. de veteri iure enucleando in §. 1. instit. de hereditibus instituen. l. 1. cap. capellani de scrijs, & ita sententiunt Abb. & Felin. in cap. 1. de constit. Ratio autem offere à iure permittitur occidi non offensus ob defensionem, mea sententia alia esse non potest, nisi quia in delictis potius attenditur animus, quam actus delinquentis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Concessio uno, alicui dicitur concessum omne quod requiritur ad illud.
- 2 Qui nulli consequens necessario tenetur uelle suum antecedens.
- 3 Cui conceditur maior dicitur concessum, & minus.
- 4 Lex permittit homicidium causa defensionis factum.
- 5 Ampliatur haec conclusio septem modis.
- 6 Princeps licet sit solutus legibus, tamen iuris secundum leges.
- 7 Causa defensionis possunt asportari arma.

An poena edicti Curiae Archiepiscopalis contra Clericos arma portantes habeat locum in aggresso, qui in actu defensionis utitur illis.

D E C I S I O XXXVIII.

Fuit dubitarum in Cur. Archiep. an poena edicti contra Clericos arma portantes, locum sibi vindicet in clerico, qui in actu defensionis utitur illis.

Controversiam hanc non leuis ponderis, paucis absolumus, & pro parte negativa, & sic quod insultatus viens ipsis nulla edicti poena teneatur faciant infrascriptae considerationes quae in hoc proposito militare videntur: Prima igitur est, nam quando aliquid conceditur semper censetur concessum relictum, per quod devenitur ad illud. Lape ff. de re iud. l. cui iurisdictione ff. de iurisd. omn. iudic. l. cum principale ff. de reg. iur. L. congruit ff. ad silla nianum l. oratio ff. de sponsal. glof. in §. si instit. de feruit. rust. praedior. Marf. sing. 175. Fel. in c. prete rea de off. deleg. n. 4. col. pen. Bal. in l. j. C. si rector Provinciae col. pen. num. 32. secunda consideratio ad ornatum huius quaestio. est quod qui vult consequens necessario tenetur velle suum antecedens. l. illud ff. de acquir. heredit. l. ad legatum, & l. ad rem mobilium vbi Bart. & ceteri in ea scribentes ff. de procurator. & tanto magis cum simus in his quae proueniunt ex legis voluntate. Crauetta consil. 134. num. 45. Bart. in Authen. si quis in aliquo C. de edendo, & in l. ex aduerso §. 2. ff. de rei vend. l. cum l. ceteris ff. de vulg. & pupill. substit. num. 38. Alex. in rubr. C. qui admittit ad

bonor. poss. que citat, & sequitur Dec. in d. rubr. num. 75. tertia consideratio quae ad huius controversiae probationem infurgit est nam cui conceditur maior dicitur concessum & minus l. nō debet ff. de reg. iur. L. marcellus ff. de donat. causa mortis Authen. multo magis. C. de sacros. eccles. Sed per legem est permittitur homicidium causa defensionis vim vi repellendo probatur per text. in l. vt vim ff. de iustit. & iur. l. j. §. vt Aretes ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicitur §. quod vero Instit. de iure natural. genium, & ciuili l. qui aggressio. & vt vim C. ad l. corneliam de sicarijs clem. 1. de homicidio Hipp. de Marf. in fin. §. gul. 100. & 175. quod ampliatur aliqui etiam ad Principem ex text. in clem. pastoralis §. ceterum de sentent. & rei iudic. vbi licitum est contra Principem pro defensione propria persona. Ratio autem est, quia licet sit solutus legibus, tamen viuunt secundum leges l. digna vox C. de legibus Magon. dec. 43. nu. 6. Dec. conf. l. 16. vol. 1. glof. in cap. cum conuenisset in fin. de iudic. q. tñ mihi non placet, & alibi ex amin abo. similiter contra Iudicem de facto procedentem l. prohibitorium C. de iur. fisci. lib. 10. & l. omnes C. de delitionib. & procedit etiam pro defensione coniunctorum, Menoch. de arbit. iudic. lib. 3. casu 177. Marcus Mant. in singul. 594. imo etiam extra neorum text. est menti tenendus in cap. dilectus de sententia excommunicationis lib. 6. Dec. conf. 469. & pro defensione rerum l. 1. C. vnde vi Bart. in l. furem C. de sicarijs, quod subampliatur, etiam de iure Canonico capit. significati de homicid. glof. singularis in cap. suspensus de sententia excommunic. atq; etiam de iure ciuili, & de omni alio iure l. sicut allegas C. ad l. cornel. de sicarijs.

Ergo est concessa de iure asportatio armorum, adhuc vt se defendat prout ita vult text. in l. pen. ff. ad l. Iuliam de vi publica. Cuius verba talia sunt hi qui ades alienas, aut villas expulauerint, & frerint. siquidem in turba cum telis fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia ex quibus singuli homines nocere possunt accipiuntur, qui telum tuenda felicitas suae causa gerunt non videntur hominis occidendi causa portare; igitur ex istius text. dispositio. ne, in iure, datum atq; cautum reperitur fauore defensionis, & ob corporis proprii tutelam insultatum posse vii armis prohibitis statuto in nihil obstante, quod tamen intelligi quando clericus in actu defensionis aliunde arripit arma. secus vero si ipse portabat arma, eiusque postea usus fuerit in actu defensionis, nam tunc videtur cogitasse de bello, & rixa, & ita fuit decisum, & sapienter practicum.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ratione delicti quis sortitur forum.
- 2 Index nullam habens in reum iurisdictionem potest cum capere ad effectum remittendi ad Iudicem loci delicti, qui habet in eum aliquam iurisdictionem, quod intelligitur prout n. 6.

- 3 *Homicida committens homicidium animo deliberato si fuerit captus a iudice incompetens remittitur suo iudici competenti.*
 4 *Iudex ordinarius non potest remittere delinquentem exemptum ad iudicem delicti.*
 5 *Iudex incompetens, qui habet in manibus delinquentem extra suum territorium, non tenetur praefertim ex generali consuetudine remittere.*
 6 *Iudices qui subsunt eidem Principi, tenentur remittere delinquentes ad iudicem.*

An iudex cui non competit aliqua qualitas tribuens ei iurisdictionem erga delinquentem ab eo captum, teneatur eundem liberare, an autem ad eius iudicem competentem remittere.

DECISIO II.

FActi species ita se habet quidam laicus sub gossatione habitus clericalis deseruabat armam prohibita, & cum capess fuisset a Curforibus Curie Archiepiscopalis, & in carceribus eiusdem detentus, instabatur pro eius parte esse liberandum tanquam non subditum dicte Curie; fuit dubitatum an esset simpliciter liberandus, an vero remitteretur ad suum Iudicem. Et quod sit remittendus faciebat primo text. in §. si vero quis comprehensorum vers. si vero cognoscatur in auth. ut nulli iudices, ubi mandat Imperator quod si delinques, in alia provincia degis, tubemus provincie illius iudicem in qua peccati, quid huiusmodi contingerit, epistola publica uti ad illius provincie iudice, in qua delinques persona degis, & quod ille, qui publicas suscepit litteras periculo suo comprehendere huiusmodi delinquentem, teneatur, & ad iudicem provincie transmittere, in qua peccavit, supplicis legitimis subiiciendum, quo in loco non solum Imperator approbat capturam, ut ibi in verbis periculo suo comprehendere; verum etiam & remissionem inde faciendam ad iudicem loci delicti, ut ibi in verbis, & ad iudicem provincie transmittere, in qua peccavit, & sic patet, quod quando captura alicuius personae fit per aliquem iudicem ad effectum tantum remittendi captum ad iudicem loci delicti, non est iudex capiens vellet contra delinquentem inquirere, & eundem punire non requiritur iurisdictione ratione originis, domicilij, vel alias ex parte iudicis capientis, & remittentis, sed potest delinquentem capere, licet in eum nullam habeat iurisdictionem, & illum captum remittere ad iudicem loci delicti tantum enim sufficit, quod iurisdictione in delinquentem resideat penes iudicem, qui petit remissionem sibi fieri, & iuxta hunc sensum intellexit Panor. in c. si. nu. 16. in vers. non tamen, de ser. comp. ubi dicit notandum esse ex opinione Calder. quod non solum iudex domicilij potest remittere delinquentem; sed & alius qui non est iudex ipsius delinquentis, quod dicit sibi placere ex dispositione text. in d. si vero quis comprehensorum; cum ille text. indistincte loquatur, quod solum debet remitti, & non dicit

per quem iudicem; hanc eandem sententiam sequitur Iul. Clar. in pract. crim. q. 38. verificat quod si iudex dicens, & asseuerans solummodo attendendum esse iurisdictionem iudicis petentis remissionem sibi fieri, non autem eius, a quo petitur remissio, & quod semper vidit de facto seruari, siue remissio petatur ad iudicem, qui fit sub eodem Principe, siue Praefide provincie, siue petatur ab eo, qui fit sub alio Principe, quia non attenditur an possit ab eo capi de iure, vel ne, sed solum an ille, qui perit habeat iurisdictionem procedendi contra eum. Item dicebatur pro predicta opinione esse text. in §. audient in auth. de defensorib. ciuit. ubi defensor, qui grauem causam audire nequit, remittit delinquentem ad iudicem qui eum punire potest; & ita hanc vltimam opinionem sequuti sunt Cald. & Panorm. in d. c. si. nu. 16. Marian. Soccin. in cap. postulatu num. 14. eod. tit. Iodoc. in pract. c. 93. num. 6. in fin. Couarr. pract. quæst. c. 11. n. 6. & Bernard. de Ploto inter consil. crimin. diuersor. 133. per tot. vol. t. in magnis, ubi consultit, quod homicida, qui deliberato animo homicidium commisit, captus ab incompetenti iudice, debet ad competentem iudicem remitti, sed quicquid exclamet Plor. in d. consil. non esse recedendum a prima opinione, ne gratiam testatur Farinac. de inquisit. q. 7. nu. 28. Joseph. Ludo. in decif. Perus. 90. nu. 2.

His tamen non obstantibus in casu proposito contraria opinio visa fuit verior, nam fuit dictum praefatum laicum esse simpliciter liberandum, nec in hoc casu intrare terminos remissionis, pro qua decisio adducebatur text. in c. de privileg. in sexto, ubi constat exemptum, qui iure ad locum delicti remittitur alioquin est, non posse remitti ad iudicem ordinario, quo exemptus existit, quia in exemptum iurisdictionem non habet; igitur necessaria est iurisdictione aliqua ad hoc, ut iudex remittere possit delinquentem ad locum delicti; per illum text. hanc opinionem sequuntur Ant. de But. in c. si. nu. 10. Arca. col. 4. Fel. nu. 6. de foro comp. & est communis, ut per Boss. de for. comp. n. 52. & seq. & ab hac opinione non esse recedendum testatur Cy. Bar. Bal. Alex. Abb. Aisi. Iaco. de Belus. Marsil. Riminal. Fulg. Grammat. Berous. & alij plures relati per Clar. quos & ipse sequitur in pract. d. q. 38. vers. sed certe, quibus addo Bonacolin. comm. opin. lib. t. vers. remissio rei pag. mihi 145. in fi. & Ludovic. Peguer. decif. crim. 2. per tot. ubi disputata ad partes materia, hanc naturam opinionem veriorum, & apud eum in Catach nix Regno scrutatam testatur, & conuincit respondet; nec dissentit Ant. decif. Pedem. 90. nu. 2. in si. nu. 3. & cum ita DD. communiter testentur seruari, parum eundem est, quod de iurisdictione talis consuetudinis plura scripserit Andr. Fehin. controuer. iur. lib. 9. c. 23. & ideo facias conclusionem quod iudex incompetentis, qui habet in manibus delinquentem extra suum territorium, non tenetur praefertim ex generali consuetudine de qua supra delinquentem remittere ad iudicem competentem.

Non obstant contraria, quae procedunt quando sumus in iudiciis, qui non sunt de diuersis iuris-

6 iurisdictionibus, sed subfunt eidem Principi ut expresse tradunt Boer. decif. 19. num. 55. & feq. Boeff. nu. 52. & feq. qui tamen in hoc non fati clarè loquitur Corrad. in pract. titul. de inquisit. num. 12. in §. limit. pag. mihi 249. Capoll. confil. erim. 58. n. 2. & feq. verf. dummodo fiat requifitio, vbi quod ita de facto, & confuetudine feruetur, testatur Laurent. de Rodul. conf. crim. d. 1. n. 2. §. num. 2. vol. 1. in magnis, Martin. de Carat. eod. conf. crim. 6. num. 1. vol. 1. in paruis, & de communi Doctorum opinione testatur Probus in Apofl. ad Ioann. Mona. in cap. in quifitores sub num. 8. de hære. in 6. Caffan. in confuetu. Burgund. fol. 365. num. 14. Didac. pract. q. c. 1. n. 10. vbi ait quod hæc pœnitentia communi totius orbis Christiani vfu, & praxi recepta est, pro vt pariter de communi, & à confuetudine approbata opinione testantur plures, quos refert, & fequitur Clar. in pract. d. q. 38. verf. hoc tamè quò addo Roland. conf. 60. num. 3. & num. 23. volum. 2. Bonacoff. in commun. opin. 1. par. verb. remiffio rei in medio pag. 146. column. 1. & Ludouic. Peguer. d. decif. crim. 2. nu. 6. verf. nam hoc effe, verum ferbentes fatentur, & fcipul. Ant. Theff. d. dec. 90. n. 7. ficur proximè elapsis annis in huiusmodi etiam articulo pro quadam Brancatorù causa diffufe, atq; copiofe fcipul. Doctör Fabius Graffus de Terra Laurianz. pertinetiariù Cilenti vt in legibus meis fcipul. inueni, qui cum certe allegari meretur, ad fui memoriam hæc adduxi.

SYMMARIUM.

1. Res furtiua reperta pœnitentem eum qui talia emere conuenit non facit contra eum indicium.
2. De priuilegijs Iudeorum, vt poffint mutare pecuniam fuper rebus furtiuis.
3. Qui non est mercator fi effe mala fama, & non docet à quo habuerit rem furtiuam potefl torqueri.

Res furtiua reperta penes aliquem quando faciat indicium contra illum.

DECISIO L.

Regulariter iuris præfumptio est, rem furtiuam penes aliquem repertam indicium facere ad torturam l. in ciuilem, & l. ciuile, est C. de furt. & per dicta iura hoc cõmuniter tradiderunt Docti. Clar. in fua practica quæftio. 21. verf. fi res furata Al. de præfumpt. regul. 3. præfumpt. 29. Farin. de indic. & tortur. quæft. 37. n. 48. late Mafcar. de probatio. concl. 833. Peguer. in decifio. 73.

Pro cuius articuli dilucidatione diftinguendū effe exiftimo, quod aut ille penes quem res furtiua reperitur effe folius tales res emere, vt funt aurifices qui anulos, & gemmas emunt, & cetera huiusmodi, vel met. atores, & feneratores qui

emunt vefles, & hoc cafu ifti, fiue bonz fint fama, fiue male non tenentur indicare à quo emerint quia præfumentur illos bona fide emiffe, non enim infurgit indicium contra aliquem quando facit illud quod facere conuenit quia ratione officij fui excufatur Hipp. de Marf. in fua pract. crim. in §. diligenter num. 90. cum enim à pluribus, & etiam ab ignotis foliti emere, credendū effe non recordari perfonas venditorij Blanc. de indic. num. 417. fequitur Salyc. in l. fin. C. de furt. Hinc effe quod per totam ferè Italiam extant flatuta priuilegia quæ permittunt flatuente in deis mutuandi fub vfuris pecuniam etiam fuper rebus furtiuis nec illas dominis tradere cogitur nifi prius eidem refutito capitali cum vfuris, quæ priuilegia funt intelligenda quando Iudici ignorant res quas emunt effe furtiuas fi. n. fciant ipfas res fuiffe furto fubtrahitas tenerentur illas sine capitali, & sine vfuris dominis fujs reddere l. feruus ciuifiam ff. de cond. indeb. & ibi Bald. & Doct. Hipp. de Marf. fing. 13. Io. de Ana. conf. 70. vifis, & ponderatis Bald. conf. 92. tria poffunt volum. 4. Fel. in c. caufam que col. 9. de refeript. Bald. in Leos C. de furt. & in rubr. C. de cond. ob turp. cauf. R. Col. Vall. conf. 45. vol. 1. n. 2. hæc tamen priuilegia iudeorum eis non prædefert fi tractaretur de rebus furtiuis Ecclefiæ, vel etiam perfonæ extere quæ vt non fubiectæ iurisdictioni illius qui talia priuilegia conceffit non potefl illis obligari, nec per ea ipfi potefl præiudicium inferri Abb. in cap. clericus de foro comp. Barbat. confil. 75. Vifo puncto vbi plura allegat, Alex. conf. 44. videtur vol. 5. Abb. in c. ecclefiæ Sæctæ Mariæ de confit. & ibi etiam Fel. Hippol. de Marfil. in l. fin. n. 118. de iur. omn. iud.

Si autem non effe folitus tales res emere, aut effe vir male fame, aut bonz, fi effe male, aut declarat à quo emit res furtiuas, & excufatur l. in ciuile, & l. ciuile C. de furt. & ibi glof. & Doctores, & præfertim Salyc. & Ang. aut non dicit à quo habuerit, & potefl torqueri Bald. & Salyc. in l. fin. C. de furt. d. l. in ciuilem, & l. ciuile C. eod. Bal. & Imol. in l. fin. verf. Addo ad idem ff. de hære. infut. Roman. conf. 54. vifis circa et. num. 6. Barb. conf. 42. illud in medium afferam col. 7. num. 21. volum. 2. Blan. de indic. num. 417. Paul. de Caff. in dicit. l. in ciuilem num. 2. C. de furt. Inf. conf. 2. num. 8. Grat. conf. 94. volum. 1. Ang. de malef. in verb. & veflem celeftem, column. 6. verf. quæro an eo ipfo, & in verbo fama publica col. 4. verf. vel quia res furata Hipp. de Marf. conf. 57. mifericordia Domini num. 33. & 40. Mafc. de prob. conclusio. 203. num. 32. & tanto magis hæc vera funt, fi talis effe folitus res furtiuas emere glof. in l. in ciuilem vel inter incidatis, C. de furtis vbi etiam Bart. & Bal. Aufser. in addit. ad decif. Capell. Tholof. 151. num. 2. Alex. conf. 5. num. 8. libr. 1. Mafcard. in conclud. 1631. num. 20. Brun. de indic. quæftio. 3. p. 1. num. 5.

Si vero effe vir bonz fame, & alia indicia non concurrunt, non potefl torqueri, & ratio effe quia quantum grauius ipfius rei furtiuæ inuentione, tantum fubiectus fua bona exiftimatione, indicijs enim indicia tolluntur contraria, & vna præfumptio tollit aliam, & fortior debiliorem.

I. pen. ff. de re lit. in integr. Felyn. in cap. vigilanti in fin. de praesumption. Bald. conf. 249. circa fin. vol. 3. Boer. decis. 111. nu. 18. par. 1. Cranett. in tract. de antiq. temp. par. 4. §. materia n. 1. Corn. conf. r. 16. col. fin. vers. & per hoc col. 2. Aret. conf. 302. col. 1. sed quando est male fama, & penes illi res furriua reperitur duobus vrgetur iudicijs, & ideo mirum non est si eo casu potest tormentis subijci virum autem integro fama ob inuentio-nem rei furtiuae penes illum non posse torqueri, tradunt Bald. & Salye, in d. l. in ciuilem C. de furt. facit l. non omnes §. Barbaris ff. de vt milit. glof. in Leuille in verb. fuisse C. de furt. & glof. in l. de minore §. nam ex sermone iuncto text. ibi cuius estimatio ff. de quaest. Grat. conf. 94. nu. 2. vol. 2. Marfil. in conf. 52. nu. 40. & 41. & conf. 72. Munda cor mem. nu. 2. & in suo singul. 392. aducras ad vnum Thom. Gram. conf. 14. Angel. de malefic. in verb. & vestem celestem vers. an eo ipso, Tiraq. in tract. de pen. temper. cas. 51. nu. 131. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cas. 462. nu. 10. Nouell. in tract. ad defens. in tit. an indicia pro condanda sint nu. 149. & in tit. de excus. reo facien. nu. 19. Rol. Vall. conf. 45. nu. 41. Brun. de indic. fol. 25. nu. 1. Jul. Clar. in pract. crim. q. 11. in fin. & fat esse, quod iure te no cognouisset illum, & quo emit rem furtiuam, tradit Augustad Angel. de malef. in verbo, & vestem celestem nu. 20.

Hoc tamen limitatur nisi esset Castaldus, vel Officialis Domini rei furtiuae, tunc enim quauis esset vir probus, nec alia obcurrerent indicia, hoc casu praesumitur domino suo illa bona subtraxisse, Bald. in cap. 1. de contentione inter domin. & feud. nu. 1. in vrb. feudor. & in l. cu oportet n. 13. ff. de bon. que liber. & ratio potest esse ob comoditatem, quam familiaris habet furandi, vel quia non sit credibile cum emissi ab extraneo rem, quam facile cognouisset ab eius domino fuisse subtractam, & ita iuxta praedictam distinctionem sapienter iudicauit Curia Archiepiscopalis.

S V M M A R I V M.

- 1 Infidelis non admittitur ad testimonium perhibendum contra Christianum.
- 2 Ratio cur infidelis non admittatur.
- 3 Conclusio ampliatu procedere in quacunque specie infidelitatis.
- 4 Infidelis effectus christianus admittitur ad perhibendum testimonium.

An mancipia, vulgo schiaui, de recenti effecti christiani, admittantur ad testimonium ferendum contra christianos.

DECISIO LI.

Artis defensionibus cuius rei pro eius parte designatae lista testium examinandorum, inter quos aderat mancipium christianum, quare sit dubitatum, an eius depositio esset recipienda, & dicebatur, de iure clarum esse, infidelem non admitti ad testimonium perhibendum contra christianum cap. non potest cap. pagani, & ibi glof. in verb. accusari l. q. 7. cap.

ipsa pietas 23. q. 4. l. quoniam C. de heretic. glof. in cap. Iudai in verb. praesumant extra de test. b. & ibi Abb. nu. 1. Felyn. in princ. glof. in cap. licet vniuersis in verb. coeufationis eod. tit. de testib. glof. in clem. 1. in verb. iuri, & ibi Card. Zab. ar. de testib. Speculat. in tit. de testib. §. 1. verum item quod est Iudaeus nu. 59. Alex. conf. 179 in fin. lib. 2. Afflic. in decis. 214. per tot. & ibi Vrsill. in adit. nu. 1. idem Afflic. in constitut. Regn. rubr. de leat. Auftr. in tract. de testibus num. 58. vers. Iudaeos, Viu. de communi, & indubitata coelusione testatur in suis commop. in verb. testis esse non potest christianus in princ. vbi alio adducit, Mafcard. de probat. concl. 944. in princ. & concl. 879. nu. 1. t. lib. 2. & haec quidem regula iudaeos a testimonio repellens iure optimo procedit; cum etenim ipsi testimonio Christi, & Ecclesiae non credant, merito sancium est, vt & ipsis nullo modo sit credendum, vt qui diuina testimonio contemnunt humani testimonij pdsus perdidisse se nocent, iuxta text. in cap. ipsa pietas 23. q. 4. alia huic regulae multiples rationes vides per DD. supra citatos, & praecipue Marqu. in tract. de iudaeis cap. 5. nu. 9. & seq. par. 2.

- Quod procedit etiam in haeretico, pagano, & quocunque alio infidelis homines, n. qui in hae Christi non sunt, auctoritate Sacroru Canonum a testimonio repelluntur, cap. no potest, & cap. pagani cap. haereticus 1. q. 7. cap. ipsa pietas 23. q. 4. cap. 1. & ibi glof. in verb. fideles de testib. adde text. in l. quoniam C. de haeret. glof. in cap. iudai in verb. praesumatur extra de testib. glof. in cap. contra christianos in verb. iudaeus de haeretico in 6. Specul. de testib. §. 1. verum item, quod est iudaeus, paganus, vel haereticus n. 59. Bart. in l. 1. nu. 1. C. de summo. Trinit. & fid. cathol. Afflic. in decis. 214. & ratio praedicti ea est, quia omnes isti sunt de falsitate suspecti, ex quo enim Deo sint infideles, no presumuntur fideles esse hominibus, cap. non potest cap. pagani 2. q. 7. & procedere etiam in eorum est duos in fide, voluti Summ. Potu. in cap. 1. de haeret. Abb. in cap. 1. de sum. Trin. & fid. cathol.

Ceterum in Cur. Archiepiscop. fuit dictum, praedicta minime procedere in mancipio effecto christiano per doctrin. Marqu. in tract. de iudaeis p. 2. cap. 4. n. 13. Non est enim contemnendus, quod fuerit iudaeus, sed commendandus, quia ad fidem reuersus, vt dicit Abb. in cap. eam te in vltim. notab. de rescriptis, & quia post baptismum incipit esse, quod non fuit cap. ferrum, & ibi glof. 50. distinct. & pro hac opinione text. in cap. fidelior, & in cap. quia sanctitas tua 50. distinct. & hanc partem videtur suadere fauor fidei, vt facilius homines ad fidem catholicam alliciantur, & ex his dicit Marqu. istam sibi videri veriore opinionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Fidei species.
- 2 Confessio incidenter facta non nocet, et an ex illa confessione possit Iudaeus nonum nubonando processum illum punire nu. 4.
- 3 Intellege si non tangit negotium principale.
- 4 Ex confessione incidenter facta, impeditur quae ne promoueat.

6 Confessio facta in vna causa, non nocet in alia, inter alias personas.

7 Decis. Sac. l. conf. 7. capol.

8 Incidenter confessus, vt possit puniri noua requiritur inquisitio.

An de crimine de quo quis fuit incidenter confessus possit puniri.

DECISIO LII.

Torquebatur quidam clericus per Cur. Archiepisc. ob quodam praetensum delictum, & cum incidenter fuisset confessus aliud delictum, de quo non fuerat interrogatus, fuit dubitatum, an pro illo pena aliqua infigi potuisset, & iudicauimus, quod non, per text. expressum in cap. 1. de exceptionibus. vbi si testis de crimine contra eum excepto conuincitur, vel aliis conuictus apparet, repellitur à testimonio, sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale, ad idem adducebatur text. in cap. cum super de confessis, vbi si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest Iudex ordinarius nouum inchoandum processum illum punire pena ordinaria, ex quo patet non potuisse Iudicem ex vi dictae confessionis illi penam infligere absq. nouo processu, idem probat text. in cap. inquisitionis de accusat. quod testis, qui in alio iudicio confessus est crimine, non punitur ex ea confessione, quia tendebat ad alium finem, sequitur gloss. in cap. ex penitentibus in. 50. distinct. late Marfil. in rubr. C. de probat. in. 88. vbi multos cumulat, & dicit gloss. in d. cap. ex penitentibus, quod clericus puniri non potest ex sua confessione, licet ea impediat ne promoueat, sequitur Barbat. & alij citati à Tiraquell. in tract. res inter alios acta circa fin. prima limitationis vtr. postremo ex confessione nuda, gloss. dicit in eanon. hac quippe 3. q. 6. quod si testis dixit se commisisse homicidium, non poterit ideo puniri, quia id dixit propter aliud, sequitur Bald. in l. Presbyteri nu. 12. vers. 3. 4. C. de epis. & cler. Imò fortius dixit Salyc. in l. 1. col. 8. C. de confess. quod si ego in iudicio conuenus ab vno pro re, sed à Titio praesente, non poterit Titius illius confessionis vigore me conuenire, sequitur Marfil. d. rubr. C. de probat. nu. 88. Tiraquell. loco predicto vers. & id quidem vsque adeo, quorum ratio est, quia confessio facta in vna causa non nocet in alia inter alias personas, Jo. Andr. in cap. per inquisitionem de elect. & ad Specul. in tit. de obligat. 5. fin. nu. 7. in vers. indubitum, Natta in conf. 94. nu. 7. Doctores in l. 1. C. de edend. & pro eadem opinio est decis. Rotae 2. in fin. in tit. de confess. in. 55. recoll. per Bisgnet. vbi duplici allegat rationem, primam, quod confessio in vna causa emissa, non probat in alia inter alias personas, secunda est, quia quod depositus quis vt testis, sibi nocere non debet, vt parti & idem per eadem verba voluit Rot. decis. 855. quidam agebat in fin. in antiq. & voluit Caps. in decis. 52. in fin. vbi dicit non esse curiam de causa, quae in d. decisione inuenitur, quam opinione sequutus fuit Surd. in conf. 135. & licet Grat. in conf. 141. per totum vol. 2. conetur

evitare illam decisionem, tamen multum se inuoluit, & quando testis deponit non de proprio facto transit cum hac opinione, & ex his motus fuit Senatus Mantuanus, teste Surd. in decis. 309. ad iudicandum, quod confessio ab aliquo facta, tanquam teste non sibi nocet in alio iudicio, & propterea iure optimo censuit Sac. Conf. Neapol. non esse infligenda penam mulieri, quae incidenter confessio fuerat adulteria, vt patet ex decis. Af. sit. 176. quibus addo Bald. in l. Moerchalem C. de conditione ob turpem causam, vbi confessio facta incidenter non nocet, pro quo facit, quod voluit Luc. de Pen. in l. 1. C. de numerarij lib. 12. 8 vbi de crimine, quod quis fuit incidenter confessus, non potest puniri, sed noua debeat fieri inquisitio, sequitur Felyn. in cap. 1. de exceptionibus, & latius per Arcin. in tit. de exceptionibus, col. 2. in princ.

S Y M M A R I V M.

- 1 Stylus non praesumitur.
- 2 Stylum alleganti incumbit onus probandi.
- 3 Stylus non probatur nisi per testes iuratos.
- 4 Stylus vbi non respicit decisionem causae, potest Iudex super illo se informare.
- 5 Stylus, vbi est contra ius debet plene probari.
- 6 Stylus vbi est notorius, potest Iudex ex suo officio super illo se informare, etiam sine parte non citata nu. 7.

Stylum non praesumi, sed alleganti incumbere onus probandi.

DECISIO LIII.

In vna Nola vertente in Curia Archiepiscopali suis data terminis ad probandum stylum dixit Curia Nolana, ex eo, quod stylus cum sit factus, Aretin. in conf. 103. non praesumitur regulariter, nisi probetur, ita tradit Parsin. conf. 168. & si Iudicis officium num. 15. vol. 4. per doctrinam Bart. in l. librum 2. de suppell. & Felyn. in cap. 2. col. 8. & in cap. super literis col. 6. de ref. ribt. Curt. lun. in conf. 16. col. 6. facit optime, quod tradit Dec. in respons. 5. nu. 42. vol. 1. vbi refert gloss. idem sententem in l. 1. C. quae sit long. consuet. & Bart. in l. praescript. C. si contra ius, vel vt lit. public. & sensu Rebutin. in tract. de consuet. styli & forma, gloss. 13. nu. 49. qui citat Barbat. in conf. 3. elementum conf. 11. vol. 2. ita etiam respondet Roland. à Vall. in conf. 3. nu. 35. & Cora. in conf. 177. nu. 6. vol. 3. & nouissime etiam Bertaz. in conf. ciuil. 39. nu. 11. per text. in l. de quibus, cum ibi notat, sicut de legibus. Hinc est, quod stylum alleganti incumbit onus probandi, vt consilendo scripsit Soccin. in conf. 56. post nu. 51. vol. 4. cum ceteris quos ibi recenset, & censere hoc idem Dec. ac Bertaz. loc. citat. & tradit Angel. in 5. ex non scripto inflat. de iur. natur. gent. & ciuil. & Guid. Pap. in conf. 119. nu. 4. & confirmat Berous. in conf. 46. num. 5. vol. 3. per doctr. Andr. & ca. errorum in cap. fin. de consuet. & simplia praedicta adeo procedite, vt testes, qui super stylo deponunt, debeant deponere iurati, aliter non probant.

bât, vt ferit *Guid. Pap. in conf. 119. nu. 4. & Berro. in conf. 40. nu. 7. vol. 3.* vbi inquit, qd stylus per testes legimus, & legitimè examinatos probari debet, & p̄fifino eis iuramento, per text. in *L. iurandi C. de testibus, & in iudicio coram Iudice, vel fcientem coram Notario Aduocario, per cap. 2. de testib. & cap. quoniam coram in ver. testium de positione de probat. Bart. & alij in l. de quibus ff. de legib. Scribentes in cap. fin. de consuetud. sicut text. in auth. de fid. instr. in §. si verò aliquid tale, sed tamen declara. ac restringe, vt hac procedant tantummodo quando stylus allegaretur ad decisionem causarum, & litium; plenè enim tunc esset omnino probandus, tradit Bart. in l. lege Julia ff. de testib. cum alijs, quos referendo sequitur Rebuff. in d. tract. de conf. styl. & form. d. glof. 13. nu. 4.*

4 *Secus si probatio styli non respicit decisionem cause, tunc enim potest Iudex se informare ab antiquis illius curia Aduocatis, & Procuratoribus, nemine citato, vt scribit Bartol. in l. 3. §. fin. ff. de testibus, & Bald. in l. vnic. C. vt quæ defunt aduoc. part. iud. si p̄p̄le. & in practica sibi in facto cõscripto, hoc scribit Angel. in d. §. ex non scripto in lit. de iur. nar. gen. & cui, vbi etiam confirmat Io. Fab. col. 3. dicens, quod ita fole obseruari, & hos Rebuff. cum alijs citat loc. alleg. num. 52. Secundo declara eadem procedere, si stylus sit contrarius, tunc n. plenè penitus debet probari, secus si è contra, & voluit post Curt. in repetit. cap. fin. q. 8. de consuet. & Dec. in conf. 402. in causa nu. 12. ipse Rebuff. vbi supra nu. 53. Tertio declara, ac restringe, quando stylus esset notorius, tunc enim etiam Iudices possunt se informare ex eorum officio, vt habetur per Bart. in d. l. lege Julia in fin. ff. de testib. & hoc scripsit Cya. in l. 1. C. que sit long. consuet. quos referendo sequitur D. Tiber. Decian. in conf. 5. nu. 43. vol. 1. quod etiam sèssisse videtur Bald. in l. 1. C. vt quæ def. aduoc. & Angel. in d. §. ex non scripto, vbi supra, & Sebast. Vaz. in tract. de nullit. process. nu. 86. inquit, quod Iudex etiã in Camera à Notarijs, seu alijs in similibus expertis se de stylo informare poterit, & amplia huiusmodi limitationem procedere, adeò vt Iudex tunc possit se informare, etiã parte non citata, vt paulo ante innumus, & consulendo ita respondit Alex. in conf. 14. viso processu post nu. 1. vol. 5. per elegantem doctrinam Bart. in l. 4. ff. de testibus, qui hoc enunciatum dicit ex text. in l. 3. §. fin. cod. tit. & tradit Ant. de Butr. in cap. fin. de consuet. & in penult. col. & notante ipsemet confirmat in cap. cum in tua in fin. de sponsal.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Facti species.*
- 2 *Nemo potest esse Iudex in causa propria, & nu. 5.*
- 3 *Officialis offensus ex causa priuata non potest ipse cognoscere, nec iudicare, sed ad superiorem debet recurrere nu. 4.*
- 4 *Poteslates, & Vicarij locorum non possunt per militum socium (vt vocatur) grauari iacere eorum priuatum debitorem.*
- 5 *Decisio Curia Archiepiscopalis Neapol. quod scilicet Officialis offensus preterita dignitate, seu causa officij potest ipsemet cognoscere de offensione, &*

condemnare nu. 8. redditur ratio decisionis nu. 9.
 10 *Iudex delegatus potest cognoscere de iniuria facta Officiali suo ex causa officij.*
 11 *Respondetur contrarij.*

Vicarius an dicatur suspectus in puniendo eum, qui falsificauerat eius sigillum.

DECISIO LIV.

1 **C**um tractaretur in Curia Archiepiscopali de infligenda poena cuidam clerico, qui cõfecerat quamplurimas dimissorias falsas, ac cum falsificatione etiam sigilli Reuerendissimi D. Vicarij; & per eundem inquisitum, fuisset suspectus allegatus idem D. Vicarius ob dictam sigilli falsificationem fuit dubitatum, an dicta suspitio de iure subsisteret, & vnus ex Dominis dicebat, quod sic, quia falsificando sigillum censetur intulisse iniuriam D. Vicario, & consequenter cõfecerit Iudex in causa propria, illi penam aliquã infligendo, ad text. in l. vnic. C. ne quis in sua causa, & sicut text. in l. Senatus ff. de offic. Praefidis, vbi quando quis est offensus tanquam priuatus, hoc est ex priuata causa, non potest ipse cognoscere, vel iudicare, quia sibi censetur facta iniuria l. lex Cornelia in princ. ff. de iniurijs l. qui iurisdictioni ff. de iuris. omn. iudic. & in hoc casu debet recurri ad superiorem §. si verò in auth. de defensorib. ciuitat. Oldrad. conf. 7. quem sequuti sunt, Paris de Puteo in tract. de syndicat. in verb. iniuria Officialis cap. 3. incip. an si Officialis processit per totum, vbi latè insinuit Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. c. 3. c. 263. nu. 7. Decim. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 32. rubr. Iudex in causa propria in princ. num. 1. vbi solum Oldrad. citat Crauet. conf. 132. sub nu. 7. verò tertio respõdo, Clar. dicens, ita communiter tenere Doctores in pract. cum q. 35. nu. 2. verò solet etiam, & plenè Roland. à Valle conf. 16. & conf. 48. lib. 2. ex cuius dictis vtrobique claris redditur hæc conclusio, quã iuribus, rationibus, & autoritatibus, exornant, eandem distinctione, reuenerunt Gandin. in tract. de malefic. tit. de p̄n. teor. nu. 26. verò tertio quid, Bart. in l. si quis forte §. si quis ad fin. ff. verò crimen ff. de poen. Alex. conf. 35. col. fin. ante nu. 7. verò tertio præsuppono lib. 2. Bald. in l. vnic. C. ne quis in sua causa iudicet sub nu. 2. & ibidem Alber. de Rosar. nu. 5. & 6. Salyc. sub nu. 5. Cast. sub nu. 3. in fin. & Corn. fin. nu. 1. fall. 5. & habita hæc distinctione pro vera, & dicta ratione attendita, quod in propria causa Iudex quis esse nõ possit, dixit Caball. resol. 118. in contingencia facti non licuisse, cuidam Vicario Scarpetie agri Muxelani realiter grauari facere per executores eius Curia ex ordine sui Officialis, quem militem socium vocant, quando in suum priuatum debitorem, & esse cum dicto eius Officiali condempnandum in penam librarũ quingentarum secundum formam statutorũ Florentie lib. 4. rubr. 79. de p̄na exerceatis iurisdictionem non cõcessim Curia à communitate Florentie, quia vltra, quod dictus debitor tanquam Cuius Floreanus non poterat conueniri in Curia Scarpetie, sed Flo-

rentia tantum contueniendus crari Vicarius ille, hoc modo sibi ius in propria causa dixerat, nec ad eius fauorem habita fuit ratio, quod executio fuisse commissa per dictum eius Officialem, qui solitus sit in similibus, vbi pars non contradicit, prout non contradixerat in dicto casu, procedere ad grauamina sine participatione Vicarij, quia est vnus, & idem Tribunal, & à gestis per dictum Officialium non appellatur ad Vicarium, sed ad militem Superiorem, & grauamen fuit per dictum militem socium concessum ad instantiam, & petitionem ipsius Vicarij, à quo etiam idem Officialis dependet, cum per illū eligatur, & ab ipso etiam ad nutum remoueri possit, vt propterea non poterit ipse Vicarius, coram suo Tribunali contra suum debitorem executiue per viam reclamationis agere, & grauamē obtinere, nec dictus eius Officialis poterit ei illud cōcedere, quia hoc ab ipso met Vicario factum videtur, cui est prohibitum in propria causa, tñra iudicare, quā ex executionem concedere, l. vnica, iuncta glos. in verb. debere, C. ne quis in sua causa iudicet, & absurdum esset, quod Vicarius ageret coram suo Officiali, iurisdictionem separatam ab eo non habente, & omnia sub nomine ipsius Vicarij faciente, & ita probatur ex dictis per Roland. à Valle consil. 16. libr. 2. vbi concludit, quod pro officio facta Domino Castri non potest esse Iudex, nec ipse, nec eius Officialis, sed Superior cognoscit, licet si officius haberet condominos, possent hi, vel Officialis ab omnibus deputatus, iudicare, nec cognoscere ad superiorem, nisi & ipse ex alijs circumstantijs sit suspecti, & ad hoc quāplura adduxit Roland. & considerat etiam vnitatem Tribunalis, cui Craueti, d. consil. 232. nu. 8. & 9. in 4. & 5. fundamentis.

Ceterum supradictis minimē suffragantibus contrarium iudicauit Cur. Archiepiscop. non admittendo iurisdictionem propositam contra Dominum Vicarium, ex eo, quod per dictam salutatam non censetur offensus eius persona, sed dignitas tantum, & cōsequenter potest ipse cognoscere de iniuria sibi illata, & nullo modo poterit allegari suspectus, ex traditis per Anan. in capit. innotuit nu. 8. & seq. de maledict. Alex. consil. 13. nu. 10. vol. 6. Roland. consil. 48. num. 7. vol. 2. & ad hoc facit, quod voluit Craueti, in consil. 32. col. 3. vers. tercio respondes, quem refert, & sequitur Farinac. q. 17. nu. 44. cum seq. quod si quis daret aliam potestatem, posset potestas ipsum statim surcus suspendi facere, sequitur Grammat. decis. 36. nu. 4. & hoc nulla alia ratione, quia iniuria non fuit illata personæ, sed officio, & proinde poterit de eo cognoscere cap. 1. de penis in sex. 10. vt in simili dicimus de Iudice delegato, qui potest cognoscere de iniuria facta Officiali suo ex causa officij, secus si ex alia causa, quia tūc Iudex ordinarius cognoscet, hoc, d. decis. 9. num. 14. cum seq. Art. m. decis. 7. de iudic. Rubican. decis. 16.

Non obstantia contraria allegata, quia procedunt quando esset offensus Officialis, vt persona priuata, tunc enim admittitur suspitio contra eum proposita, secundum Alberic. in l. vnica nu. 4. C. ne quis in sua caus. Clar. q. 33. nu. 26.

- 1 Fosti species.
- 2 Literæ cambij obligant acceptantem, redditur ratio num. 3.
- 4 Acceptans literas cambij, & soluere promittens remmet obligatus.
- 5 Obligatur etiam ad interesse, si in tempore statim non soluit.
- 6 Literæ cambij habent vim instrumenti, sententia, & rei iudicata. Quomodo nu. 7.
- 8 Priuata scriptura vbi adesi verbum promitto, quid operatur.
- 9 Libellus nocet offerenti.
- 10 Respondetur contrariis, & nu. 11, 12, & 13.

Aduersus executionem literarū cambij, an exceptio aliqua opponi possit.

DECISIO LV.

IN oppido Pizzi Militen. Diocesis, Reuerendissimus D. Episcopus Nicaften. seu eius procurator de anno 1615. dedit scutos 715. ad casum per Vrhem. Io. Dominico Trucillo, qui literas cambij scripsit ad Vrhem, directas Sebastianiano Cacaci, qui illas iuxta styllum mercatorum acceptauit ad vsum, elapsō termino dictus Sebastianus fugam ab Vrbe arripuit, & fuit facta protestatio contra scribentem in forma, & seruatis seruandis. In Vrbe fuit iudicialiter per testes recognita manus dicti Sebastianij, qui postea fuit in habitu clericali repertus in ciuitate Neapolis, vbi tōquam de fuga suspectus fuit carceratus, & data cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo fuit liberatus.

Postmodum fuit dictus Sebastianus citatus ad soluendum dictos scutos 715. vigore literarum cambij cōtra quas plura opposuit, & ei fuit datus terminus, quod infra sex dies valerent eius iura, si quæ habet deducere, & probare, in quo termino petijt depositionem principalis, & fecit nominationem testium in Vrbe, & alibi, sed non dedit articulos, neque iecit depositum, neque procurauit literas commissoriales, quare fuit dubitatum, an supradictæ literæ debeant executioni demā dari, non obstantibus exceptionibus per supradictum Sebastianum oppositis, & fuit per Curiam Archiepiscopalem affirmatiuē iudicatum eum literarū cambij obligant acceptantem, ita Bald. in cōf. 190. vol. 1. Paris. consil. 91. nu. 3. vol. 1. Ias. consil. 47. nu. 2. vol. 4. quos citat Ripa in Ladmonendi num. 183. ff. de iureiurando, & ratio est, nam qui recipit literas, si non contradicit, acceptare omnia videtur in litetis contenta, glos. in l. quod enim §. 1. vbi Bart. ff. rem ratā haberi, Gozzadin. consil. 23. nu. 6. & comunem nuncupat ipsa in cit. Ladmonendi, sequitur Dec. in consil. 430. in fin. & in consil. 32. num. 16. Paris. consil. 647. vol. 1. adeo quod acceptans est obligatus, sicut scribens est liberatus, de Fr. h. decis. 303. & ad nihilum teneri acceptante existente soluendo, voluerunt Bald. cont. 308. vol. 1. cum citat Soccin. consil. 68. vol. 3.

4 Aret. consil. 5. Ratio est, quia acceptans literas cambij,

- b) & foluere promittit, remanet obligatus, cum iam illi tercio fidem suam obstrinxerit, ad late tradita per Doctores in l. fingularia ff. si certum petatur, Castren. in l. si tum Cornelius ff. de solutionibus, Bald. in l. pro debito C. de bonis auctoritate Iudicis possiden. Alexand. in conf. 173. volum. 7. quæ obligatio adeo efficitur, quod acceptans literas cambij, & foluere promittens, si congruo tempore non foluat, obligatur ad interesse secundum Maritanum in decif. Rotæ Genouæ 44. Dicebat in super Dominum Episcopum habere intentionem fundatam in dictis literis cambij, quas dicitur Sebastianus dum esset laicus, in Vrbe mercator simpliciter acceptauit, censetur illas ratificasse, & sic debitorum Episcopi se fecisse secundum Bartol. Angel. Salycet. & reliquos communiter in l. filius familias ff. ad mædonianum, Rot. diuers. decif. 511. num. 10. par. 1. Rot. Genouæ decif. 137. num. 1. D. de Franch. decif. 309. Seraphin. decif. 1263. & fuit resolutum per eandem Rotam Romano 10. Decembris 1592. in vna literarum cambij, coram Illustrissimo Arigonio, & contra acceptantem exequutus, iuxta Asylum mercatorum procedendum est.
- 6 Literæ enim cambij habent vim instrumenti sententiæ, & rei iudicæ, eadem Rot. Genouæ in decif. 2. num. 9. imò & si non obtinerent vim prædictorum, cum simus inter mercatores pactum nudum obligat, sicut stipulatio, Bartol. l. Quintus ff. mandati, Bald. in l. si pro eo C. eodem, Alexand. in conf. 51. num. 3. volum. 6. Dec. in conf. 81. num. 18. volum. 1. Afflic. decif. 399. num. 5. & tanto magis, quia in dictis literis reperitur, nedum verbum acceptata, verum promittitur, quod etiam in priuata scriptura designat stipulationem l. i. C. de contrahenda stipulatione. Decius in confil. 107. volum. 1. Alexand. in confil. 116. volum. 2. Neuzian. conf. 45. num. 31. & ex his diximus esse procedendum ad executionem literarum, contra dictum Cacacem, nam cum illas acceptauerit, ac se soluturum promiserit, merito ad soluendum dictam summam promissam, vna cum debito interesse, cum se mercatorem probauerit, condemnari debet. Iterum enim cambij fuit recognita per responsum ad possessiones, ex qua resultat ita vera probatio contra respondentem, sicuti ex verbis positis in libello contra libellantem l. cum precum C. de verber. caus. l. ne fatidato ff. sen. rat. hab. & in liberius Roman. conf. 7. num. 10. Dec. confil. 512. nu. 1. Socin. conf. 97. nu. 6. vol. 4.
- 10 Non obstat, quod super recognitiua dictarum literarum testes non opponuntur videlicet Sebastianum, iuxta tradita in §. si quis igitur in auct. de fide instrum. Gramm. decif. 84. & ibi bona addit. Audit. Peira, quia respondetur supra dicta non procedere in Vrbe, existente statuotone in seipsum cap. 8. lib. 1. vbi sufficit, quod testes recognoscant manus, licet non viderint scribere, & in proprijs terminis est decif. Rotæ 160. par. 2. diuersorum, & fuit resolutum in vna Romana datus 15. Nouembris, coram Illustrissimo S. in Cruci.
- 11 Non obstat secunda, quod promissio Sebastiani sit nulla, cum sit filius familias, quia non

procedit in Vrbe, vbi adesset statutum cap. 30. lib. 1. in quo disponitur, quod mercatores, qui viuunt seorsum a patre, & publicè pro patribus familiaribus habeantur, non possunt opponere huiusmodi exceptionem.

Neque obstat, quod probationes factæ in Vrbe non probant in Ciuitate Neapolis in alio iudicio, quia litera cambij sunt promissa in Vrbe, & illius solutio ibi destinata, quo fit, vt acta ibi facta probant inter easdem personas in alio iudicio cap. fin. de exceptionibus, Felyn. in cap. causam quæ nu. 1. de testibus, Truisan. decif. 17. par. 1. per text. in l. cum antea C. de recept. arbit. & Liubemus C. de liberali causa.

Nec denique obstat exceptio non numeratæ pecuniæ, rdm quia in literis cambij legitur per contentum, & quia sunt elapsa tempora, opponendi huiusmodi exceptiones; tum etiam tertio, quia in literis cambij non admittitur huiusmodi exceptio.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti species.
 - 2 Expensa litis debent subministrari pauperi litiganti, & quomodo intelligatur nu. 4.
 - 3 Amplia etiam si filius petat bona paterna, vel mulierdotem.
 - 4 Amplia etiam si de parte hereditatis agatur.
 - 5 Amplia etiam in fratre petente vitam, & militiam à fratre.
 - 6 Amplia in vxore de matrimonio litigante cum viro.
 - 7 Amplia, et possit etiam petere alimenta lite pendente.
 - 8 Amplia etiam si vxor agat contra heredes mariti pro dote, & donatione propter nuptias.
 - 9 Limita prædicta exhibuere maritus est pauper, & qui nullam dotem recepit nu. 14.
 - 10 Eius causa rdm vxor de adulterio à marito accersata primam sententiam contra se reportasset nu. 7.
 - 11 Amplia etiam in Canonico agente contra Prælatum, qui sus tetuotus.
 - 12 Amplia etiam in Monacho litigante cum Abbate.
 - 13 Amplia in quolibet litigante pro alimentis, quando et alimenta debentur.
 - 14 Amplia in quolibet litigante pro utilitate publica, & Clerico pro utilitate Ecclesie.
 - 15 Amplia etiam in electo, siue postulato, cui debentur interim expensarum profequitur electionem.
 - 16 Amplia etiam in priuato præcedente bona communis, vel ad se spectare contra possessorem.
 - 17 Amplia etiam in pauperibus litigantibus cum Iudice, qui stat syndacati.
- Limita nam prædicta quando actor, qui petit non habet pro se præsumptionem iustitiæ nu. 5.
- Limita in filio petente restituendi transfactionem cum patre in vita patris, & quando petit restituendi donationem à matre factam, vel si hereditatem, quam petit vendidit, vel renouciat nu. 6.
- Limita in spurio si ante testamentum patris contra eum factum, & in pupillo litigante cum tutore de administratione tutela nu. 3.

Reo pauperi, an teneatur ad hoc expensas litis præbere.

DECISIO LVI.

Nobiles cuiusdam familie præsententes quædam reum condemnatum in Curia Archiepiscopali de quodâ graui crimine, falso vsurpasse cognomen dictæ nobilis familie, petierunt declarari, dictum reum non potuisse, nec debere dictum cognomen assumere, & cum fuisset prouisum, quod prædicta omnia inrimantur dicto reo, coparari idem reus, & exhibuit articulos, offerens velle probare se esse de dicta familia, verum quia erat pauperrimus, non poterat suis expensis facere probationes fuit dubitatum in dicta Curia, quis nam teneatur subministrare dicto reo expensas, stante eius paupertate: & ex vna parte videbatur dicendum, quod cum hæc non esset causa criminalis, sed merè civilis, nullatenus videbatur posse adstringi ad dictas expensas subministrandas, quia nemo cogitur adiuuare aduersarium suum l. nimis graue C. de testibus.

Caterum supradictis minimè obstantibus cõtrarij annuit Curia Archiepiscopali, scilicet condemnando dictum actorem ad tradendas expensas ipsi reo ex regula iuris, quod expensæ debent subministrari liganti in opo, & pauperi, etiam in prima instantia, vbi nulla adhuc est delata sententia Ioseph. Ludou. in decis. 46. nu. 6. vbi dicit communem, A. sicut. in decis. 30. Caphal. conf. 127. nu. 5. Crescent. in decis. 5. de iudicij, vbi dicit, quod expensas litis debet habere quis ab aduersario, quando non habet aliunde, & præsumptionem habet pro iure suo bono, vt cum filius petit bona paterna, vel mulier dotem, vel alijs ad not. in l. fin. C. de ordin. cognit. per text. in l. Imperatores ff. de tutel. & rat. distrahent. l. si instruta, & l. qui de inoff. test. de inoff. testam. Canonistæ in cap. ex parte de accusat. Innocent. & alij in cap. per vestras de donat. inter virum, & uxorem, sequitur Couarr. practic. quæst. cap. 6. nu. 1. vsque ad nu. 7. Crauet. in conf. 164. nu. 2. & hæc decisio procedit etiam si finis & locutus executione sententia, & maxime quando sententia non est liquida, & etiam, quod non sit lata sententia, debent pro liquidatione, & executione ipsius subministrari expensæ, vt firmat Crauet. in d. conf. 164. nu. 1. & 2. Licet hoc intelligant Doctores quando litigans, habet per se præsumptionem iustitiæ super bonis, super quibus litigatur: alijs autem si creditor litigat contra debitorem, vel aliquis, pro re sua contra alterum, non tenetur debitor dimittere creditorem pauperem subministrare sumptus litis scdum text. & ibi Bald. in d. l. Imperatores, quem refert, & locutus Palatius Rubecos in repetit. d. cap. per vestras §. 39. nu. 3. ver. intellige qui nisi, Caphal. conf. 714. nu. 13. in ver. vbi etiam subsecutus, quam similiter, qui litigat de re sua, non debet habere expensas à possessore, vt in iuris si pauper, & impotens si illa præsumptio non est pro eo, allegat text. in d. §. de inoff. test. & Franciscum Arcinum allegatum

per eum, & quoniam præsumptio non est pro actore, sed pro reo, quod non cogatur alimenta præstare, nec expensas litis reus actori, firmat Couarr. practic. quæst. cap. 6. nu. 6. ver. quia in re oportet Caphal. conf. 127. circa fin. princ. & conf. 714. num. 15. 16. & 17. in 5. vol. vsque ad nu. 16. & seq.

Vnde arguitur, quod quando filius petit rescindi transactionem cum patre initam, quia præsumptio est contra eum, ad transactionis validitatem, & fauorem non potest in isto iudicio petere sumptus, & expensas pendente lite, Caphal. conf. 714. nu. 18. & seq. allegat text. in l. quamuis C. de transact. & Perusin. decis. 18. nu. 38. vsque ad finem, vide Rebuff. de sententijs prouisional. in præfat. nu. 112. idem dicitur si præterit filius rescindere donationem à matre factam, cum pro ea, & eius validitate præsumatur, iuxta l. quosies ff. de reb. dub. Caphal. d. conf. 714. num. 12. Idem dicendum est, quando filius, vel is, qui petit hereditatem eam vendidit, vel ei renunciauit, licet dicat renuntiationem non valere, & petat rescissionem, non debent ei litis sumptus subministrari, ita Duennas in regul. 365. nu. 4. in 4.ª sententia, post Io. Gallum dicentem, ita Parisijs fuisse iudicatum q. 122. incip. primo fuit dictum contra uxorem, sequitur Petr. Rebuff. in tract. de sententijs art. 1. glof. 2. nu. 26. & latè per Ducen. vbi supra, & idem secundum Iacob. Philippum Portium in conf. 160. nu. 7. & seq. per totum determinatur in causa, vbi vxor de adulterio impetita primam sententiam contra se reportasset, ex quo non habet præsumptionem pro se, imò contra se, etiam si à sententia fuisset appellatum, & pcedat appellatio, quia præsumitur pro sententiâ à qua est appellatum, non debent subministrari expensæ.

Et ideo secundum Gabrielem conf. 25. non debere decerni expensas occasione litis, quam mouit quis tanquam filius si spurius stante testamento per patrem facto, nihil iuris competere possit super bonis paternis, Gabr. d. cõf. 5. nu. 8. 9. 10. 11. & 12. in princ. vbi distinguit concordatõ opinionem contrariam, & idem dicendum cum pupillo litigante, cum tutore petendo ab eodem ratione administratae tutela, vt tutor non teneatur subministrare expensas in lite l. Imperatores, vbi Bald. Alber. Fulgos. & Odofred. ff. de tutel. & rationib. distrahend. Caphal. conf. 714. nu. 1.

Et tandem dicebatur de hoc esse decis. Guid. Pap. 561. in princ. vbi ex text. in l. fin. §. quod si ei C. de ordin. cognit. qui desinuat, quod si quis litigat de hereditate, quam alius possidet, vel de bonis omnibus, & nõ habet vnde possit litigare, Iudex debet prouideri, quod possessor bonorum præstet sumptus litis, & alimonij, quem sequitur Caphal. conf. 714. num. 7. Guid. Pap. sequitur Crauet. conf. 764. Couarr. practic. quæst. cap. 6. num. 5. ver. constat sanè Gabriel. conf. 29. nu. 19. ver. vltima quæstio in princ. & nu. 20. Boer. cõf. 324. nu. 4.

Amplia supradictâ conclusionem procedere, nõdum si de vniuersa hereditate, quis agit, verum etiam si de eius parte Caphal. conf. 127. num. 10. vbi allegat Guid. Pap. decis. 561. & etiam ampliatu procedere quando soror petit à fratre bonorum

rum paternorum legitimam, Afflic. in decis. 11. num. 2. quem sequitur Caphal. conf. 128. num. 2. in princip.

Amplius etiam in fratre petente vitam, & 10 militiam à fratre primogenito, Vrsill. in addit. Afflic. d. decis. 11. post Grammaticum in civilibus consil. 145. Idque etiam comprobatur ex infra-

11 scriptis conclusionibus apud omnes Iuristas indubitatis: mulieri enim, si matrimonium contingat accusari, nec mulier habet unde possit

subministrare expensas, tunc maritus cogitur illi dare expensas, Speculat. in tit. de inquisit. §. vltimo nota nu. 2. vers. quid si matrimonium, quem sequitur Boer. decis. 325. qui tenet tam in muliere accusante maritum, quam si etiam à marito fuerit accusata, Speculator. sequitur Palat. Rubeos in d. §. 39. in cap. per vestras de donationib. inter vir. & vxor. num. 5. Caphal. conf. 714. num. 6. & consil. 127. num. 9. vbi tenet, quod si vxor veniret ad litigandum cum viro, maritus inte-

12 rim tenetur subministrare alimenta, & expensas litis, quod etiam tenet idem Palat. Rubeos in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 39. num. 1. & in num. 4. dicit, quod si vxor rependo dotem à marito vergere ad inopiam, non habet expensas aliunde, maritus cogatur sibi dare, post Alber. in l. vbi adhuc col. fin. vers. sed cum expensis dicit esse de mente Hostiens. in summa tit. de accusationib. §. 1. quod ergo si contin-

13 gat, Alciat. regul. 3. presumpt. 9. nu. 10. & in vxore non tantum agente contra maritum verum etiam idem erit in vxore agente mortuo marito ad petitionem dotis, & donationis propter nuptias, Couarr. practicar. questio. cap. 6. nu. 6. vers. idem erit in vxore, Boer. decis. 324. nu. 4.

14 Sublimitatur tamen predicta in marito paupere, nullamq; dotē recipere, ira firmat Caphal. in d. consil. 127. nu. 10. vers. non obstat, & nu. 10. & 11. allegat glof. in l. fin. §. ipsum autem filium C. de bonis, quibus liber. & Afflic. decis. 290. num. 9. à pluribus confirmat Jacob. Philippus Portius in 3. conf. 180. nu. 12. & 13.

15 Similiter etiam de iure Canonico, qui accusatur Praelatum de dilapidatione, & simonia, si ob id remotus fuit Praelatus ad administrationem, tunc sumptus factos potest Canonico ab Ecclesia repetere, cum vtiliter negotium Ecclesiasticum gesserit, Speculat. in tit. de inquisit. §. vltimo nota num. 4.

Et in Monacho litigante cum Abbate, quod 16 Abbas teneatur totum subministrare expensas, post glof. in cap. ex parte extra de accusat. tenet Perut. decis. 46. nu. 3. Boer. decis. 325. num. 1. vers. item pone, Palat. Rubeos in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 39. nu. 2. vbi etiam vult, quod non solum procedit pro lite prosequenda, sed etiam pro lite exequenda, allegat text. in cap. olim sic accusat. & capit. ex parte eodem, intelligendo tamen secundum Doctores ibi, quando illi mouetur ad vtilitatem Monasterij principaliter, & immediate Boer. decis. 324. num. 4.

Item quilibet litigans de alimentis potest petere si est inops, & diues agere salarius, quod sibi expofe litis subministrat, & quod §. de iustu-

cio habeat locum, & extendatur per Doctores nedum fauore aliarum personarum litigantium de alimentis, sed cuiuscunque generis fit personae litigantes, dum tamen actor petens alimenta sit pauper, & ille, à quo peruntur sit diues, Ioseph. Ludou. decis. 46. nu. 1. vers. contrarium vsque ad oim. 9. Caphal. conf. 127. nu. 10. in princ. Couarr. practicar. questio. cap. 6. nu. 8. quicquid dicat Soc. Jun. conf. 8. nu. 5. 6. in 3. vol. quia in casu eius fuerunt litis expensae, & alimenta io sine processibus petita, quando erat pronunciandum super causa ipsa alimentorum, mouetur illa propositio, hodie constat, hodie agatur, & deinde concludit in casu suo, quod actori alimenta non debebantur, si priuatus intentat iudicium ad vtilitatem publicam, sine clerici in vtilitatem, siue Ecclesiae debent sibi reuocari expensae à Fisco, si vtilitas sit fiscalis, ideo afferens lucrum fisco, Palat. Rubeos in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 39. nu. 6. vbi dicit, etiam casum notabilem in l. si mulier inops salarium ff. qui posterior in pignori, habent. secundum Bald. in l. 1. in princ. iuxta finem commentii ff. de iustit. & iur. & esse text. in d. cap. ex parte de accusat. ita dicitur Franc. Aretin. in cap. si quod testium 3. col. vers. 1. conclusion. §. vltimo notum nu. 2. verbi, porro, in Monacho litigante, dum inquiritur super statu Ecclesiastico, & ideo fisco Monachus proprius non habens, siue Clericus secularis proprium habens habebit expensas ab Ecclesia, Rebuff. de sententiis prouision. in praefat. nu. 109. & praedicta omnia distinguuntur secundum eundem.

18 Speculator. ibid. verbi, item seculari. Item electus, vel postularius pauper, debet habere de bonis Ecclesiae expensas ad prosecutionem electionis, vel postulationis per cap. vt priuater, & per Doctores de elect. cap. cupientes in fin. eod. tit. in sexto, sic conclusio Oxdard. consil. 27. Thema tale est, Rebuff. de sententiis prouision. in praefat. nu. 121. vbi allegat Alber. in l. fin. C. de ordin. cognit. & Marcum decis. incip. Quarta, tur an capitulum in prima parte.

Et infertur vna conclusio generalis, quod si priuatus litigat in causa propria super bonis, quae pretendit esse communia, vel ad se pertinere, tunc ipse eget, praesumptio est pro ipso debent sibi subministrari expensae litis de illis bonis, Palat. Rubeos in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 39. nu. 1. vers. ex qua lege, Alciat. de presumpt. regul. 3. presumpt. 9. nu. 9. Couarr. practicar. questio. cap. 6. nu. 6. vers. ego vtro quodam litis expensas, Caphal. conf. 714. nu. 13. Rebuff. de sententiis prouision. in praefat. nu. 117.

19 Sed Puteus in tract. de syndacatu in verb. expensae §. 1. in fert, quod lude x syndacatus debet expensas subministrare pauperibus, cum quibus litigat, idem si litigat cum fisco, sequitur Palat. Rubeos in repet. cap. per vestras §. 39. nu. 3. vers. Paris de Puteo, & Rebuff. de sententiis prouision. in praefat. nu. 118. dicit, quod in Dominicis, vel in fisco, cum quo priuatus litigat, tunc si de omnibus bonis fuit quatio, & ille non habeat aliunde, quod debet ei eodem prouideri, iuxta Afflic. nu. 2. consil. leg. 3. praesenti nu. 6. & 7. Boer. decis. 324. nu. 6. & per totam.

SYMARIUM.

- 1 Testis non potest incontinenti se corrigere.
- 2 Testis potest ex intervallo dictum suum corrigere in fauorem fidei.
- 3 Testis potest se corrigere antequam loquatur paribus, vel se subscripserit, vel antequam recedat à presentia Iudicis.
- 4 Testis non potest dictum suum statim corrigere, quando pars aduersa incontinenti acceptat confessionem.
- 5 Testis ex causa obliuionis potest quandoque se corrigere, etiam ex intervallo.
- 6 Testes nobiles possunt etiam ex intervallo se corrigere, quando agitur inter viles personas, & de re modica.

An in fauorem fidei possit testis ex intervallo dictum suum corrigere.

DECISIO LVII.

- T**estis ex intervallo se corrigere non potest, Cyn. in auth. ar. qui semel nu. 1. in fin. C. de probat. & ibi Bald. nu. 3. vers. sed si ex intervallo, vbi etiam de materia, & Salyc. nu. 8. vers. ex intervallo autem, Butr. in cap. per tuas nu. 8. ad finem vers. si ex intervallo, vbi ampliatur etiam ante publicationem, & nu. 10. in princip. & ibi etiam Imol. nu. 4. vers. ex intervallo autem, & Felyn. in cap. præterea nu. 4. & nu. 10. vers. si autem testis corrigat se ex intervallo, Rot. Roman. in decif. 19. de testibus in nouis, Viu. comm. opinion. vers. testis, Clar. in practic. crimin. 6. fin. q. 53. vers. quartus est casus ad inmedium ibi, si verò vlt. illud corrigere ex intervallo, & si incontinenti possit suum errorem corrigere, etiam non docto de errore, Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 13. nu. 8. Gabr. lib. 7. concl. 27. nu. 2. de testib. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. casa 108. nu. 6. Viu. lib. commun. opin. in verb. testis statim, & incontinenti poss. Panormit. in cap. præterea nu. 4. de test. cogend.

- In Curia tamen Archiepiscopali admittuntur testes, etiam ex intervallo ad corrigendum eorum depositionem in fauorem fidei, taliter quod si aliquis coram Inquisitoribus iurans dicere veritatem, falsum contra se, vel alios dixerit, si postea ex intervallo vult dictum suum corrigere, & contrarium testificari, valet tale dictum, dummodo ex manifestis indicijis constet, posterius dictum non corruptionem, sed veritatem continere cap. accusatus 9. licet, vbi glossa in verb. postmodum, & Io. Andr. & Archidiacon. & reliqui de heret. in sexto, Guerr. de thesauro religionis christianæ nu. 12. in tit. de heret. Aquil. de fide catholica cap. 36. quod quidem in fauorem fidei statutum fuit. In alijs verò delictis testis statim, & incontinenti, & non ex intervallo potest se ipsum corrigere, vel antequam loquatur paribus, vel se subscripserit, vel antequam recedat à presentia Iudicis; in his cum casibus non presumitur subornatio cap. præterea de testibus cogendis in sexto, glossa in auth. de testibus 5. qui verò collat.

7. lib. 2.6. in verb. non habebit, Bald. in l. Presbyteri nu. 4. C. de episcop. & cleric. Innocent. in cap. cum dilecti in fin. de accusat. Bartol. in l. eos C. de falsis, Taf. in l. quicquid adstringendæ nu. 10. ff. de verbor. obligat. Couarr. in lib. variar. resolut. lib. 2. cap. 133. circa quod est notandum, quod quando pars aduersa incontinenti acceptat dictum, & vel confessionem alicuius, neque poterit statim testis dictum suum corrigere, vel mutare, lae Marfilii in singular. 375. R. roman. in l. 4. §. si simpliciter ff. de verbor. obligat. Bald. in l. galhis §. 1. ff. de liber. & posthūm. Alex. in l. quicquid, vbi Taf. nu. 10. ff. de verbor. obligat. & iuxta hanc sententiam dicendum tenet etiam, quoties testis ex causa obliuionis se corriget; in hoc enim casu etiam testis ex intervallo potest se corrigere, quod probat de errore. Petra de fideicommissis q. 12. nu. 1012. Alciat. de præsumptionib. præsump. 20. regul. 2. num. 3. & 4. vbi declarat summo obliuio sit verisimilis, secus si inuicissimilis, Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. dicto casu 108. num. 8. vbi in isto casu an obliuio sit verisimilis, necne, Iudicis arbitrio remittitur, & sic pariter dicimus, quando testis esset nobilis, & agitur inter viles, & de modica causa; in isto casu enim etiam testis potest ex intervallo suum dictum corrigere, Alciat. in d. tract. de præsumptionib. regul. 2. præsumpt. 29. nu. 2. ad finem, Fuller. in practic. crimin. in verb. capiat informationem nu. 14. Gabriel. d. lib. commun. concluf. lib. 7. concl. 27. num. 9. & concl. 28. nu. 19. & 20. de testibus.

SYMARIUM.

- 1 Potestas executoris Apostolici expirat eo ipso, quod prouisus Apostolicus inductus est in possessionem, & per aliquod tempus pacifice possidet.
- 2 Quando prouisus Apostolicus incommuni uerbatur, executor potest exercere officium suum.
- 3 Dicitur prouisus pacifice possidere, quando percepit fructus.

Executoris Apostolici potestas quamdiū duret.

DECISIO LVIII.

- F**uit dubitatum in Curia Archiepiscopali, quamdiū duret potestas executoris Apostolici dati, vel prouisus in possessionem beneficij inducat, & inductum descendat, & dicebatur eius facultatem expirare per mortem, arguunt. text. in cap. compromissum de arbit. & facit regula vulgaris. Mors omnia soluit 6. deinceps in authent. de nupt. §. 1. in str. de Patr. post nihilominus fuit resolutum per doctrinam Ioan. Andr. in cap. pro illorum de sentent. excomm. 1. expirare eo ipso, quod prouisus fuit inductus in possessionem, sequitur Staphil. de literis gratie tit. de vi, & est etiam clarus, §. significatio clausule in diocesibus nu. 3. ne prædicatur potestati excommunicatæ, argum. cap. ad hæc de rescript. & cap. peruenit 11. q. 1. & tenere videtur Innocent. in d. cap. pro illorum, maxime tante Concil. Trident. c. 6.

124. cap. 20. nu. 62. 63. & 64. & facit pro hac sententia text. in cap. in literis de offic. deleg. nec obstat text. in cap. querenti eod. tit. quia procedit quando non fuit facta executio si enim Delegatus executus est sententiam suam, & aliquandiu ille pacifice possedit, expirat etiam inter annum potestas Delegati, quia annus non datur, nisi pro executione facienda, quamvis si in continenti ille molestatur, potest Delegatus exercere officium suum, quia non potest dici facta executio, ex quo in continenti est facta turbatio, ita lo. Andr. & Abb. nu. 6. & Felyn. nu. 10. verif. 1. in d. cap. querenti, verb. ad integranda in d. cap. querenti, & ibi Cardinal. in d. cap. pro illorum, & in clement. si plures num. 3. de prabend. & ita debet intelligi Felyn. qui voluit in d. cap. querenti ad finem, quod potestas durat vsque ad annum à die possessionis per illum text. quod etiam tenet Cardinal. citat. clem. nu. 2. & sequitur Menoch. de rein. possess. remed. t. nu. 90. & Florez Dicz. quaest. 4. nu. 60. & videtur etiam tenere Puteus decis. 334. num. 7. lib. 1. & decis. 18. lib. 2. Immo sunt, qui dixerunt etiam data possessione pacifica, non esse finitum eius officium, donec habeat fructus, Cardin. in clement. si plures nu. 2. de prabend. & Flor. citat. q. 4. nu. 60. aliis gratia non est plene executio, maxime cum in dicta clausula expressè habeatur, quod faciant de fructibus responderi, quamvis si negentur fructus, non ratione iurii, vel gratiae, quae impugnentur, sed ex alio capite, & ratione, (vt quia praedia ex quibus proueniunt dicuntur non spectare ad beneficium, seu aliquae decimae dicuntur ad illud non pertinere) executor non se intromittet, quia est questio omnino separata ab executione, Cardin. d. clem. num. 2. Non obstat text. in cap. querenti de offic. deleg. vbi delegatus Papae non potest exequi suam sententiam, nisi vsque ad annum, quia loquitur de delegato ad causam principaliter, & diuersa est ratio in executore gratiae, cuius potestas tanquam accessoria debet durare, sicut ipsa gratia ad regulam accessorium in sexto, & sic videtur intelligendus, Innocent. in d. cap. pro illorum nu. 3. de prabend. & ibi Abb. num. 10.

S Y M M A R I V M.

1. De iure ciuili antiquissimo, debitores tradebantur creditoribus diluendi, sed à media iuris prudentia hoc fuit abrogatum.
2. Quando fideiussor est solvendo, non carceratur principalis, nam bona fideiussoris computantur in bonis creditoris.

Clericus in ciuilibus non carceratur in Curia Archiepiscopali, extantibus bonis.

D E C I S I O. L I X.

Fuit pluries obseruatum in Curia Archiepiscopali, & est in quotidiana praxi, vt non carcerentur clerici pro debito, extantibus bonis in quibus possit fieri executio, pro qua

obseruatione est praemitendum, quòd tantum fuit antiquissimi iuris rigor contra debitores, vt lex duodecim tabularum, eos etiam diluendos creditoribus tradi per miseris, prout testatur Aul. Gell. in 20. lib. noct. Attic. cap. 1. & Carol. Sigon. in 1. lib. de antiqu. iur. ciu. Roman. cap. 6. meminit etiam glossa in l. 1. in verb. in eo in fine C. qui bon. ceder. poss. eiusque formalia verba referunt C. uarr. lib. 2. variat. res. iud. cap. r. sub num. t. plenè Menoch. de arbit. iudic. casu 183. lib. 2. num. 4. Theaur. in decif. Pedemont. t. 53. nu. 1.

Sed huius legis immunitas potius ad terrorem tradita, quam vsus recepta tanquam bonis moribus valde repugnans, à media iuris prudentia fuit penitus reprobata, cui successit lex Petilia, qua cautum fuit, ne quis ob pecuniam debigam in vinculis detineretur, sed eius bona tantam essent creditoribus obnoxia, vt affirmat Liu. in 1. decad. lib. 8. quae lex à Casareo, & Pontefice iure fuit approbata, Cautum est enim liberum hominem ob res alienum personali coactione cogendum non esse l. ob 25. cum authent. sequ. C. de action. & obligat. etiam si bona deficient, ita vt creditoribus satisfieri non possit, vt in cap. 2. de pignor. & idè dum executio fieri potest in bonis debitoris, nunquam ad eius carcerationem deuenitur, vt dicit glossa notabil. in l. 3. 4. tutores ff. de suspect. tutorib. quam communiter approbatur testatur Alex. in l. à Dno Pio §. in venditione ff. de re iudic.

Quod adeò verum est, vt non sit carcerandum debitor principalis, quando fideiussor est solvendo ratio est, quia bona fideiussoris computantur cum bonis debitoris principalis. Ipsi plures §. prateret ff. de fideiussor. cuius meminit Bald. in l. mulier C. de iur. dot. & in auth. sed hodie C. de action. & obligat. Alex. & Barr. in l. 3. §. tutores ff. de suspect. tutor. Roman. con. l. 20. incipiens, haec istorum quinque capitula, iuxta quam traditionem si fideiussor habet bona, non est capiendus principalis, sicut nec ipse principalis, quando bona habet, ex glossa singular. in l. 1. §. tutores ff. de suspect. tutor. recepta ibidem, & Alexan. in d. l. à Dno Pio §. in venditione col. 2. verif. iuxta hoc incidit ff. de re iudic. Felyn. in cap. quo ad consultationem col. 7. nu. 10. eod. tit. & quamuis aliqui per eum relati contraxerint propter l. 1. C. qui bon. ceder. poss. dicit tamen Alex. quod periculosissimum esset recedere ab opinione glossae.

S Y M M A R I V M.

1. Adolescens muliebricia passus, & ob id ignitis larid. gnis cruciatus est irregularis.
2. Ad titulum beneficii tenuis, non potest quis promoveri.

Adolescens muliebricia passus, an sit irregularis.

D E C I S I O. L X.

Sapè et nringit dubitari in hoc nostrae Curiae Archiepiscopalis tribunali, an adolescens irregularis

cularis, muliebris passus, si poena si laicali foro afficeretur, vt ignitis laridi guttis cruciaretur. Et deinde fuerit condemnatio illa in exilium commutata, qua de causa se Religioni addixit, durante etiam anno nouitatus cum litteris dimissorijs sui Superioris, à quodam Episcopo fuerit ordinatus ad primam tonsuram, atque omnes quatuor minores ordines ipsomet die; postmodum verò egrediens ex Monasterio ad titulum duorum beneficiorum, satis tenuium ad Subdiaconatus ordinem, fuit promotus, esset irregularis, & pro resolutione censuum talem adolescentem, suè iuuenem taliter ordinatum, esse suspensum, & irregularem ex duabus causis. Primò, quia illud crimen perpetrasset, & decretum condemnatorium super tali crimine fuerat prolatum, tùm etiam propter receptionem primæ tonsuræ, & quatuor orinum minorum ab Episcopo eodem die sibi collatorum, & ad titulum beneficiorum pro eius victu insufficientium, & talem Episcopum, qui illum ad ordines prædictos promouerat esse coarguendum, prout fertur fuisse responsum à Sacra Congregatione, vnde ex resolutione prædicta colligitur, quod quamuis ordinaria criminis poena pro crimine prædicto non irrogetur, fed mitior, adhuc talis sit prohibitus ordinis suspicere, ex quo criminis infamia sedatur, & si ordinetur in suspensionem incidet, atque si deinceps ministret irregularitatem incurret.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Facili species.*
- 2 *Mercator suspectus de fuga, sufficit quod eam de iudicio sibi reddiderit ratio nu. 3.*
- 4 *Text. in §. sed hodie in insula. de falsitat. quomodo intelligatur per Aretin.*
- 5 *Decis. Cur. Archiepiscopi, quod sufficit talis mercator de fuga suspectus debeat cauere de iudicio sibi, et de iudicatu soluendo adducuntur pro hac opinione duæ Sac. Conf. & cap. decisioes nu. 6.*
- 7 *Debitum debet esse liquidum, et præfate decisioes procedant.*
- 8 *Respondetur contrarij.*

Captus ob suspensionem fugæ, an debeat relaxari sub fideiussione de iudicio sibi tantum, vel etiam de iudicato soluendo.

D E C I S I O L X I.

1 **S**ebastianus Cacacius mercator literarum, & cambij, clericus effectus post decoctionem, cum fuisse captus per Curiam Archiepiscopalem ob suspensionem fugæ ad instantiam Reuerendissimi Domini Episcopi Nicastrensis, & tractaretur de exarceratione eiusdem Sebastiani, siue dubitatur, an esset relaxandus cum fideiussione de iudicio sibi tantum, an etiam de iudicato soluendo, & dicebatur sufficere illam de stando iuri, cum simus enim inter mercatores non curatur de apibus iuris l. 1. vbi Bald. ff. de constitu. pecun. & inter eos pactum nudum obli-

gat fecus stipulatio, Bart. in l. Quintus ff. mandar. Bald. in l. si pro ea C. mandar. Alex. in conf. 52. nu. 3. & 4. vol. 6. Decius in conf. 82. nu. 18. vol. 1. Afflic. decif. 199. num. 3. & in proprijs terminis sic sequitur Bald. & ferè omnes Doctores tenent in l. cum proponas C. de bon. authorit. iudic. possidend. quod relaxandus est, si caueat de iudicio sibi tantum, licet non de iudicato soluendo, vt etiam voluit Alexand. in l. neque impubes 9. qui in ius ff. de in ius vocand. & pro hac sententia facit text. in institutionib. §. sed hodie, & ibi Aretin. de falsitat. vbi habetur neminem conuentum suo nomine teneri ad cautionem de iudicato soluendo, nisi fit forensis, vt ipsemet Aretin. ibi limitat, & quando est res mobilis, quia tunc debet sequestriari, vel cauere, sequitur Ias. in l. Iulianus in fin. §. qui falsit. cogant.

His tamen in nihil obstantibus contrarium iudicauimus in dicta Curia Archiepiscopali, vt scilicet debeat fideiubere de iudicio sibi, & de iudicato soluendo, vt in proprijs terminis docuit Castren. in d. l. neque impubes 9. qui in ius ff. de in ius voc. vbi etiam Bart. Corta in lib. memorabil. in verb. debitor, & in verb. fideiussor de iudicio sibi, Caccialup. in suo tract. de debitor. suspect. & fugitiu. quest. 9. Afflic. in decif. 170. nu. 4. vbi sic in Sac. Reg. Cõf. fuisse iudicatum referit, vt etiam iuxta hanc eandem sententiam in anno 1540. fuisse decisum in eodem Sac. Reg. Conf. si statum Vrill. in addit. ad dictam decif. Afflic. 170. nu. 3. in fin. vbi nu. 4. inquit, quod suspectus de fuga potest capi, nisi caueat, vt sup. quod est intelligendum quando noua causa suspicionis superuenierit post contractum, nam tunc capta informatiue saltem per duos testes parte non citata de mutatione personæ, & de suspensione fugæ, potest quis capi quando debitum fuisse liquidum, & fecus si tempore contractus initi fuisse d. debitor suspectus, & non idoneus, nam tunc non potest capi, neque teneri cauere, prout declarat Aretin. post Ias. in institut. de action. in princ. nu. 32. Doctores in l. si ab arbitro ff. qui falsit. cogant. latè Decius in conf. 75.

Non obstant Doctores in contrarium adducti, qui tenent, quod relaxandus est, si caueat de iudicio sibi tantum, nam respondeo, quod licet eorum opinio benè possit procedere, tamen in præctica non feruatur, vt refert Apostill. ad Alex. in d. l. neque impubes 9. qui in ius in litera 13. ff. de in ius vocand. quam refert, & sequitur Caracuit. in addit. ad citat. decif. Afflic. 170. in princ.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Furtum quid sit.*
- 2 *Furtum est difficile probationis.*
- 3 *Præsumptio delicti nunquam capi debet.*
- 4 *Actus si certo loco, vel tempore potius esse licitus, alio vero illicitus, præsumitur gestus in casu licito.*
- 5 *Consilium, quod se haberes ad bonum, & ad malum, debet inter pretari in melioris parte.*
- 6 *Bonus quilibet præsumitur.*
- 7 *Culpæ in dubio non præsumitur.*
- 8 *Actum quando potest esse licitum, & illicitum, in dubio præsumitur factum esse licitè.*

Actum

9 *An frustratorium non presumitur, quem voluisse facere.*

Bona in custodiam alicui tradita, an si per eundem alibi contrafacta reperiantur furtum presumatur.

DECISIO LXII.

Quidam discessurus ab hac Ciuitate Neapolis tradidit in custodiam eius domum cum omnibus eius mobilibus ibi existentibus cuidam clerico eius amico, cumque reuersus inuenisset aliqua ex illis bonis alio transportata, quare lauit dictum clericum de furto quare fuit dubitatum, an illa contrafectione presumatur furtum, & dacebatur hunc casum decidi posse ex diffinitione furti, quae est contrafectione rei alienae inuito domino l. 1. ff. de furt. §. 1. Infit. de oblig. quae ex delict. nascunt.

Ceterum Curia Archiepiscopalis iudicauit contrarium absoluendo conuenienter praedicta actione furti: Furtum enim esse diffinitione probationis, tradiderunt Curt. in l. in actionibus super §. plane in fin. ff. de in lit. iurand. cuius pronuntiatum ab omnibus communiter esse probatum, testatur Ruyn. conf. 29. Bart. in l. si quando post nu. 4. C. vnde vi, & Iaf. in l. Praetor ait §. Praetor ait nu. 23. & sequ. ff. de edend. Crauet. in conf. 178. v. so processu nobilis nu. 7. Grammat. conf. 1. nu. 10. & in conf. 17. nu. 6. idem voluit Lap. allegat. 93. nu. 4. ibi, diffinitione est probare res ablatas, quibus accedit Grat. in conf. 94. num. 12. verb. & bene facit lib. 2. hoc idem confirmauit Paris. conf. 75. num. 16. verius est causa cum sequ. nu. vol. 1. & ante eum docuit Abb. in cap. super eo num. 9. de his, quae vi met. caus. fiunt, idem clarius explicauit Grammat. conf. 47. nu. 14. vers. fed vbi tractatur, & in conf. 17. nu. 3. quod etiam placuit Alex. in conf. 189. in causa, & lite inter Tadeam vxorem num. 14. verb. dicit Bal. vol. 6. & in conf. 24. nu. 6. ver. ad quod ostendendum vol. 2. & sentit Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. fin. q. 69. circa principium, ac Mirfl. in pract. §. principium post nu. 12. nam furtum committitur citius idque potest modo auctoritate sua corroborari, Menoch. in tractat. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 116. num. 14. quod confirmari videtur ex responsio Castrenf. in l. 1. in princ. ff. de furt. & est, quod furtum fit de rebus, quae sunt faciles probationis, verum cum in casu, de quo fit sermo, sit in dubio, capienda est praesumptio in meliorem partem, cap. eboe de regul. iur. nunquam. in dubio praesumitur delictum l. merito ff. pro foc. vbi habens rem comunem, & ea vitens non praesumitur vellet interuere ius alterius, sed simpliciter vi iure suo, sequitur Veronen. conf. 4. col. 3. Alexan. conf. 30. col. 1. vol. 7. Roman. conf. 113. Curt. Sen. conf. 20. colum. 17. & multa similia, & egregia cumulat Hippolyt. in l. 1. nu. 68. fol. 4. C. de iur. & in rubr. de hdeiussor. col. 9. nu. 47. vnde Alciat. de praesumptionib. regul. 3. praesumpt. 1. voluit quod actus indifferens, licet sonet in delictum, tamen praesumendus est potius bonus, & in bo-

nam partem, quam in malam, & pro hoc vide eundem Curt. in conf. 30. col. 9. vbi voluit, quod quoties ex aliquo actu possunt capi duo intellectus, & secundum vnum incidere in delictum, secundum alium vero non, capiendus est intellectus per quem non praesumitur delinquere, Alex. conf. 15. col. 2. vol. 3. facit, quod notat Bartol. in l. non solum §. fed vt probari ff. de nou. oper. nunciat. vbi si certo loco, & tempore actus potuit esse licitus, alio vero illicitus, lex praesumit gestum, in casu licito, de quo per Doctores in cap. auditis de praescript. Alex. conf. 52. in 3. vol. Felyn. in cap. in praesentia in 6. col. de probationib. facit etiam, quod notat Bald. in l. C. de seru. fugit. & ibi Iaf. in 6. col. vbi ait consilium quod potest se habere ad bonum, & ad malum, debet interpretari in meliorem partem, & eius interpretatio pertinere ad eum qui dedit, argum. Lactorum ff. de re iudic. & eo non interpretante lex ipsa interpretatur d. l. merito, sequitur Alex. vbi infert ad notabilem casum in conf. 126. in 4. vol. & facit aliae similes decisiones, de quibus per Iafin. d. l. 1. in 6. col. Felyn. in cap. exhibita, & in cap. super his in 8. col. de accusat. & in cap. nonnulli §. sunt, & alij in vers. demum de rescript.

6 In dubio enim praesumitur quilibet bonus cap. dudum de praesumpt. glof. in cap. 1. de scrutin. & l. cum pater §. rogo ff. de legat. 2. & ista est praesumptio naturae, quia naturaliter quilibet est bonus secundum glof. in l. fin. ff. quod met. caus. Iacob. de Beluis. in l. omnino, per illum text. C. de inoffic. testam. Angel. in l. sciendum in fin. C. de verbor. obligat. & doctissimus Auditor Petra in additad Gramm. decis. 18. nu. 7. In dubio enim culpa non praesumitur, Aflit. decis. 13. nu. 18. & praesumitur pro validitate factorum, Bellamer. decis. 135. vnde facies id, quod potest esse licitum, & illicitum, in dubio praesumitur scilicet licitum, Put. decis. 23. lib. 1. & quis non praesumitur voluisse facere actum frustratorium, Verall. decis. 131. par. 3. & §. 2. insinuat. quib. ex caus. manumitt. non licet.

Non obstant in contrarium allegata, quia negatur huiusmodi factum comprehendi sub diffinitione furti, cum deficiat alia requisita, & consequenter cessare debet diffinitum, argum. text. in l. omnis diffinitio, & quod ibi notatur ff. de reg. iur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quae sit poena clerici introeantis domum meretricum de iure Curia Archiepiscopalis Neapolis.
- 2 Semel de crimine conuictus non est puniendus.
- 3 Semel grassatus in via publici a gaudet immunitate Ecclesiae, reddatur ratio nu. 4.
- 5 Meretrix an possit dici mulier, quae semel fornicata fuit.
- 6 Meretrix an ex vnicuique actu meretricio possit expelli a vicinio.
- 7 Et an ex isto vnicuique actu meretricio sit subditi doni gabelles meretricum.
- 8 Et quid in taxombus.
- 9 Decisio Curia Archiepiscopalis in contrarium, reddatur ratio decisionis nu. 10.

- 11 Verba si statim sunt ad vnguem seruida.
 12 Respondetur contrarijs cum distinctione.

Edictum Curie Archiepiscopalis prohibens clericis accessum ad domos meretricum, an locum habeat in eo, qui semel, & casualiter inuentus fuerit.

DECISIO LXIII.

8. 35. ubi dicit hoc procedere etiam si negatium perspiceret, Cacherania decis. 171. Rolan. conf. 20. n. 8. lib. 4. Dec. in l. f. emancipati C. de collat. & hinc euenit quod Actore non probante reus absoluitur, l. qui accusare C. de edend. lapsum 9. iuris in decis. 236. & ideo absque dubio fuit conclusum quod solus conquefctus mulieris non sufficeret, nullus enim in proprio facto dicitur idoneus testis, nullus ff. de testib. l. in omnibus C. eod. tit. quare hæc mulier vii in proprio facto deponens, est repellenda, Rot. Bononiens. in decis. 71. Farnac. in decis. Rot. Rom. 178. Gram. in decis. 28. num. 12. Mart. in decis. Pisan. 138. & confessioni supplicantis minime statuit in eius fauorem, sed in eius præiudicium, l. cum precum ubi Bal. & Salyc. C. de liberali causa, concord. l. text. in l. si ita stipularus 4. Chriofogonus in princ. ff. de verb. oblig. l. 2. C. de insti. & substit. late Mascar. de probation. conclus. 368. Gabr. in lib. commin. conclusio. conclus. 4. de confessione, lib. 1. vt diximus in reo, qui si aliquid fateatur in suis exceptionibus statuit illi in eius præiudicium, l. t. C. de his qui potiores, & ibi notant Doct. & præcipue Bar. Roman. in conf. 70. post num. 10. Gabriel. in d. conclus. num. 13. Mascar. in citata conclus. 368. nu. 8. Cacher. in decis. 172. Affl. in decis. 150. n. 35. & seq. & hinc euenit quod testis deponens de facto suo in causa in qua habet interese non probat, d. l. nullus, & l. in omnibus de testib. Crauet. conf. 99. num. 2. Vtut. in decis. 179. Rota in nouis in decis. 51. de appellat. Farnac. de testib. q. 60. Magon. in decis. 160. & ideo licet alias testis vnus inhabilitas suppleatur ex magna habilitate alterius, fecus tamen est quando inhabilitas resultat ex interese, Soccin. in lege si quis ita num. 6. ff. de reb. dubijs, Roland. in consil. 98. numero 34. libro quarto, Bertazzol. in conf. 178. num. 16. libro secundo & hoc prouenit ex illa iuris regula scilicet iura abhorreere quem aliquid propria autoritate in sua causa in qua habet interese exercere, l. 2. C. vt nemini liceat sine iudicis autoritate, & merito ex his omnibus, & alijs 16 D. Io. Maria Nouarius consulit in quadam causa Auerfana, quod assertioni patronorum dicentium se patronos pro tribus partibus subsequuta simpliciter institutione Episcopi non sit statum, quin non reddat rescriptum Apostolicum in quo derogatur dyuidia parti patronorum subreptiuam, vt patet in eius allegationibus manuscriptis, quæ fuerunt delatæ in Curia Episcopali Auerfana.
- 17 Non obstant ea omnia in contrarium allegata, quia procedunt, quando vltra assertionem innotescit aliquod in iudicium per quos iudex poterit moueri ad ita iudicandum secundum Piet. in conf. 133. pat. prima nam alias daretur vxoribus maxima facultas, & occasio viros accusandi de tali crimine, ad effectum separationis thori, & facilis esset separandi thori modus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Capella constructio non requiritur ad acquirendum ius patronatus.
- 2 Ius patronatus ex quibus modis acquiratur.

- 3 Ius patronatus in dubio præsumitur ex fundatione
- 4 Ius patronatus dicitur probatum de iure de fundatione, neans dotatione per authentica documenta.
- 5 Dicitio (vel) est alternativa.
- 6 Limita quando ponitur inter genus, & speciem, in hoc enim casu est copulativa.
- 7 Dicitio (alias) posita per Conc. Trid. in c. 9. sess. 25. circa modum probandi ius patronatus, quid importet.
- 8 Ius patronatus sicuti ex fundatione dotationis, ita & ex constructione acquiritur.
- 9 Reconditio quando est sufficiens ad acquirendum ius patronatus.
- 10 Ius patronatus ad hoc vt ex dotatione de nouo facta acquiratur que concurrere debent.
- 11 Conc. Trid. nihil inueniunt circa modos probandi ius patronatus in personis priuatis, & particularibus, sed tantummodo in personis Magnates, communitates, & vniuersitates.
- 12 Et an inter huiusmodi personas magnates, communitates, & vniuersitates comprehendatur Capitulum Ecclesie Cathedralis ad finem, vt possit præsumi & surpato.

Constructio Capellæ an sit necessaria ad acquirendum ius patronatus.

D E C I S I O LXXII.

- 1 **F**uit decisum Capellæ constructionem non esse necessariam ad acquirendum ius patronatus, nam licet ius patronatus ex fundatione, dotatione, & constructione queratur, argumentum cap. piz mentis, cap. fringentis, cap. monasterium 16. q. 7. Bellamer. in decis. 717. Franc. Marc. in decis. 275. in decis. 1009. num. 6. in decis. 1135. num. 1. vel. 1. Verall. in decis. 135. num. 1. lib. 2. Cantuc. in decis. nouiss. Roma. 85. & in deci. 167. par. 2. vol. 1. Paleot. in decis. nouiss. Romana 388. lib. 3. vol. 3. & nouissime habetur per Concil. Triden. in sess. 14. de reform. cap. 12. & sess. 25. de reform. cap. 9. vnde ius patronatus in dubio præsumitur ex fundatione, Cassidor. in decis. fin. de iur. patron. & decisio. 4. de prob. Moedan. in decis. 5. lib. 2. Pureus in decis. 18. lib. 1. & decis. 69. lib. 2. & eod. ipso quod docetur de fundatione, & aut dotatione per authentica documenta resultat clarissima probatio secundum Gonzal. gloss. 18. num. 34. quo fat. vt satis rationabiliter censuit Conc. Trid. sufficere probati titulum iuris patronatus, modis de quibus supra, vt voluit Paris. de cõdit. benefic. q. 28. n. 21. N. h. hominis sufficit ad acquirendum huiusmodi ius, deducere vnus ex tribus, scilicet fundationem, vel dotationem, vel constructionem, vt ostendit dicitio (vel) que ponitur in medio cuius natura est aduersari, vt sufficit alteram partem verificari, l. si hæredi plures ff. de condit. instrument. Cornuc. in conf. 237. col. 1. n. 4. vol. 4. nam hoc non ponitur inter genus, & speciem, quo casu resolveretur in copulatiuam, licet ut ille ff. de leg. 3. l. quintus 9. planè ff. de iur. & argen. legat. Aikson. in l. 1. num. 8. ff. de iur. iud. omni. no. Balan. conf. 37. num. 9. lib. 5. & hinc est quod omnis dispositio loquens de fundatione, vel dotatione ex identitate rationis extenditur

ad dotationem ex Caffad. decif. 6. de iur. patron. quo fit vt verba Conc. feff. 25. c. ibi alia fua fecundum iuris difpofitionem, intelligenda funt de alijs legitimis modis probandi titulum, f. conftitutio-
 7 ne, prefcriptione, fama, &c. prout de iure comuni difponitur; nam illud verbum alias fignificat idē quod alio modo, Gonzalez in regulas cancellariae in glo. 49. poft Pute. in decif. 170. in fi. lib. 3. Barr. in l. 1. num. 12. de condic. & demonftr. Caputaquēf. in decif. 10. num. 5. par. 1. vnde fi probatur titulus conftitutionis, quamuis expreffē à Concilio non exprimat, nihilominus fufficeret, & factifacium effet illius difpofitioni. nam non minus acquiritur ius patronatus ex conftitutione, quam ex fundatione, vel dotacione, glo. in cap. piz mentis verf. efficitur autem 26. q. 7. Cafador. in decif. 6. de iure patr. Rota diuerf. in decif. 598. par. 1. Caputaquēf. in decif. 133. par. 1. cū alijs adductis per Lamber. de iure patron. lib. 1. par. 1. q. 2. ar. 1. num. 1. cum feqq. licet aliud fit in reparacione, feu reedificacione, quia tunc non acquiritur ius patronatus nifi reedificatio effet adeo neceffaria, quod ecclefia effet omnino diruta, & noua egeret consecratione, Lambert. in d. tract. de iure patronatus par. 1. lib. 1. q. 6. ar. 31. num. 11. Cur. eiusdem nominis tractatu q. 8. nu. 12. in verb. conftituit poft glo. in cap. quoniam in verb. fundationis de iure patronatus, prout fimiliter, quis qui ex dotacione de nouo facta pretendit acquirere ius patronatus, debet docere dotem primum fuiſſe reductam de eſſe ad non eſſe, Berrous conf. 4. num. 2. 6. vol. 1. Felin. in cap. venerabilis num. 37. de exceptionib. Cur. vbi ſupra q. 3. nu. 1. in verb. dotauit, & in vtroque caſu fuit decifum in vna Sarzanen. beneficij 5. Julij 1599. coram Mellino, & in Compagna iuris patronatus 23. Ianuarij 1604. coram Licita, & in Placentina parochialis vltim. Ianuar. 1593. coram Orano, & fic in terminis fequitur Paſcin. d. tract. de cō-
 11 ſuetudina benefic. q. 2. 1. nu. 240. ad fin. ex quo inferitur quod Conc. Trident. nihil innovauit, nec immutauit in d. c. 9. quoad modos probandi titulum iuris patronatus ex fundacione, dotacione, aut conſtructione in perſonis priuatis, & particulis, ſed dumtaxat quoad perſonas potentes, & magnates, communitates, & vniuerſitates, vt firmavit Rota in vna Sabinen. beneficiorum. 25. Decembris 1581. vt patet ex decif. diuerf. 199. num. 5. verſ. & quamuis verum fit par. 2. & decif. 331. num. 1. eadem par. 1. & decif. 798. ſub num. 4. verſ. non obſtat Concilium Tridentinū par. 1. vbi
 12 aetiam habetur, quod Capitulum Ecclefiae Cathedralis minime comprehenditur inter perſonas magnates, aut vniuerſitates in quibus praefumitur uſurpatio.

S Y M M A R I V M.

- 1 Facti ſpeciei.
- 2 Tortura tantē vis eſt vt in ea perſiſtens puram veritatem dixiſſe praefumat.
- 3 Homo perſiſtens in tortura melior eſt imputabitur, quā ante accuſationem reputabitur.
- 4 Indicia purgantur per torturam.
- 5 Purgatis indicij per torturam reus eſt relaxandus

- 6 Indicia grauia, & vrgentia purgantur per torturam.
- 7 Refertur decifio facta in Curia Archiepiſcopali.
- 8 Tortura purgat inditias indubitatis, & plenas probationes quoad poenam ordinariam, & ſecus quoad extraordinariam, vbi etiam quoad haec poena extraordinaria poteſt eſſe corporalis, & triremium. num. 9.

Indicia grauia, & vrgentia, an purgantur per torturam quoad poenam extraordinariam.

DECISIO LXXIII.

- 1 C Lericus quidam V.I.D. cum fuiſſet grauer inditarius de homicidio in perſonam cuiuſdam alterius ſciti, cum tortus fuiſſet, & non confeſſus, ſuit dubitatum ſi eſſet liberandus, & abſoluendus, vel aliqua poena extraordinaria puniendus, & dicebatur torturam tantē vis eſſe, vt in ea perſiſtens, & negando, vel non perſiſtens ſatendo, quidquid dixerit puram veritatem dixiſſe praefumitur, glo. in l. edictum in verb. efficacillima ſcde quaſtionibus, Boer. in d. decif. 163. nu. 12. Couarr. pract. quaſt. c. 23. nu. 5. Magon. in decif. Lucent. 53. Clar. in ſua pract. in §. 6. q. 64. verſ. ſillata vero tortura, Gram. in decif. 8. poſt nu. 1. & 9. & in decif. 96. n. 3. vbi ex hoc inferitur quod homo perſiſtens in tortura melior reputabitur, quam ante accuſationem reputabitur, ſequitur Bertaz. in conf. 150. n. 12. & in conf. 266. num. 2. quare per torturam purgata eſſe indicia, extantia contra tortum ante torturam, communiter à Doctōribus ſunt receptum, vt poſt Alberi. in Ledictum n. 2. ff. de quaſt. ſon. ſequenti ſunt Cephal. in conf. 62. l. lib. 5. Cartar. in pract. Interrog. reor. lib. 4. c. 1. nu. 13. Barbat. conf. 97. nu. 124. lib. 1. Carrer. in ſua pract. de indit. & tortur. §. viſo igitur de inditij n. 20. Cepoll. in conſil. crim. 23. nu. 18. Clar. in d. §. fin. quaſt. 64. eod. verſ. ſillata vero tortura vbi alio reſert, & propterea purgatis indicij per torturam, reum ſore relaxandum, & abſoluendum, ſcripſerunt Menoch. in tract. de praefumpt. q. 63. lib. 1. Farinac. in ſua pract. crim. q. 4. nu. 26. poſt Bar. in l. fin. in princ. ff. de quaſt. Alex. in l. vnus §. reus in verb. nec confeſſus ff. eod. l. i. d. c. in pract. crim. cap. 47. in tit. de negatione patient. in tortur. vbi quod ita ſe habeat conſuetudo Hispanic, Francic, & Mediolani poſt alios quos allegat, teſtatur Clar. in ſua pract. q. 6. verſ. forma autem, Boſſ. in tit. de ſenten. nu. 68. & 71.
 6 imò quod per torturam inditia grauia, & vrgentia purgantur, ſenſerunt Marſil. in ſingular. 261. Crauet. in conf. 178. num. 10. Arnon. in ſing. 98. Nat. in conf. 202. num. 10. Barſat. in conf. 79. nu. 25. lib. 1. Gomez. in lib. variar. reſol. to. 3. cap. 13. in rub. de tortur. cor. nu. 20. Gram. in d. decif. 8. num. 1. & 6. Boer. in citata decif. 163. nu. 12. & 17. cum alijs innumeris reſatis per Couar. in lib. pract. quaſt. cap. 3. om. 5. & per Menoch. in ſuo tract. de arbit. aud. in d. d. ad caf. 273. nu. 17.

Hic tamen non obſtantibus, quae verè de iure

iure non obftant, contrarium fuit refolutum in
 7 Curia Archiepifcopali, & dictum clericum con-
 demnauius ad relegandum per triennium, &
 moi fuimus, tum quia inditia quæ contra ipfum
 vigeabant erant vrgentia, & grauiffima, & quia
 non fuerat proprie tortus, fed tantum afflictus
 alia fpecie tormenti, vulgo *defti li fanghetti*, tum
 etiã quia fupradicta omnia procedit quoad po-
 8 nam ordinariam, & non quoad extraordinariam,
 nam & fi reus vrgentiſſimis, & indubitatè indi-
 tijs, feu plenis, & concludentibus probationibus
 conuictus in tortura perſiſſerit, non tamen
 per hoc efficitur, quin poſſit aliqua exteordi-
 naria pœna condemnari, etiam quod corpora-
 9 lis fit, puta triennium in perpetuum, vel ad tem-
 pus, vt fapies S. C. Neapolitanum ſeruafſe, re-
 fert, & teſtauit Gramen. in citata decif. ſum. prim.
 & num. 4. verſic. & aduertendum, & num. 8. & in
 fine decifionis 3. & ſuſus in voc. 1. in fi. & in decif.
 42. & in decif. 96. ſequitur Boſſ. in tit. de in-
 quiſit. num. 30. Pari. de Put. in tract. de ſindie. in
 ver. tortus cap. 10. Carrer. in pract. in 2. tract. de
 indic. & tortur. 6. viſo igitur de indic. qualiter in-
 ditia ipſa purgantur num. 31. in fin. & ſic etiam
 ſeruari per Senat. Mediolan. referit Clar. in d. q. 64
 eod. verſillata vero tortura, & verſin hoc propo-
 ſito in ſi. Carrar. de exequut. ſene. cap. banno in
 cap. 2. num. 62. & latius num. 65. per tot. vbi lo-
 quitur non ſolum in eo qui conuictus eſt ex plen-
 nis probationibus, ſed etiam in grauato vrgentiſ-
 ſimis præſumptionibus, & cometur, prout etiã
 loquitur Gramen. in citata decif. ſum. 8. & ibi
 Addat. Auditor. Petra.

S V M M A R I V M.

- 1 *Faſti ſpecies.*
- 2 *Reſertur cauſa finalis Bullæ Pij Quinti ſi de prote-
gendis.*
- 3 *Vbi malita eadem ratio, idem ius eſt ſtatuendum.*
- 4 *Conſtitutio facta ad euitandas fraudes, concernit pu-
blicam vtilitatem.*
- 5 *Odium ſauore publicæ vtilitatis debet ampliari.*
- 6 *Argumentum à tubricis valet.*
- 7 *Reſertur decifio Curia Archiepifcopalis in hoc ar-
ticulo.*
- 8 *In pœnali, & ardua materia non eſt facienda ex-
tenſio.*
- 9 *Qui videtur habere voluntatem, prout verba ſonant.*
- 10 *A verbis contractus non eſt recedendum.*

Offendens eos, qui non ſunt comprehenſi
 verbis extrauagantis ſi de protegendis,
 an dicatur impeditor ſancti officij.

DECISIO LXXIV.

1 **E**X pluribus videbatur dicendum mulierem
 quãdam, quæ percufferat clericum, qui
 indicauerat curioſi ſancti officij, vbi nam
 eſſet eius mater, alias de hæreticalibus ſuſperſi-
 2 tionibus inquiſita, in pœnam bullæ Pij Quinti
 incidit, & primo, quia dicitur & Conſtitutionis

cauſa finalis colligitur ex ſiis verbis in principio
 argum. text. in l. in. ff. de hæred. inſtituend. Ne
 ſcilicet cauſa ſancti officij ij impediatur, ex quo-
 rum verborum generalitate, videbatur quoq. in-
 cluſam fuiſſe diclam mulierem, cum in ea vigeat
 3 eadem rationis diſpoſitio, Argo item ius venit
 ſeruendum l. illud ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. ſin.
 num. 13. ff. de iuriſd. omnia iud. plenè Salic. in l. 2.
 n. 1. C. de noxal. actio. Secundo, quod cum præ-
 dicta Conſtitutio fuerit condita ad euitandas frau-
 4 des, & impedimenta, vtiq. concernit publicam
 vtilitatem, Afflicti in decif. 61. & in conſtit. Re-
 gni in locis demanij num. 15. circa fin. Maria in
 decif. 186. poſt Inſ. in l. ius publicum in princip. ff.
 de pact. ergo latè eſt interpretanda, & ſic venit
 extendenda etiam ad præſatam mulierem, ex his
 5 quæ tradit per Bar. in l. 2. §. exercitum ff. de his qui
 notantur in familia, Bald. in l. ſiſius famul. ff. de his
 qui ſunt ſui, vel alieni iuris, vbi inquit, quod odii
 ſauore publicæ vtilitatis debet ampliari, l. quædam
 modum. C. de agric. & cenſ. lib. 32. l. vltima. C. de
 publica vtilitate, late Doctores in rubr. ff. ſolu-
 matrium. Caſtrenſin. conſ. 2, vbi allegat. text. in l.
 1. §. C. de caduc. toll. Decim. cõf. 660. n. 6. & 661.
 nu. 3. vbi ait, quod procedit etiam in penalibus, &
 6 in correctorijs in quibus facienda eſt exteſio, nec
 tunc dicitur fieri exteſio iuris, ſed termino-
 rum, ſecundum Salic. in d. l. 2. num. 22. Ter-
 tio, quia tubrica euſdem Conſtitutionis eſt de
 non impediendo cauſas ſancti officij, ergo loquitur
 in genere, ſed militat eadem ratio in dicta
 7 muliere, ergo idem ius eſt aſſerendum, valet enim
 argumentum à tubricis l. imperatores ff. de in-
 ſtit. aduocato glo. in cap. 1. & cap. ab arbitris. de
 offic. deleg. in ſexto, & Corn. in conſ. 38. vol. 4.

Verum ſupradictis non obſtantibus contra-
 rium iudicauit Curia Archiepifcopalis deciden-
 do dictam mulierem minime inciditſe in pœnam
 præſatæ Bullæ, & hoc decifio ſua fundata ex eo
 quia puer ille non erat accuſator, teſtis, denun-
 8 ciator, nec miſter ſancti officij, & conſequen-
 ter in tam pœnali, & ardua materia non eſt faci-
 endam extenſionem in verbis bullæ in quibus
 non eſt recedendum, argum. text. in l. non alicui
 9 ff. de leg. 3. Summus Pontifex enim videtur habere
 voluntatem prout, & verba ſonant, l. habeo §.
 Tubero ff. de ſuppelle. quib. l. gata. nepos proculo
 ff. de verb. ſignif. ſicuti etiam ob eamdem ratio-
 10 nem à verbis contractus non eſt recedendum, l.
 ſi quis ſtipulatus ff. de verbor. oblig. l. ſideruſſo-
 res magiſtratum ff. de ſiſciſſi.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quietatione, debitor à creditore liberatur: declaratur
num. 16.*
- 2 *Pactio tollitur actio creditoris contra debitorem.*
- 3 *Novatione tollitur promiſſio legato.*
- 4 *Novatio etiam per extituras inducitur non ob-
ſtante l. in. C. de nouat. modo ſim. vrgentiſſima. C.
nu. 5. quod clar. citatur in. 19.*
- 5 *Comectur vrgentiſſima ad inducendam novationem.*
- 6 *Delegatio ſolum obligatorem.
Delegare eſt ſoluer.*
- 7 *Delegatio etiam fit numer.*

cularis, muliebria passus, si poena á laicali foro afficeretur, vt ignis lardi gutris cruciaretur, licet deinde fuerit condemnata illa in exilium commutata, qua de causa fe Religioni addixit, durante etiam anno nouitiatus cum litteris dimissoris sui Superioris, á quodam Episcopo fuerit ordinatus ad primam tonsuram, atq; omnes quatuor minores ordines ipsomet die; postmodum verò egrediens ex Monasterio ad titulum duorum beneficiorum, satis tenuium ad Subdiaconatus ordinem, fuit promotus, esset irregularis, & pro resolutione censuum talem adolescentem, siue iuuenem taliter ordinatum, esse suspensum, & irregularem ex duabus causis. Primò, quia illud crimen perpetraverat, & decretum condemnatorium super tali crimine fuerat prolatum, tàm etiam prout receptionem primæ tonsuræ, & quatuor ordines minorum ad Episcopo eodem die sibi collatorum, & ad titulum beneficiorum pro eius victu insufficientium, & talem Episcopum, qui illum ad ordines predictos promoveret esse coguendum, prout fertur fuisse responsum à Sacra Congregatione; vnde ex resolutione predicta colligitur, quod quamvis ordinaria criminis poena pro crimine predicto non irrogetur, sed mitior, adhuc talis sit prohibito ordinis suscipere, ex quo criminis infamia sedatur, & si ordinetur in suspensionem incidet, atque si deinceps ministret irregularitatem incurret.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti species.
- 2 Mercator suspectus de fuga, sufficit quod caueat de iudicio sibi redditor ratio nu. 3.
- 4 Text. in §. sed hodie in influm. de satisfat. quomodo intelligatur per Arcum.
- 5 Decis. Cur. Archiepiscopi. quod scilicet talis mercator de fuga suspectus debeat cauere de iudicio sibi, & de iudicio solvendo ad iudicium pro hac opinione dicit Sac. Conf. Respon. decisioes nu. 6.
- 7 Debitum debet esse liquidum, ut prout decisiones procedant.
- 8 Respondetur contrariis.

Captus ob suspicionem fugæ, an debeat relaxari sub fideiussione de iudicio sibi tantum, vel etiam de iudicato solvendo.

DECISIO LXI.

1 **S**ebastianus Cacacius mercator literarum, cambij, clericus effectus post decoctionem, cum fuisset captus per Curiam Archiepiscopalem ob suspicionem fugæ ad instantiam Reverendissimi Domini Episcopi Nicastrensis, & tractaretur de exarceratione eiusdem Sebastiani sub iudicatum, an effect relaxandus cum fideiussione de iudicio sibi tantum, an etiam de iudicato solvendo, & dicebatur sufficere illam de stando iuri, cum simus enim inter mercatores non curatur de apicibus iuris l. i. vbi Bald. ff. de constitur. pecun. & inter eos pactum nudum obli-

gat fecus stipulatio, Bart. in l. Quintus ff. mandat. Bald. in l. si pro ea C. mandat. Alex. in conf. 12. nu. 3. & 4. vol. 6. Decius in conf. 82. nu. 15. vol. 1. Afflic. dec. 109. num. 3. & in proprijs terminis sic sequitur Bald. & serè omnes Doctores tenent in l. cum proponas C. de bon. author. iudic. possidend. quod relaxandus est, si caueat de iudicio sibi tantum, licet non de iudicato solvendo, vt etiam voluit Alexand. in l. neque impubeses §. qui in ius ff. de in ius vocand. & pro hac sententia facit text. in institutionib. §. sed hodie, & ibi Aretin. de satisfat. vbi habetur neminem contentum suo nomine teneri ad cautionem de iudicato solvendo, nisi sit forensis, vt ipsimet Aretin. ibi limitat, & quando est res mobilis, qui tunc debet sequestrari, vel cauere, sequitur Ias. in l. Iulianus in fin. ff. qui satisf. cogant.

His tamen in nihil obstantibus contrarium iudicauimus in dicta Curia Archiepiscopali, vt scilicet debeat fideiubere de iudicio sibi, & de iudicato solvendo, vt in proprijs terminis docuit Castrensis in d. neque impubeses §. qui in ius ff. de in ius voc. vbi etiam Bart. Corta in lib. memorabil. in verb. debitor, & in verb. fideiussor de iudicio sibi, Caccia Lup. in suo tract. de debitor. suspect. & fugitiv. quaest. 9. Afflic. in dec. 170. nu. 4. vbi sic in Sac. Reg. Cof. fuisse iudicatum referit, vt etiam iuxta hanc eandem sententiam in anno 1540. fuisse decisum in eodem Sac. Reg. Conf. n. statum Vrslin. in addit. ad dictam dec. Afflic. t. 70. nu. 3. in fin. vbi nu. 4. inquit, quod suspectus de fuga potest capi, nisi caueat, vt sup. quod est intelligendum quando noua causa suspitionis superuenit post contractum, nam tunc capta informatione saltem per duos testes parte non citata de mutatione personæ, & de suspitione fugæ, potest quis capi quando debitor fuisse liquidum, fecus si tempore contractus iniit fuisse debitor suspectus, & non idoneus, nam tunc non potest capi, neque teneri cauere, prout declarat Aretin. post Ias. in ius. in ius. de action. in princ. nu. 20. Doctores in l. si ab arbitro ff. qui satisf. cogant. latè Decius in conf. 71.

Non obstant Doctores in contrarium adducti, qui tenent, quod relaxandus est, si caueat de iudicio sibi tantum; nam respondeo, quod licet eorum opinio bene possit procedere, tamen in prædicta non feruatur, vt referat Apos. ad Alex. in d. neque impubeses §. qui in ius in litera h. ff. de in ius vocand. quam referit, & sequitur Caraut. in addit. ad citat. dec. Afflic. t. 70. in princ.

S V M M A R I V M.

- 1 Fortum quid sit.
- 2 Fortum est difficultatis probationis.
- 3 Presumptio de lecti nunquam capi debet.
- 4 Actus si certo loco, vel tempore potest esse licitus, alio verò illicitus, præsumitur gestus in casu licito.
- 5 Consilium quod se haberes ad bonum, & ad malum, debet interpretari in meliorem partem.
- 6 Bonus quislibet presumitur.
- 7 Culpa in dubio non presumitur.
- 8 Actum quando potest esse licitum, & illicitum, in dubio presumitur factum esse licitè.

9 *Actum frustratorium non presumitur, quem voluisse facere.*

Bona in custodiam alicui tradita, an si per eumdem alibi contrafacta reperiantur furtum presumatur.

DECISIO LXII.

Quidam discessurus ab hac Ciuitate Neapolis tradidit in custodiam eius domum cum omnibus eius mobilibus ibi existentibus cuidam clerico eius amico, cumque reuersus inuenisset aliqua ex illis bonis alio transportata, quaerelauit dictum clericum de furtis quare sicut dubitatum, an illa contrafectione presumatur furtum, & dicebatur hunc casum decidi posse ex diffinitione furti, quae est contrafactio rei alienae inuito domino l. i. ff. de furt. §. 1. Insitut. de oblig. quae ex delicti. nascunt.

Ceterum Curia Archiepiscopalis iudicium contrarium absoluendo conuenit in praedicta actione furti: Furtum enim esse difficilis probationis, tradiderunt Curt. in l. in actionibus super §. plane in fin. ff. de in litem iurand. cuius pronuntiatum ab omnibus communiter esse probatum, testatur Ruyn. conf. 129. Bart. in l. si quando post nu. 4. C. vnde vi. & Iaf. in l. Praetor ait nu. 23. & sequ. ff. de edend. Crauet. in conf. 178. vno processu nobilis nu. 7. Grammat. conf. 1. nu. 10. & in conf. 17. nu. 6. idem voluit Lap. allegat. 94. nu. 4. ibi diffinitur esse probare res ablatas, quibus accedit Grat. in conf. 94. num. 12. verb. & bene facit lib. 2. hoc idem confirmauit Paris. conf. 75. num. 16. verum iocosa est causa cum sequ. nu. vol. 1. & ante eum iussit Abb. in cap. super eo num. 9. de his, quae vi met. caus. sunt, idem clarius explicauit Grammat. conf. 42. nu. 1. 3. verus sed vbi tractatur, & in conf. 17. nu. 3. quod etiam placuit Alex. in conf. 183. in causa, & lite inter Tadzam y xorem num. 14. verb. dicit Bal. l. vol. 6. & in conf. 24. nu. 6. verus ad quod ostendendum vol. 2. & sentit Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 65. circa principium, ac Marsil. in pract. §. principium post a. 1. 1. nam furtum committitur etiam, idque possit modo auctoritate sua corroborari, Menoch. in tractat. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 3. casu 116. num. 1. 3. quod confirmari videtur ex responso Castren. in l. i. in prime. ff. de furt. & est, quod furtum sit de rebus, quae sunt facili probationis, verum cum in casu, de quo sit sermo, simus in dubio, capiendi est praesumptio in meliorem partem, capite effloxe de regul. iur. nunquam. in dubio praesumitur delictum l. merito ff. pro soc. vbi habens rem comunem, & ea vrens non praesumitur velle intrucere eius alterius, sed simpliciter vii iure suo, sequitur Veronens. conf. 4. col. 3. Alexand. conf. 30. col. 1. vol. 7. Rom. conf. 113. Curt. Sen. conf. 20. colum. 17. & multa similia, & egregia cumulat Hippolyt. in l. i. nu. 68. fol. 4. C. de licar. & in rubr. de hdeiussor. col. 9. nu. 47. vnde Alciat. de praesumptionib. regul. 3. praesumpt. 1. voluit quod actus in d. ferens, licet non sit in delictum, tamen praesumendus est potius bonus, & in bo-

nam partem, quam in malam, & pro hoc vide eundem Curt. in conf. 30. col. 9. vbi voluit, quod quoties ex aliquo actu possunt capi duo intellectus, & secundum vnum incidere in delictum, & secundum alium vero non, capiendus est intellectus per quem non praesumitur delinquere, Alex. conf. 15. col. 2. vol. 3. facit, quod notat Bartol. in l. non solum §. sed vt probari ff. de nou. oper. num. 1. vbi si certo loco, & tempore actus potuit esse licitus, alio vero illicitus, lex praesumit gestum in casu licito, de quo per Doctores in cap. auditus de prescript. Alex. conf. 32. in 3. vol. Felyn. in cap. in praesentia in 6. col. de probationib. facit etiam, quod notat Bald. in l. C. de seru. fugit. & ibi Iaf. in 6. col. vbi ait consilium quod potest se habere ad bonum, & ad malum, debet interpretari in meliorem partem, & eius interpretatio pertinet ad eum qui dedit, argum. l. actorum ff. de re iudic. & eo non interpretante lex ipsa interpretatur d. l. merito, sequitur Alex. vbi insert ad notabilem casum in conf. 126. in 4. vol. & facit aliz similes decisiones, de quibus per Iaf. in d. l. 1. in 6. col. Felyn. in cap. exhibita, & in cap. super his in 8. col. de accusat. & in cap. nonnulli §. sunt, & alij in vers. demum de rescript.

6 In dubio enim praesumitur quilibet bonus cap. dudum de praesumpt. glof. in cap. 1. de scrutin. & l. cum pater §. rogo ff. de legat. 2. & ista est praesumptio naturae, quia naturaliter quilibet est bonus secundum glof. in l. fin. ff. quod met. caus. Jacob. de Beluif. in l. omnino, pro illum test. C. de inoffic. testam. Angel. in l. sciendum in fin. ff. de verbor. obligat. & doctissimus Auditor Petra in addit. ad Grammat. decif. 18. nu. 7. In dubio enim culpa non praesumitur, Assuet. decif. 13. nu. 18. & praesumitur pro validitate factorum, Bellamer. decif. 137. vnde facies id, quod potest esse licitum, & illicitum, in dubio praesumitur scilicet licitum, Put. decif. 23. lib. 1. & quis non praesumitur voluisse facere actum frustratorium, Verall. decif. 131. par. 3. & §. 2. insitut. quib. ex casu. manumit. non licet.

Non obstant in contrarium allegata, quia negatur huiusmodi factum comprehendi sub diffinitione furti, cum deficiant alia requisita, & consequenter cessare debet diffinitum, argum. text. in l. omnis diffinitio, & quod ibi notatur ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

- 1 *Quae sit poena clerici introeuntis domum meretricum de iure Curiae Archiepiscopalis Neapolitanae.*
- 2 *Semel de crimine conuictus non est puniendus.*
- 3 *Semel grassatus in via publici a gaudet immunitate Ecclesiae, red datur ratio in 4.*
- 4 *Meretrix an postea dies mader, quae semel fornicata fuit.*
- 5 *Meretrix an ex unico actu meretricio postea expellitur a vicinio.*
- 6 *Et an ex isto unico actu meretricio sit subdita domino gabella meretricum.*
- 7 *Et quid in lanombus.*
- 8 *Decisio Curiae Archiepiscopalis in contrarium, red datur ratio decisionis nu. 10.*

11 Verba sunt ad unguem seruida.

12 Respondetur contrariis cum distinctione.

Edictum Curie Archiepiscopalis prohibens clericis accessum ad domos meretricum, an locum habeat in eo, qui semel, & casualiter inueatus fuerit.

DECISIO LXIII.

- E**dicto Curie Archiepiscopalis cautetur, ne clerici accedant ad domum meretricum, sub poena mensium sex carceris, quare cum fuissent duo clerici reperti in domo cuiusdam meretricis, casti & semel tantum fuit dubitatum, an supradicti clerici venirent prena prefati Edicti puniendi, & vnus ex dominis dicebat minime dictam poenam infligendam, cum de iure parcendum sit ei, qui semel crimen commisit i, argum. text. in l. solent, vbi Bald. & reliqui communiter ff. de penis, hinc est, quod licet grassator viarii non gaudeat immunitate Ecclesie cap. inter alia de immunitate Ecclesie, Ambrosini, eiusdem nominis tractatu q. 1. & Mar. Italia q. 9. & extat Bulla Gregorij XIII. tamen grassator, qui semel in strata publica, vel in sylua furatus fuit, & aufugit ad Ecclesiam, à qua violenter extrahitur, gaudet immunitate Ecclesie, ita punctualiter decidit Peguer. in decis. Catalon. 40. cuius ratio est, quia non dicitur talis, nisi pluries id patravisset secundum Capollan. in ant. sed nouo iure nu. 106. C. de seru. fugit. in intelligens text. in l. capitulum §. famulos ff. de penis, & quod requiratur frequentia, & consuetudo delinquendi, tenet Fulg. in conf. 57. num. 3. in hac eandem inclinant sententiam, Decian. in tract. crim. lib. 6. nu. 2. Remig. de immunitate Ecclesie regul. 2. salent. 3. Jul. Clar. q. 30. vers. quia ro numquid, Oldrad. in conf. 154. & Peguer. citat. decis. 40. supradictis addebatur, adeo veram esse iuris consuetudinem, vt ad poenam infligendam requiratur frequentia delinquendi, ita vt vnicus actus minime sufficiat, vnde meretrix non dicitur, nisi que plures admittit, vt est text. in cap. vidua 34. dist. 1. vbi Archidiacon. ac Præposit. & Turresemat. dicunt illud verbum, plures, intelligi secundum subiectam materiam, & Soccin. in conf. 54. col. 3. vol. 3. dicit ad minus esse debere tres, sequitur Peguer. in decis. 12. super quo est videnda pulchra distinctio, Ripæ in cap. t. col. pen. vers. item nota, extra de iudicijs, nec ex vno actu meretricio possit quis puniri, Rubin. in decis. 91. & consequenter expelli de vicinia honesta, ad tradita per Doctores communiter in l. cunctos populos C. de summa. Trinit. & fide cathol. & Capyc. in decis. 44. & consequenter vtiles Dominus gabellæ meretricum Ciuitatis Neapolis, qui ex priuilegio iurisdictionem obtinet in meretricis, & Lenones, non habebit talem iurisdictionem in illas mul. res, & Lenones, qui vnicum actum supradictorum perpetrarunt, vt notat de Franch. in decis. 68. nec talis, quæ vnicum actum turpem admittit potest in honesta persona nuncupari, vt per Fabr. in §. foror de iustice, te-

st. in. in iur. quem refert, & pro singulari sequitur Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 328. num. 14. Anna singul. 338. & Carroc. in decis. 128.

- Ceterum supradictis minime suffragantibus
- 9 Curia Archiepiscopalis censuræ contrarium, ex quo condemnauit per statos clericos ad poenam.
- 10 Edicti, cuius decisionis ratio fuit, quia per supradictum Edictum sancitur, esse puniendum solum accessum, & propterea cum in verbis legis, non est ambiguitas, non est de mente eius disputandum, argum. text. in l. illud ff. de legat. 3. & à verborum significatione non esse recedendum, dixit text. in l. non aliter ff. eodem, de qua conclusione latè per Fabr. in decis. 13. de verbor. signifi. sic. Verba enim statuti sunt ad unguem seruanda l. t. §. is qui nauem ff. de excratoria actione, nec in eis locum habet argumentum à contrario sensu, vt per Bartol. in l. cunctos populos C. de summa. Trinit. & fide. cathol.
- Nun obstant contraria, nam pro responsione
- 12 dico, quod nomen sonantium in delictum, quiddam denominatur ab actu, & tunc sufficit vnicus actus, vt hic, quædam denominantur ab effectu resultantem ex actu, & tunc requiruntur pluralitas actuum, vt in contrariis, & voluit Ripa in citat. cap. 1. de iudicijs.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Facti species.*
- 2 *Citatio in qualibet negotio, & causa requiritur.*
- 3 *Citatio requiritur in notorijs.*
- 4 *In sententijs procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore requiritur citatio.*
- 5 *In causis summarijs requiritur partis citatio.*
- 6 *Citatio requiritur, etiam si statum dixerit, quod sententia proferri possit absque partis citatione.*
- 7 *Requiritur citatio in ludo proferendo per Arbitros.*
- 8 *Citatio requiritur quando tractat de eiecendo aliquo iniusto detentore.*
- 9 *In prorogatione compromissi requiritur citatio.*
- 10 *Citatio non est de substantia in recognitione manus litterarum cambi, & sic fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*

An in recognitione manus litterarum cambi, exigatur partis citatio.

DECISIO LXIV.

- I**nter alios iuris articulos, qui considerati fuerunt in causa Episcopi Nicostrensis, & Sebastiani Cacacis campuris litterarum cambi, vnus fuit, si recognoscitur manus eiusdem Sebastiani acceptationis litterarum, facta ipso inauditato de iure subsistat, & dicebam negatiuè, ex eo
- 2 quod citatio in quolibet negotio, & causa requiritur l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. nam iudic. diuis ff. de adop. l. si quædo C. de testib. cap. cum olim de testib. clement. pastoralis de re iudic. C. uale. in decis. t. nu. 30. Franc. Marc. in decis. 393. nu. 4. vol. 1. & idco etiam in notorijs requiritur,

- 3 vt ex glofa in capitulo com dilectis filijs in verbo indicanda de purgat. canonica, Bellon. in. d. decifione Genue 104. numero decimo, Gabriel. in libro commun. opinion. conclufione fecunda, de citationibus, & eft de fubftantia etiam.
- 4 In fententijs procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore, Boer. in decifione 247. numero fexto cum fequent. Grammaticus in. decifione 105. numero quarto, Marfilius in. fingular. 75. Decius in confilio 603. Alexand. confilio 87. poft glofam, Bald. & Caftrif. in lege finali C. de legibus, vt dicimus, quod requiritur etiam in caulis fummarijs, in quibus proceditur omiffo iuris ordine, & fine iudicij figura.
- 5 Capicij in decifione prima numero 35. & 36. Cacheran. in decifione feptuagesima nona fub numero feptimo, Cartar. in decifione vigefima prima numero 34. & 36. Graianus in decifione 131. numero fecundo, & quarto, Milanenf. in decifione vigefima prima, numero decimoquarto libro primo; imò requiritur partis citatio etiam fi ftatutum diceret quod fententia proferri poffit abfque partium citatione, vt per Bald. in lege prima colum. 2. C. quomodo, & quando Index, Felin. in capitulo ex parte, il fecundo, numero quinto de offic. delegat. Marfilius in fingulari 75. Soccin. in confilio 164. columna fexta verficulo contrarium, & idem eft in laudo proferendo per arbitros, in quo citatio eft de fubftantia iudicij, lege diem proferre.
- 6 si quis litigatorum ff. de arbitris, Menoch. in confilio 554. in fine volumine fexto, Innocent. in capitulo ex parte de arbitris, Borrellus de compromiffis §. tertio glofa quarta numero 62. Portius in libro commun. opinion. concluf. 33.
- 7 imò requiritur citatio quoties agitur de eijciedo aliquo etiam iniufto detentore à poffeffione, Innocent. in capitulo inter, de maioritat. & obedient. Parif. in confilio trigefimo primo, numero vigefimo nono volumine quarto, Marfil. in. lege de vnoquoque ff. de re iudicata, Crauet. in confilio 172. numero decimo in fine, Rota in. decifione quinta de reftitution. fpoſit. in antiq. Magon. in decifione 120. numero octauo, Jofred. Lanfranc. Balb. in decifione ducentefima quadragefima quinta, & fecundum Boerium in. decifione ducentefima octuagesima tertia.
- 8 requiritur citatio etiam in prorogatione compromiffi, alias prorogatio nulla eſt, vt etiam fuisse decifum per Sac. Conf. Neapolitanum teſtatur Capicij. in decifione nonagesima tertia numero quinto, & fequitur Bald. in lege eos §. Apoftolos C. de appellat. Decius in confilio trigefimo nono, & confilio 632. numero decimo quarto, Vant. de nullitate ex defectu citationis num. 10. in fn.
- 9 Ceterum relatis non obſtantibus contrarium fuit reſolutum in Curia Archiepifcopali, vt ſcilicet quod in recognitione manus litterarum cambij, partis citatio non exigatur, ex eo, quod iudicium litterarum cambij eſt ſummariſſimum, & paratam habet executionem, iuxta tradita per Maſtrillum in decifione Sicil. octaua, parte prima, & alios quos probat de Franchis in decifione tricentefima nona, & An-

na in allegation. octuagesima nona alias iudicium eſſicetur plenarium, quod de iure ſubſiſtere non poteſt, nam daretur occaſio dilatandi ſolutionem debiti, maxime quia appareret dictum Sebaſtianum hac omnia deducere in iudicium ad eſſectum dilatanda ſolutionem predictam.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti ſpecies.
- 2 Interdictum, vt obliges debet iniurari parti, & publicari.
- 3 Interdictum emanatum contra fingulares perſonas ipſis eſt intimandum, & quid ſi non comparent num. 4.
- 4 Ignorantia non preſumitur niſi ſufficienter probetur.
- 5 Epifcopi ſuffraganei tenentur ſeruare interdictum Matricis.
- 6 Interdictum quando fertur in Ciuitatem, aut Oppidum, vel Vniuerſitatem, publicatio ſententia nec eſt facienda ſingulis, ſed ſufficit quod fiat in locis conſueſit iudiciorum.
- 7 Deſcriptio cauſe.

Interdictum in quo loco debet affigi, vt liget contraueniens.

DECISIO LXV.

FVIT ordine Illuſtriſſimi Domini mandatum, quod interdiceretur Eccleſia cuiuſdam Oppidi Diocceſis Neapolitanae, ſi quibuſdam decretis Sae Dominat. Illuſtriſſimae pariter non fuiſſet, & cum ſcriptura ſupradicti interdicti fuiſſet preſentata Parocho dictae Eccleſiae, ad ſui deſenſionem excuſationem allegabat, ſe illam minime legiſſe, & cum etiam dicta ſcriptura fuiſſet affixa Eccleſiae Matrici dicti Oppidi à Preſbyteri, & Patrobus Diuina officia poſtea celebrarunt, vnde captes per Curiam Archiepifcopalem informantibus, ſuadubitarum qua poena venient puniendi, & an eſſent declarandi irregulares, & dicebatur quod contraueniendi non dicuntur interdicti illi qui agunt contra Canonem qui inligit poenam interdicti, nec etiam ſi eadem Epifcopi, vel Papae confirmat, quod contraueniens ipſo facto ſunt interdicti, non ex hoc ſolo, quod contraueniens, ob id ſunt interdicti, nec ſunt irregulares, nam & ſi peccent non obediendo, tamen interdictum non ſum habebit locum, niſi cum denunciatum fuerit, idem

E
quan.

quando post inobedientiam superior declaraverit interdictum, & affigi iusserit, & re vera fuerit affixum, & ante hanc affixionem celebrantes diuini, nullam incurrunnt irregularitatem etiam si edictum contineret quod ipso iure censerentur interdicti, vno casu excepto. scilicet iniiciendo violentas manus in clericum, ex Concl. Constantienf. in extrauagan. ad emittenda scandala, quam refert Sanctus Antonin. tertia parte titulo 26. capit. vltim. & Syluest. verb. excommunicatio §. versic. sciendum, & Armill. verb. interdictum numero vigesimo primo, & triplesimonono, imò secundum solum ex Syyr. in Theodoro casuum conscientie libro quinto cap. duodecimo numero vigesimo nono, interdictum vt obliget intimandum est parti, & publicandum, quod si interdictum sit contra singularem personam, communiter intimanda est sententia ipsi personae, quod si persona non comparet satis est, vel in iudicio publicari, vel in ecclesia, vel ad fores domus ipsius interdicti pro consuetudine iudiciorum, postquam post publicationem communiter non datur in foro exteriori allegatio ignorantiae, nisi sufficienter probetur, licet non sit necessarium omnium auribus intimare, sufficit enim, vt dixi, publicatio in loco publico, capit. quod dicitis 26. distinct. quo fit, vt si Metropolis, & tota prouincia fuerit interdicta, publicatio facta in Metropoli sufficit, quae si interdicta pareat, omnes aliae prouinciales non possunt excusari, quod in ipsarum locis denunciatio facta non fuerit, capitulo primo de postul. praelat. Armill. in verb. interdictum numero vigesimo nono, Abb. in capitulo ad huc de postul. prael. vbi ait, quod Episcopi suffraganei tenentur seruare interdictum Matricis, quauis de sententia interdicti non habeant plenam probationem, hinc Syyr. loc. o citato numero tertio vterque his verbis: Sin vero interdictum feratur in ciuitatem, vel in oppidum, vel vniuersitatem publicatio sententiae non est facienda singulis, sed satis est fieri in locis consueti iudiciorum, ex Sancto Antonin. tertia parte capitulo quinto in princip. & Tabien. in verbo interdictum §. 1. num. 2. & Vnuad. in tit. de interdicto num. 287. & num. 288. & Toler. lib. 1. cap. 29. qui ait satis esse intimare ecclesiae matri, argum. cap. 1. de postul. praelat.

Verum cum fuisset allegata ignorantia praefati interdicti per supradictos presbyteros, fuerunt excusati ab incurfu irregularitatis, per text. in capit. apostolicae, & capit. si celebrat de cleric. excommunic. ministran. quia ignorantiam apparebat fuisse probabilem iunct. text. in capit. vt animarum de constit. in sexto, & capit. secundo de tempor. ordinat. eodem libro, maxime cum post habitam notitiam interdicti cessauerint ab omnibus diuinis, ex quo arguitur ignorantia de praehicto interdicto, quo fit vt supra dixi, vt excusentur à peccato, in foro interiori ab irregularitate, & alijs penis.

- 1 Separatio thori fit ex adulterio per alterum ex coniugibus consensu.
- 2 Adulterium minus compensatione tollitur.
- 3 Separatio thori fit per attentatum in uxorem vitium sodomiticum.
- Et etiam si id ipsum propter uxorem cum alijs crimine vitio commiserit ibidem.
- 4 Separatio thori fit ob seuitas illatas à marito coniugi.
- Eademq. licita est, & iusta causa separationis lecti conjugalis.
- 5 Et separatio huiusmodi fit etiam si mulier dederit causam, & in tale odium sua culpa incidit.
- 6 Thori separatio fit etiam ob furorem incompatibilem.
- 7 Thori separatio conceditur ob malitiam impediens copulam.
- 8 Separatio thori conceditur, quando os male olet, & refertur decisio Curiae Archiepiscopalis.
- 9 Sponsalia dissoluantur ob notabilem deformitatem.
- 10 In dubio iudicandum est pro matrimonio.

Separatio thori, an concedatur si os male olet, ita quod arte Medica curari non possit.

DECISIO LXVI.

Thori separatio, quod inhabitationem, non quo ad vinculum, varijs, innumerisque causis in iure conceditur, vna est adulterium commissum per uxorem quo probato vir petere poterit thori separationem, & eam obtinere, ex text. capitulo ex litteris de diuort. capit. plerumque de donation. inter vitum, & uxorem, & sic versa vice per adulterium à viro commissum, vxor petere possit thori separationem, per text. in capitulo finali de conuers. coniug. capit. tuz de procurat. vbi Abbas num. 7. quod adulterij delictum motua compensatione tollitur, capit. finali de adulter. Abb. in capit. discretionem de eo qui cogn. confangum. vxor. suz numero quinto, item.

fit separatio thori, quando vir uxorem tentat de crimine pessimo, capitulo omnes curatores 32. quaestio. 7. Cauale. in decis. 286. Francisc. Marc. indecisi. 739. parte secunda, Lanfranc. in decision. 71. etiam si vir delictum hoc cum alijs vitra commiserit, Abb. in cap. maritus de adulter. numer. final. Scul. in consil. 64. num. 2. volum. 1. in super separantur coniuges ad inuicem ob seuitas viri, capit. ex transmissa, capit. litteras §. finali de restitut. spoliat. capit. 1. vt lite non contestata §. minores in authen. de nupt. Farinac. in decision. 278. Seraphim. in decisione 226. Timianus in decisione 45. parte prima, Cauale. in decisione 28. Theffaur. in decis. 130. Francisc. Marc. in decisione 738. parte secunda, & hanc esse iustam, & legitimam causam, scripserunt Monald. consilio decimoterno volum. 1. Riminal. lun. consilium 174. numero 13.

- 5 Mantua. confil. 64. num. 19. volum. 1. & feperatio huiusmodi fit etiam fi mulier dederit caufam, & in tale odium ob fui culpam incidit, glofa in capitulo de benedicto 33. quæftion. 1. Abbas in capitulo litteras numero vigefimoterzio de reftitutione. fpoftior. Parif. confil. 4. volumine quarto numero decimo tertio, Triuifan.
- 6 in dicta decifione quadragefima quinta, vterius conceditur thori feperatio ob furorem incompartibilem, Soccin. in confilio 186. in fine. Item
- 7 ob maleficiũ impediens copulam coniugalem poft orationes, confeffiones, ac alia fpiritualia præfida adhibita, vt tollatur debilitas genitalis, ac remoueantur fascinaciones, & incantaciones, capitulo fi per fortarias 32. quæftione prima: imò fi maleficiũ fit perpetuum, & ab initio fuit decepta ecclefa, fit totalis feperatio iudicio ipfius ecclefe, Francifc. Marc. in decifione 177. numero decimo quarto parte 2. feconda, Cappella Tholofana in decifione 380. capitulo primo cum fequent. de frigulis, & maleficijs, capitulo porro de diuortijs, Rota Maeceratenf. in decifione trigefima quinta, & Ego ipfe in mea praxi in decifione 136. vbi alias caufas recenfeo.

Dubitatum tamen fuit in Curia Archiepifcopali, fi fit concedenda feperatio thori quoties os male oleat: ita quod arte medica curari non poffit, & fuit affirmatiue refolutum, vt in proprijs terminis refoluitur Cauale. in decifione decima octaua numero vigefimo fepto parte feconda, Cofta de remed. fubfidiarijs remedio 0.3. auo numero quarto, Cuccus libr. quinto, inftitut. maior. tit. 10. numero 63. Sanchez de Matrimonio libro primo de fponfalibus difputacione 17. fub numero fecondo, vbi loquendo de fponfalibus firmat, fponfalialia diffolui ob notabilem deformitatem, & denique in omni cafu vbi poffet fequi difplicitia inter fponfos, & matrimonium infelicem exitum haberet, quod vtiq; à fimili conualidat cafum noftrum, oris enim malus odor difplicit D. Thomas 4. fententiarum diftinctione 27. quæftione feconda articulo tertio, ad tertium, & ibi Sotus quæftione feconda articulo quinto caf. 9. poft Hoflienf. in capitulo quemadmodum de iure iurando, vbi ponit conclufionem de dicta difplicitia, & huic etiam fententia fauent glofa in capitulo finali in verbo cogi de coniug. profeorum, & ibi Abbas numero fecondo, & Alexand. de Neuo numero tertio, poft Buz. in citato capitulo quemadmodum numero decimo fepto, & Imola numero quinto, Nauarr. in fua fummã capitulo decimo feptimo numero octauo, vnde cum matrimonium eo prædictam caufam, nequit habere felicem exitum, confequenter in dubio contra eum eft iudicandum, vt notabiliter firmat Abbas in capitulo fraternitatem de frigid. & malefic. & in cadolfeus de difponat. impubcr. Triuif. in decif. 13. quod notatur ad limitationem text. in cap. licet ex quadam de teftib. vbi in dubio eft iudicandum pro matrimonio.

S V M M E A R I V M.

- 1 Inventarium heredis malis requiritur follemnitates, de quibus remiffiue.
- 2 Refertur Doctores, qui de materia tractarunt.
- 3 Inventarium confeftum iuxta mores ciuitatis, non requiritur follemnitates de iure comuni oppofitæ.
- 4 Vis confuetudinis eft magna.
- 5 Confuetudo dicitur pars iuris ciuitatis.
- 6 Confuetudo vincit legem.
- 7 Confuetudo loci eft obferuanda.
- 8 Confuetudo etiam mala excufat.
- 9 Confuetudo poteft facere, quod facit paffum.
- 10 Confuetudo tribuit iurisdictionem homini priuato.
- 11 Quoad fucceffionem feruanda eft confuetudo loci in quo quis defunctus eft.
- 12 Semper inficitur confuetudo loci in quo res fita eft.
- 13 In prelationibus attenditur confuetudo.
- 14 Quoad follemnitates cõcernentes ad litis ordinationem confuetudo iudicij eft attendenda.
- 15 Confuetudo eft optima legum interpres.
- 16 Confuetudo dicitur interpretatua contractuum.
- 17 Omnis lex poftiua per confuetudinem tollitur, & confuetudo facit flere leges.
- 18 Loci vbi fit contractus confuetudo attenditur, cum duobus illatocubus.

Inuentarium confeftum iuxta mores Ciuitatis Neapolis abfque tamen iuris follemnitatibus, an fuffragetur.

DECISIO LXVII.

- L**ICET apertiffimi iuris fit, inuentarium multas requirere follemnitates ad hoc vt valeat, & liberet hæretem, ne teneatur creditoribus hæreditarijs de proprio, de quibus textus in lege finali C. de iure deliber. vbi Bald. & reliqui Scribentes, & de iſtis follemnitatibus tradiderunt, & tractarunt glofa in §. has igitur authentic. de hæred. & falcid. pulchrè Bald. in confilio 383. libro primo, & ex profeffo de hac materia integros tractatus ediderunt Montekulus in capitulo feptimo, vbi adducit quindecim requiſita, Porcellus. in capitulo fecondo, Angel. de Vbal. Roland. à Valle, in parte tertia per totam, late Valafcus in decifione quinquagefima feconda, tamen hoc limitatum in Curia Archiepifcopali quando inuentarium fuit factum iuxta morem, & confuetudinem loci, licet abfque follemnitatibus, & hoc fuit in caufa inter Clericum Andream Cafum, & eius fratrem, vbi fuit dubitatum fi inuentarium exhibitum à dicto Clerico iuxta morem huius Ciuitatis abfque tamen iuris follemnitatibus, fi fuffragetur, fuit enim pro

- 14 *Crudelis dicitur ille qui propriam famam negli-*
git.
14 *Dum quis prohibetur in loco folito federe fi defen-*
dendo fe, ne ab illo loco deiciatur aduerfarium.
prohibentem occideri, puniatur pena extraordina-
ria.
17 *Actio iniuriarum non eft danda contra eum,*
qui non patitur honorem alicui decerni intellege-
re nu. 17.
19 *Prohibitus ab honore alius fedendi habet interd-*
ictum tui poffidendi.

Ad effectum vt Reftor valeat vti honori-
bus, iuribus, & precedentijs in eius ec-
clefia, potefi Epifcopus assignare hora,
& tempus diuina celebrandi.

DECISIO LXVIII.

- O**Rta controuerfia inter Reftorem, & quof-
dam presbyteros ecclefiæ collegiatæ hu-
jus Diocefsis super præcedentia dicti Re-
ftoris, fuit per modum prouifionis adiecta certa
hora, & tempus intra quæ teneantur dicti pre-
sbyteri conuenire ad diuina celebrandum, ad ef-
fectum, vt præfatus Reftor valeat vti iuribus
fuis, & præcedere alios, quæ decifio habuit op-
timum fundamentum ex eo, quod de iure tenetur
superior eius partes interponere, vt vnus-
quisque vtatur iuribus fuis cap. fin. vbi Abb. de
transact. præfertim in caufis præfidentiarum.
secundum Menoch. in conf. 123. num. 7. & feq.
volum. 1. Alciat. conf. 16. num. 4. Ripa conf. 27.
Huius autem prærogatiua obferuantiæ ma-
gnificandam effe, inquit text. in l. obferuare 5.
hoc autem ff. de officio proconfulis, dicitur enim
caufa grauis, vbi de honorificentia tractatur
l. Iulianus ff. si quis omiffa caufa testamenti,
Bald. in l. 1. ff. de probation. Caffan. in catalog.
gloriz mundi parte prima consideratione fe-
cunda, Gerard. singular. 32. Vbald. in fingul. 77.
& vitz adæquatur l. iusta ff. de manumiffis vin-
dicta, & omni lucro præferendum, inquit Bald.
confil. 382. num. 2. volum. 5. fubdens post apo-
ftillam expedit mihi magis mori, quam vt glo-
riam meam quis euacuet, ideoque verendum
reputatur, honorem inulrum relinquere l. miles
§. focer ff. de adulter. prout dicimus in fimili
8 quod datur actio iniuriarum contra amouen-
tem famam de loco in quo licus habebat ius
fedendi in digniori parte ecclefiæ, quia est ius
honorificum, quod acquiritur per fucceffionem,
fuccedendo ei, qui illud ius quæfuit, quamuis
fit extraneus, ita vt adfint plures hæredes præ-
feratur dignior, & magis idoneus, Paris. confil.
149. lib. 4. & de iure, quod habet inftitutor ma-
ioratus in fedibus, & banchis, quod tranfeat ad
fucceffores quædammodum ius patronatus prout
concludit Molin. de Hispan. primogen. lib. primo
cap. 23. num. 35. adeo quod exiftens in huius-
modi quali poffeffione fedendi in superiori lo-
co, & præcedendi poffit etiam armata manu re-
fiftere ei qui vult illum amouere, Bald. in l. ob-

- feruare §. antequam in fin. ff. de offic. proconf.
Menoch. confil. 157. num. 55. lib. 3. & confil.
902. num. 77. lib. 10. quæ quidem poffeffio ac-
11 quiritur vnico actû, prout in fpecie concludit
Marzar. in confilio vltimo libro primo, idem.
Menoch. confil. 226. num. 6. hb. 2. & ita quali
12 poffeffio operabitur, vt in dubio fit patronus
ciendum pro iftus quali poffefforibus Cardin.
13 confil. 52. num. 40. libro primo, licet alias in-
uito Epifcopo laici non acquirant hoc ius in-
banchis, feu fedibus in ecclefiâ, fed folum ex to-
lerantia, & ex gratia, ficut in iurepatronatus,
Abbas in cap. abhorrendæ num. 13. colum.
2. in princip. verficul. quidquid tamen dicitur
de feptulur. Molin. de Hispanor. primogen.
lib. primo capit. 23. num. 34. in fin. Ror. di-
uerfic. decif. 222. num. 1. parte prima, prout
etiam tolerantia Epifcopi fatis efflet ad acqui-
rendum ius feptuluræ in ecclefiâ dummodo fe-
quatur illatio mortui, quia alias non fuffice-
ret ad prohibendum ne alij ibi fepteliatur,
Ror. diuerfic. decif. 787. parte prima, & armata
manu, ita Bald. in dicta lege obferuare §. ante-
quam in fin. verfic. & qui vult ff. de offic. pro-
confil. fubdens neminem teneri iniuriam pati,
vel proprii honoris iacturam, l. in princip. ff. de
poffulation. fequitur Iaf. in lege fin non fortem.
§. libertus num. 23. verfic. fi adde ff. de condit.
indebit. comprobatur Petrus & Ger. in singular. 33.
nobiles prohibentur, Guliclm. de Benedict.
in cap. Rainutus in verb. duas habens filias
num. 21. verfic. plus dicit, & latè declarat Cor-
dub. in lege si quis à liberis in princip. num. 30.
& 31. ff. de liber. agnofcen. quia crudelis effe
14 le qui propriam negligit famam, ita Bald. in
capitulo primo num. 16. de pace tenenda Dec.
confil. 487. num. 3. & in confil. 685. num. 8.
15 inò dum quis prohibetur in loco folito federe
fi defendendo fe, ne ab illo loco deiciatur, ad-
uerfarium prohibentem occidit, non poterit
puniri pena ordinaria, fi ad arma prouocatus
16 fit, quia caufa honoris, & vitz æquiparantur
glof. in §. fufpectus inftituit. de fufpect. tutor.
& ita in fpecie concludit Rebuff. in lege vnica
num. 354. gloffa prima C. de fentent. que
pro eo quod inter. Cordub. in lege si quis à li-
beris in princip. num. 33. & 34. ff. de liber. agno-
fciend.

17 Non obftat quod non detur actio iniuria-
rum aduerfus eum, qui non patitur alicui hono-
rem decerni, lege iniuriarum actio. 12. §. fi
quis de honoribus ff. de inior. quamuis poffit
implorari officium iudicis, Ioan. Fab. in §. aliam
inftituit. de bonor. poffeff. vbi de nobilibus na-
tronis, quæ non agunt actioe iniuriarum, fed
implorant officium iudicis aduerfus alias non
tam inclite nobilitatis, vt defendantur in vfu
fedendi in ecclefiâ, aut offerendi, Iaf. in l. si non
fortem §. libertas ff. de condit. indeb.

Quia contrarium eft verus quod etiam de-
tur actio iniuriarum aduerfus prohibentem.
18 decerni honorem, cum nemo teneatur pati,
quod honor fuis paritendatur, lege prima
in princip. ff. de pofful. prout in fpecie con-
cludit Bald. in lege obferuare §. antequam
num. 3.

num. 3. ff. de offic. proconsul. cum alijs per Gerard. singul. 33. & ibi addit. Casian. in catalog. glor. mund. par. 1. consil. 1. intelligendo respectu honoris, qui alicui praestatur ratione ordinis, & gradus, hic enim est necessarius tribuendus l. portio. §. c. de omni. rect. provin. cum aliud sit in honore, qui desertur ob virtutis premium nullo iure cogente sed sola voluntate deferentis, prout in viro bene merito, in cuius memoriam statua. in foro collocatur, hoc enim casu nō datur actio iniuriarum aduersus eum, qui non est passus honorem illum decerni, quia hic honor nō petitur, sed praestari solet l. 1. §. penul. ff. de orig. iur. Bar. in l. barbarius nu. 1. ff. de offi. praetor. & ita loquitur tex. ex aduerso allegatus in l. 1. iniuriarum act. 1. §. si de honorib. ff. de iur. prout ita in specie late distinguit, & declarat Corub. in l. si quis a pberis in princ. nu. 30. vsque ad 32. ff. de liber. agnoscent.

Praeterea iudicis officium datur aduersus eum qui prohibet honorem decerni, quō hōc honor nunquam fuit delatus, & ita loquitur Io. Fab. & alij in contrarium allegati aliud est quando quis prohibet honore praestari ei, qui est in quasi possessione illius, tunc enim etiam datur actio iniuriarum aduersus prohibentem, prout distinguitur concordando opinionem Purpur. in l. 1. n. 93. ff. de iuris. omn. iud. ideo etiam illi, qui prohibent 199ur ab huiusmodi honore habent interdictum, ut possident, vel vnde vi, cap. licet causam 19. & ibi Bal. nu. 6. & Feyn. nu. 1. de probaz. cum alijs per Rebuff. in l. vnica n. 35 §. glo. 1. C. de sent. quae pro eo quod interprofer. vbi etiam adducit alia distinctionem quando datur actio iniuriarum, vel officij iudicis in huiusmodi honoribus, qui decerni prohibentur.

SYMMARIUM.

- 1 Facti species.
- 2 Magister Actuum Ordinarij dicitur de eius familia.
- 3 Familiaris Episcopi gaudet privilegio eiusdem Episcopi.
- 4 Privilegium alicui concessum extenditur etiam ad eius familiam.
- 5 Seruientes ecclesiae fruuntur eisdem privilegijs quibus fruuntur ecclesia.
- 6 Privilegia scoliarum extenduntur ad eorum familiam.
- 7 Familiares comprehenduntur in privilegio dominorum.
- 8 Privilegium Neapolitanorum, quod trahant & non trahantur, extenditur etiam ad eorum negotiorum gestores.
- 9 Curiales sunt cognoscendi ab illo iudice, qui Curia praesit.
- 10 Refertur decisio S. C. Collateralis Neapolitani, vbi fuit dictum, quod porteri Consilij sui cognoscendi a Praesidente ipsius Consilij.
- 11 Iurisdictio concessa Illustri. Nuncio Apostolico Neapolitano est priuatiue cum clausula abdicata.
- 12 Declaratur regula, quod iurisdictio censetur concessa cumulatiue, & non priuatiue.

Nuncios Apostolicos an cognoscat de illicita negotiatione facta per Magistrum Actuum foraneum ordinarij.

DECISIO LXIX.

CVM esset per Curiam Illustris, Nuncios Apostolici inquisitus, & capus quidam Magister Actuum Vicarij foranei Curiae Archiepiscopi.

- 1 Nōsp. pro illicita negotiatione perijt remissionē causae ad dictam Curiam, quare fuit dubitatum quid iuris, & dicebatur primo, quod esset concedenda remissio ex pluribus, & primo ex eo quod inquisitus erat Magister Actuum Vicarij foranei Illustris. Domini, & consequētur vj talis dicitur familiaris, Gratian. in dec. 233. post Castr. in l. nulli C. de episc. & cler. & Anto. Macer. lib. 3.
- 2 resol. 77. & de iure clarū est familiarem Episcopi gaudere privilegio eiusdem Episcopi, cap. fin. de off. Archidiacon. cap. cum non ab homine de iudic. Theaur. in dec. 22. num. 6. Maceraten. variat. resol. lib. 1. resol. 75. Cyprius in dec. 12. Viul. in dec. 116. Gratian. in d. dec. 233. num. 1. Farin. in pract. crim. in q. 8. nu. 46. vbi asserit istam esse communem opinionem, & regulare est, privilegium alicui concessum extendi etiam ad eius familiarem, ex late traditis per Cyprius. in d. dec. 12. & facit tex. in cap. ecclesiarum seruos 12. q. 2. vbi seruientes ecclesiae fruuntur eisdem privilegijs quibus vtitur ecclesia, & ideo isti etiam sunt conueniendi coram iudice ecclesiastico, glof. 10. c. nullus iudicum de for. comp. Aufer. in tract. de potest. iudicis ecclesiastici super laicis, & eorū bonis n. 37. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 4. c. 9. num. 17. Alpher. conf. 44. num. 2. Bellug. in Spec. princip. rub. 1. §. vidēdum n. 6. vers. nam glof. & merito cōsultat Caballin cōf. 77. vol. 1. privilegium concessum scolariis extendi ad eorū familiam, vt voluit etiam Menoch. de arbr. iud. cas. 368. nu. 10. & O. dr. cōf. 293. scripsit familiares cōprehendi in privilegio dominorum, sequitur Rot. Gen. in dec. 130. Theaur. in d. dec. 22. Caraut. Rit. 46. num. 27. Campagna in cap. Regni statumimus num. 4. vnde dixit Boer. in dec. 113. quod exempti pro Domino, eius quoque familiares exempti dicuntur, & ideo privilegium Neapolitanum concessum vt trahant, & non trahantur, competit etiam negotiorum gestoribus Neapolitanorum, Anna sing. 401. allegat text. in l. heres abs. n. 5. apud labeonem ff. de iudic. vbi si dominus habet seruum Romae qui eius negotia gerit, trahitur in iudicium Romae, vbi & defendit, quia ita habetur, ac si coram domino contra eum esset. Insuper dicebatur dictum inquisitum vt curialem Illustris, Ordinarij esse exemptum a iurisdictione dicti Nuncios Apostolici, cum curiales cognosci debeant ab illo iudice qui curia praesit, l. 1. C. de curial. lib. 11. vbi glof. in verbo pulsandum, quod intelligit illum textum in omni lre ciuili, & criminali, & vt dicit Luc. de Pen. in rub. C. de appell. Praef. dicti vrbis lib. 12. quod omnes ministri, & officiales sub eo magistratu prouide conueniuntur, ad cuius prouidentiam, & iudicium illis ministerij, & officij noscitur prouincire, vt lussit de-

10 decifum in Sac. Conf. Collaterali in caufa Porteriorum S.C. refert de Ponte decif. 36.

In contrarium dicebatur, quod iurifdictio concessa Illuftris. Nuntio Apoftolico est priuatiuè, cum claufula abdicatiua quæ efficit vt ipfe folus cognofcat in certis cafibus, & fignanter in negotiatione illicita, prout in cafu noftro, quæ claufula admittit fimiliter iurifdictiorem ab alijs, Capyc. in dec. 9. Foller. in fua præf. crim. in verb. audiantur excufatores num. 63. Gram. in dec. 30. nu. 1. & ad eum bona additio Auditor. Petra, Ioseph. Ludovic. lib. cõmun. concludion. conclud. 20. fallen. 1. 13 & quamuis iurifdictio alicui cõceffa fuper certo genere caufarum non adimat ordinariam potestatem alterius iudicis, Bart. l. 1. ff. de offic. præfec. vrb. vbi dicit quod licet fiat vnus officialis fpecialis fuper damnis datis, vel fuper abundantia, non tamen propter hoc tollitur iurifdictio, quam habet potestas, qui habet vniuerfalem reuifionem. quod & voluit Dec. loquens de potestate Florentinæ conf. 3. num. 3. Corn. conf. 96. num. 8. & feq. lib. 1. Aretin. conf. 83. Roman. conf. 293. Narr. conf. 536. num. 34. Roland. à Vall. conf. 80. lib. 2. adeo quod eff. vera, receptæ, atque communis opinio, vt per Iaf. in l. quod ex rerum 6. si quis post fide leg. 1. Corn. d. conf. 96. num. 12. lib. 1. Bero. conf. 2. nu. 2. f. 27. 28. & 42. lib. 1. Decian. responf. 128. num. 22. & feq. lib. 3. & responf. 35. num. 52. lib. 2. Ann. in fingul. 631. vbi Filius in addit. quem allegauit ad hoc eruditiffimus iuuenis D. Io. Maria Nouarius, nihil fuit determinatum circa hunc cafum, fed res fuit amicabiliter fopita.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Facti species.*
- 2 *Punitur affectus licet non fequatur effectus, fed contrarium est de confuetudine, vt num. 6.*
- 3 *Carceratus qui effregit carceres, & iam exibat si fuerit captus, habetur tanquam aufugiffet.*
- 4 *Idem operatur preparatio fugæ, quod operatur ipfa fugæ.*
- 5 *Refertur decifio Curie Archiepifcopalis in hoc factio.*
- 6 *Ex generali confuetudine Italie non punitur affectus, nisi fequatur effectus.*
- 7 *Emphyteuta non priuatur re emphyteutica, nisi eum effectus vendatur, & ideo si exponi rem venalem, & non vendit, ea non priuatur vt num. 8. & fimiliter quando alienatio fuit nulla ex aliqua caufa, vt num. 9.*
- 8 *Refertur responfo facta à D. Io. Maria Nouario quod scilicet pragmaticæ, Item de falsis, non procedit in eo qui tantum petiit debitum.*
- 9 *Iura temporalia non poffunt ftatuere conte a personas ecclesiasticas.*
- 10 *Statuta regularum à iurifdictione.*
- 11 *Vi ualeat statutum requiritur, quod ftatuens habeat imperium fuper illos quibus statutum imponitur.*
- 12 *Nulla lex potest ligare non fubditum.*
- 13 *Principes fecularis non habet potestatem fuper clericos.*

Clericus præfentans apochas falsas banco, & non exigens pecuniam, an veniat puniendus pœna ordinaria.

D E C I S I O L X X.

- 1 **C**VM quisdam clericus præfentasset apochas falsas Banco, & non exegiffet pecuniam, fuit dubitatum si effet puniendus pœna Ordinaria, ac si pecuniam exegiffet, & pro affirmatiua opinione infurgebat vulgaris difpofitio tex. in l. si quis non dicam rapere C. de facrofân.
- 2 eccles. vbi puniunt affectus licet non fequatur effectus, vt dixerunt in fimili etiam Boer. in decif. 215. & Menoch. de arbit. iud. caf. 301. quod carceratus qui effregit carcerem, & iam exibat, & iterum fuit captus, perinde habetur, ac si perffectè aufugiffet, vt voluit etiam Bertazzol. conf. 35. vol. 1. Duen. reg. 232. Mascard. conclud. 820. vol. 2. & idem operatur preparatio fugæ, quod operatur ipfa fugæ, Bald. in l. penult. C. de pignor. act. Marfin l. 1. num. 28. ff. de quaest. Riminal. l. un. conf. 302. num. 11. vol. 3. Baiard. ad Clar. 6. q. 22 num. 75.
- 3 Ceterum præfatis minimè obftantibus contrarium fuit decifum, & dictus clericus fuit condemnatus pœna extraordinaria ad exulandum.
- 4 per quadriennium, & moti fuimus, quia ex generali confuetudine Italie non punitur affectus nisi fequatur effectus, Grammat. in dec. 2. num. 8. & feq. Verfil. decif. 11. num. 14. Theff. in decif. 243. num. 2. & 3. Mastrill. in decif. Rot. Sicil. 155. in 3. princ. quod procedit etiam ftatuto aliter difpofente, Bald. conf. 356. vol. 1. Hippol. conf. 51. nu. 6. Farinac. conf. 17. num. 49. Ioseph. Ludou. in decif. 8. num. 3. vnde videmus quod & si à lege.
- 5 imponatur pœna priuatiuè emphyteutæ vendenti rem sine domini voluntate, tamen intelligitur de venditione, quæ habuit effectum per traditionem fecuram, fecundum Specul. in tit. de loc. 9. nunc aliqua quæff. 95. num. 118. Alber. in l. si. in fin. & ibi Salyc. num. 19. Iaf. num. 132. C. de iur. emphyt. Alex. in conf. 173. num. 2. volu. 2. Tiraquell. de conf. post. par. 2. lim. 26. num. 1. & feq. & infinitos concordantes congrit Corbul. in tract. de cau. quib. emphy. priuat. in tit. de cau. ex alien. limit. 38. in princ. ficut etiam non inducitur priuatio ex eo quod emphyteuta non expofuerit rem venalem, vt per Iaf. in d. l. fin. in 5. notab. num. 26. Bero. in conf. 270. num. 26. vol. 1. Corbul. loco prædicto limit. 10. Et fimiliter quando alienatio fuit nulla ex aliqua caufa, Iaf. d. l. fin. num. 139. Alciat. conf. 158. nom. 5. Tiraq. de retract. confang. 1. glof. 2. num. 6. Corbul. lim. 22. vbi infert ad plures cafus notabiles, & limit. 23. idem dicit, quando venditio effet facta, vel fimulata post Castr. Ferdinand. Loaz. Tiraquell.
- 6 ab eo citatos, & hinc doctè interrogatus responf. Petitiuiffimus Adolefcens D. Ioan. Maria Nouarius, quod pœna pragmaticæ, Item de falsis, non fit puniendus ille qui petiit tantum debitum, fed non exigit cum effectû etiam si ad actum executionis deueniffet, & alleg. tex. in l. Papinianus 9. meminiffet. ff. de inoff. testam. l. qui cum natu

- maior §. accusasse, & l. feruitus §. petijffe ff. de s. bon. liber. Barz. in decif. 76. nu. 1. cum feq. & Hierony. de Monte variar. quæst. iur. quæst. 29. num. 47. moti fuimus etiam, quia solus Pandectarius omnia depofuerat, & in hoc nõ obstat pragmatica octaua de falſis, vbi fufficit depofitio principalis cum comparatione litterarum, etiam ſi non fit fequenta numuratio, quia reſpondetur
- 11 pragmaticam locum non habere cum ſumus in perſona eccleſiaſtica, contra quam iura temporalia ſtatueri non poſſunt, cap. bene quidem 96. diſtinct. cap. at ſi clerici, cap. clerici, & cap. qualiter de iud. cap. 2. de ſor. comp. cap. continua 1. r. q. 1. cap. non minus, & cap. aduerſus de immunitat. eccleſ. cap. quamquam de cenſib. in ſexto, cap. t. cap. clericis, & cap. ſin. de immun. eccleſ. in ſexto, auth. caſſa & irrita C. de ſacroſan. eccleſ. cap. quæ in eccleſiarum, & cap. eccleſia S. Mariz de conſ. 1. quia ſtatuta regulantur à iuriſdictione, & poteſtate ſtatuentium, Bart. in l. omnes populi in 1. q. prime quæſt. principalis ff. de iuſt. & iur. Bald. in l. ſin. C. de iuriſd. omni. iud. Benincas. in tract. de s. paup. q. 4. ſpecial. 4. num. 74. & vt valeat ſtatutum
- 12 & vt aliquos comprehendat, requiritur omnino poteſtas ſtatuenti ſuper illos, Bald. in cap. eccleſia S. Mariz num. 2. de conſtit. vbi dicit quod alias ſtatutum eſt ipſo iure nullum, huius rei ea eſt ratio
- 13 quia nulla lex poteſt ligare, & comprehendere nõ ſubditum, c. i. iuncta gloſ. de conſtitu. cap. 1. eod. tit. in ſexto, cap. à nobis de ſent. excomm. cum alijs iuribus, que allegat Rebuſſ. in proem. conſtit. Gallie gloſ. 1. num. 19. ſed in ſeculari Principe quoad clericos deficit poteſtas, & conſequenter eos non comprehendit, DD. in d. c. eccleſia S. Mariz, & in d. c. quod clericis, Corn. conſ. t. 45. num. 4. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 157. num. 1. lib. 2. vbi teſtatur de communi opinione, Surd. conſ. 301. nu. 46. Honded. conſ. 10. nu. 6. lib. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Thorus ob nefandum crimen ſeparatur.
- 2 Dicitum ſodomita: facit aliqualem probationem.
- 3 Fundamentum intentionis ſuz vnusquisque probare tenetur.
- 4 Probatio actoris debet eſſe certa, & concludens, non autem dubia, & incerta.
- 5 Qualibet tenetur probare fundamentum ſue intentionis ſive negatiuum ſive affirmatiuum.
- 6 Fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus, ſive quis agat, ſive excipiat.
- 7 Actor, & reus tenentur probare eius intentionem.
- 8 Actor non probante reus abſoluitur.
- 9 Solus conqueſtus mulieris non ſufficit ad ſeparationem Thori.
- 10 Nullus in proprio ſacto dicitur idoneus teſtis, & vide nu. 13.
- 11 Confefſioni ſupplicantis ſtatutur in eius præiudicium.
- 12 Reus ſi aliquid fateatur in ſuis exceptionibus, ſtatutur in eius præiudicium.
- 13 Quando inhabilitas reſultat ex intereſſe, habilitas magna vnus non ſuppellet aliam.

- 15 Quis non poteſt in propria cauſa aliquam auctoritatem exercere.
- 16 Reſertur conſultatio D. to. Maria Nouerij.
- 17 Reſpondetur contrarijs.

An ſolus conqueſtus mulieris de vitio nefando, fit de per ſe ſufficiens ad ſeparationem Thori.

DECISIO LXXI.

A Pertuſſimi inris eſt apud omnes ſeparationem thori fieri poſſe ob cauſam nefandi criminis, vt diſponitur per text. in c. adulteria, cap. flagitia, & non ſolum 32. q. 7. & poſt Abbat. in c. maritis de adulter. Lambert. qui teſtatur de communi in tractatu de iure patronatus lib. t. par. 2. §. arg. ar. to. Dec. in l. ſi quod mulier n. 8. C. de ſecund. nupt. Clar. in præd. §. ſodomia verſ. proponitur, deciderunt Cauale. in decif. Fuiſan. 236. Anon. in decif. Cur. Epifcop. Papiz 79. lib. 3. Franc. Marc. in decif. Deſin. 739. par. 2. Lanfran. in decif. 71.

Dubitationis articulus tamen in Curia Archiepiſcopali inſurrexit, ſi cõqueſtus mulieris ſolummodo aſſerentis ſe fuiſſe tentatam ab eius viro de crimine nefando, fit ſufficiens ad ſeparationem thori, & primo intuitu videbatur affirmatiue decidendum ex eo quod in hoc crimine dictum ſodomita: facit aliqualem probationem, Viui. in decif. 259. Peguer. in decif. 85. Caſpar Theſſan. in quæſt. forenſ. q. 25. par. 2. Cauale. in dec. 16. & late Ego ipſe in meis collectan. collect. 525. ergo quãto magis dum ipſa mulier hoc aſſerit, & iuxta hãc opinionem in proprijs terminis doct. Innoc. in c. r. de adulter. quam reſert, & ſequitur D. Iaco. Graſſius in conſ. t. eod. tit. vbi quando maritus pluries voluit trahere vxorem ad dictum vitium ſodomiticum, debet Iudex ex ſola querela expoſita vxorem ſequeſtrare in domo alicuius honeſtæ perſonæ ad finem euitandi huiusmodi delicti crimine.

Praſatis tamen non obſtantibus contrarium iudicauimus in eadem Curia, eſt eo quod fundamentum intentionis ſuz vnusquisque probare tenetur, l. qui accuſare C. de edend. l. qui dicit ff. de probat. l. actor quod aſſeruat C. eod. tit. Caſcheran. in decif. 144. num. 15. Decian. in reſponſ. 24. num. 61. lib. 1. vbi ait quod probatio actoris debet eſſe certa, & concludens, non autem dubia & incerta, neq. ſufficit, vt concludat per poſſibile, ſed per neceſſe, & quilibet tenetur probare ſundamentum ſuz intentionis, ſive affirmatiuum, ſive negatiuum, Bertrandi. in conſ. 79. num. 5. & conſ. 75. nu. 4. lib. 3. vbi reſert quod fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus probandum, quod procedit, ſive ſi quis agat, ſive excipiat, ſive aſſerat, ſive abnegat, l. ff. de procurator. Crauett. in conſ. 226. num. 16. qui inquit quod tam actor, quam reus tenetur probare eius intentionem, & de exceptione probanda per reum conſuluit Cephal. in conſ. 48. nu. 11. & conſ. 133. num. 33.

ñ. 38. ubi dicit hoc procedere etiam si negatiuum perfpicere, Cacheran. in decif. 171. Rolan. conf. 20. nu. 8. lib. 4. Dec. in l. si emancipati C. de collat. & hinc euenit quod Auctore non probante reus abfoluitur, l. qui accusare C. de eund. latiffime Viuius in decif. 236. & ideo abfque dubio fuit conclusum quod folus conquefus mulieris non fufficeret, nullus enim in proprio facto dicitur idoneus teflis nullus ff. de tefib. l. in omni- bus C. eod. tit. quare haec mulier vt in proprio facto deponens, eft repellenda, Rot. Bononiens. in decif. 77. Farinac. in decif. Rot. Rom. 178. Gram. in decif. 28. num. 12. Mart. in decif. Pifan. 138. & confeffioni fupplicantis minime ftatur in eius fauorem, fed in eius prauidium, l. cum precum vbi Bal. & Salyc. C. de liberali caufa, concord. tex. in l. si ita ftipulatus §. Chriofogonus in princ. ff. de verb. oblig. l. 2. C. de inflit. & fubftit. late Mafcar. de probat. concluf. 368. Gabr. in lib. commun. concluf. concluf. 4. de confeffion. lib. 1. vt di- cimus in reo, qui fi aliquid fateatur in fuis excep- tionibus ftatur illi in eius prauidium, l. 1. C. de his qui potentes, & ibi notat Doct. & prae- cipue Bar. Roman. in conf. 90. post num. 10. Ga- briel. in d. concluf. num. 13. Mafcar. in citata con- cluf. 368. nu. 8. Cacher. in decif. 172. Affl. in decif. 190. n. 35. & feq. & hinc euenit quod teflis de po- nens de facto fuo in caufa in qua habet interefse non probat, d. nullus, & l. in omnibus de tefib. Crauer. conf. 99. num. 2. Viui. in decif. 179. Rota in nouis in decif. 52. de appell. late Farinac. de tefib. q. 60. Magon. in decif. 160. & ideo licet alias tefis vnus inhabilitas fupplicetur ex magna ha- bitate alterius, fecus tamen eft quando inha- bilitas refultat ex interefse, Socin. in lege fi quis ita num. 6. ff. de reb. dubijs, Roland. in confil. 98. numero 34. libro quarto, Bertazzol. in conf. 178. num. 16. libro fecundo & hoc prouenit ex illa iuris regula fcilicet iura ad horreum quem aliquid propria autoritate in fua caufa in qua habet interefse exercere, l. 2. C. vt nemini liceat fine iudi- cis autoritate, & merito ex his omnibus, & alijs 16 D. Io. Maria Nouarius confultit in quadam cau- fa Auerfana, quod affertionis patronorum dicen- tium & patronos pro tribus partibus fubfequara fimpliciter inftitute Epifcopi non fit ftatum, quin non reddat refcriptum Apoftolicum in quo derogatur dimidia parti patronorum fubpre- ditum, vt patet in eius allegationibus manufcrip- tis, quae fuerunt delatae in Curia Epifcopali Auer- fana.

17 Non obftant ea omnia in contrarium allegata, quia procedunt, quando vltra affertionem innotefcit aliquod inditium per quod iudex poterit moueri ad ita iudicandum fecundum Plot. in conf. 143. par. prima; nam alias daretur vxori- bus maxima facultas, & ocafio viros accusandi de tali crimine, ad effectum feparationis thori, & facilis effet feparandi thori modus.

S V M M A R I V M.

- 1 Capella constructio non requiritur ad acquirendum ius patronatus.
- 2 Ius patronatus ex quibus modis acquiratur.

3 Ius patronatus in dubio praesumitur ex fundatione

4 Ius patronatus dicitur probatum dictio de fundatio-
ne aut dotacione per authentica documenta.

5 Dicitio (vel) est alternatiua.

6 Limita quando ponitur inter genus, & speciem, in
hoc enim casu est copulatiua.

7 Dicitio (alias) posita per Conc. Trid. in c. 9. sess. 2. cir-
ca modum probandi ius patronatus, quod importet,

8 Ius patronatus sicuti ex fundatione dotacionis, ita
& ex constructione acquiratur.

9 Recondicio quando est fufficiens ad acquirendum
ius patronatus.

10 Ius patronatus ad hoc vt ex dotacione de nouo facta
acquiratur, quae concurrere debens.

11 Conc. Trid. nihil innovans circa modos probandi
ius patronatus in personis priuatis, & particulari-
bus, sed tantummodo in personis Magnates, com-
munitates, & vniuersitates.

12 Et an inter inuifimodi personas magnates, commu-
nitates, & vniuersitates comprehendatur Capitu-
lum Ecclesiae Cathedralis, ad finem, ex poffu praesu-
mi vtrifpatio.

Constructio Capellae an sit necessaria ad
acquirendum ius patronatus.

D E C I S I Q LXXII.

1 Fuit decifum Capellae constructionem non
esse necessariam ad acquirendum ius pa-
tronatus, nam licet ius patronatus ex fun-
datione, dotacione, & constructione quaratur, at-
que mentio cap. pie mentis, cap. frigitentius, cap. mo-
nasterium 16. q. 7. Bellamer. in decif. 717. Franc.
Marc. in decif. 275. in decif. 1009. num. 6. in decif.
2135. num. 1. vol. 1. Verall. in decif. 135. num. 2.
lib. 2. Canec. in decif. nouiff. Roma. 35. & in decif.
167. par. 2. vol. 1. Paleot. in decif. nouiff. Romana
388. lib. 3. vol. 3. & nouissime habetur per Concil.
Triden. in sess. 14. de reform. cap. 12. & sess. 25. de
reform. cap. 9. vnde ius patronatus in dubio praesu-
mitur ex fundatione, Caffiodor. in decif. fin. de
iur. patron. & decifion. 4. de prob. Moedan. in de-
cif. 5. lib. 2. Puteus in d. cif. 28. lib. 2. & decif. 64.
lib. 2. & eo ipso quod docetur de fundatione, &
aut dotacione per authentica documenta refultat
clariffima probatio fecundum Gonzal. g. of. 18.
num. 34. quod fit, vt satis rationally censuit
Conc. Trid. fufficere probati titulum iuris patro-
natus, modis de quibus supra, vt voluit Parif. de
confid. benefic. q. 28. n. 11. Nihilominus fufficit ad
acquirendum huiusmodi ius, deducere vnum ex
tribus, scilicet vel fundationem, vel dotacionem, vel
constructionem, vt obftat dictio (vel) quae ponit
in medio cuius natura est aduersari, vt fuffici-
at alteram partem verificari, l. si haeredit plures
fidei cond. instrument. Cornueus in conf. 237. co-
luni. 4. velu. 4. nam hoc non ponitur inter genus
& speciem, quod casu refolueretur in copulatiuum
Lalle aut ille fidei leg. 3. l. quintus §. playe ff. de
iur. & argen. leg. 3. l. 1. num. 8. ff. de iur.
iud. omnia ius. Balin. conf. 37. num. 9. lib. 5. & hinc
est quod omnis difpofitio loquens de fundatione,
vel dotacione ex identitate rationis extenditur
ad

ad dotationem ex Cassad. decif. 6. de iur. patron. quod fit vt verba Conc. sess. 1. c. ubi alia sue secundum iuris dispositionem, intelligenda sunt de alijs legitimis modis probandi titulum, f. constructione, praescriptione, fama, &c. prout de iure communi dicitur; nam illud verbum alias significat id quod alio modo, Gonzalez in regulas cancellariae in glo. 49. post Pute. in decif. 170. in fi. lib. 3. Bart. in l. 1. num. 2. de condic. & demonstr. Caputaquens in decif. 10. num. 5. par. 1. vnde si probatur titulus constructionis, quamvis expressè à Concilio non exprimitur; nihilominus sufficeret, & satisfactum esset illius dispositioni, nam non minus acquiritur ius patronatus ex constructione, quam ex fundatione, vel dotatione, glo. in cap. piz. mensis vers. efficitur autem t. 6. q. 7. Casador. in decif. 6. de iure patr. Rota diuers. in decif. 598. par. 1. Caputaquens in decif. 133. par. 2. c. ubi alij adducti per Lamb. de iure patron. lib. 1. par. 1. q. 2. ar. 2. num. 1. cum seqq. licet aliud sit in reparatione, seu reedificatione, quia tunc non acquiritur ius patronatus nisi reedificatio esset adeo necessaria, quod ecclesia esset omnino diruta, & noua egeret consecratione, Lambert. in d. tract. de iure patronatus part. 1. lib. 1. q. 6. ar. 3. num. 11. Curt. eiusdem nominis tractatu q. 8. nu. 12. in verb. construxit post glo. in cap. quoniam in verb. fundationis de iure patronatus, prout similiter, quia qui ex dotatione de nouo facta praetendit acquirere ius patronatus, debet docere dotem primum fuisse reductam de esse ad non esse, Berous conf. 4. num. 26. vol. 1. Felin. in cap. venerabilis num. 37. de exceptionib. Curt. vbi supra q. 3. nu. 1. in verb. dotauit, & in vtroque casu fuit decisum in vna Sarzanen. beneficij 5. Julij 1599. coram Mellino, & in Compagna iuris patronatus 23. Ianuarij 1604. coram Licca, & in Placentina parochialis vltim. Januar. 1594. coram O'ano, & sic in terminis sequitur Parisin. d. tra. 2. de cõ-
 11 fidentia benefice, q. 2. nu. 240. ad fin. ex quo inferitur quod Conc. Trident. nihil innovauit, nec immutauit in d. c. q. quoad modos probandi titulum iuris patronatus ex fundatione, dotatione, aut constructione in personis priuatis, & particulis, sed dumtaxat quoad personas potentes, & magnates, communitates, & vniuersitates, vt firmavit Rota in vna Sabin. n. beneficiorum. 25. Decembris 1581. vt patet ex decif. diuers. 199. num. 5. vers. & quamuis verum sit par. 2. & decif. 331. num. 1. eadem par. 2. & decif. 798. sub num. 4. vers. non obstat Concilium Tridentinum par. 1. vbi aetiam habetur, quod Capitulum Ecclesiae Cathedralis minime comprehenditur inter personas magnates, aut vniuersitates in quibus praesumitur usurpatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsi species.
- 2 Tortura tantè vis est vt in ea persistens puram veritatem dixisse praesumatur.
- 3 Homo persistens in tortura melior reputabitur, quàm ante accusationem reputabitur.
- 4 Inditia purgantur per torturam.
- 5 Purgatis inditijs per torturam reus est relaxandus

- 6 Inditia grauis, & vrgentia purgantur per torturam.
- 7 Reseruet decisio facta in Curia Archiepiscopali.
- 8 Tortura purgat inditia indubiatam, & plenas probationes quoad poenam ordinariam, & secus probationes extraordinariam, vbi etiam quod haec poena extraordinaria potest esse corporalis, & tristemum. num. 9.

Inditia grauia, & vrgentia, an purgentur per torturam quoad poenam extraordinariam.

D E C I S I O LXXIII.

- 1 C Lericus quidam V. I. D. cum fuisset graui- ter inditiatus de homicidio in personam cuiusdam alterius clerici, cum tortus fuisset, & non confessus; sui dubitatum si esset liberandus, & absolendus, vel aliqua poena extraordinaria puniendus, & dicebatur torturam tantè vis esse, vt in ea persistens, & negando, vel non persistens fatendo, quidquid dixerit puram veritatem dixisse praesumitur, glo. in l. editum in verb. efficacissima s. de quaestionibus, Boer. in d. decif. 163. nu. 12. Couarr. pract. quest. c. 2. j. nu. 5. Magon. in decif. Lucenf. 93. Clar. in sua pract. in §. 6. q. 64. vers. illata vero tortura, Gram. in decif. 8. post nu. 1. & 9. & in decif. 96. n. 3. vbi ex hoc inferret quod homo persistens in tortura melior reputabitur, quam ante accusationem reputabitur, sequitur Bertaz. in conf. 150. n. 12. & in conf. 266. nu. 2. quare per torturam purgata esse inditia extantia contra tortum ante torturam, communiter à Doctoribus fuit receptum, vt post Alberi. in Leditum n. 2. ff. de quaest. sequitur fust Cephal. in conf. 62. lib. 5. Cartar. in pract. Interrog. reor. lib. 4. c. 1. nu. 1. 3. Bursat. conf. 97. nu. 24. lib. 1. Carrer. in sua pract. de indic. & tortur. §. vno igitur de inditijs n. 20. Cepoll. in conf. crim. 13. nu. nu. 18. Clar. in d. §. fin. quaest. 64. eod. vers. illata vero tortura vbi alios refert, & propterea purgatis inditijs per torturam, reum fore relaxandum, & absolendum, scripserunt Menoch. in tract. de praesumpt. q. 63. lib. 1. Farinac. in sua pract. crim. q. 4. nu. 26. post Bar. in l. fin. in princ. ff. de quaestio. Alex. in l. vnus §. reus in verb. nec confiteri ff. eod. Iodoc. in pract. crimin. cap. 40. in tit. de negatione patient. in tortur. vbi quod ita feruetur in practica, & pariter quod ita se habeat consuetudo Hispania, Francia, & Mediolani post alios quos allegat, testatur Clar. in sua pract. q. 6. vers. forma autem, Boiss. in tit. de sentent. nu. 63. & 71. imò quod per torturam inditia grauia, & vrgentia purgentur, senserunt Marsil. in singulari. 262. Crauet. in conf. 178. num. 10. Arnon. in sig. 98. Natt. in conf. 102. num. 10. Bursat. in conf. 73. nu. 25. lib. 1. Gomez. in lib. vltim. resol. to. 3. cap. 13. in rub. de tortur. reor. nu. 20. Gram. in d. decif. 8. num. 1. & 6. Boer. in ciuita decif. 163. nu. 12. & 17. cum alijs innumere relatis per Couarr. in lib. practicar. quest. cap. 23. num. 5. & per Menoch. in suo tract. de arbit. iud. in addita d. ca. 273. nu. 12.

Hu tamen non obstantibus, quæ verè de

iure non obftant, contrarium fuit refo lutum in
 7 Curia Archiepifcopali, & dictum clericum con demnauimus ad relegandum per triennium, & moti fuimus, tum quia iudicia que contra ipfum uigebant erant uigentia, & grauiffima, & quia non fuerat proprie tortus, fed tantum afflictus alia fpecie tormenti, uulgo *detti li ftaghetti*, tum etiã quia fupradicta omnia procedunt quoad poenam ordinariam, & non quoad extraordinariam, nam & fi reus uigentiffimis, & indubitatís inditij, feu plenis, & concludentibus probationibus conuictus in tortura perfiterit, non tamen per hoc efficitur, quin poffit aliquis extraordinaria poena condemnari, etiam quod corporalis fit, puta trirremum in perpetuum, uel ad tempus, ut fcripsit S. C. Neapolitanum tenuiffe, refert, & teftatur Gramma. in ciuita decif. 3. in prin. & num. 4. uerfic. & aduertendum, & num. 8. & in fine decifionis: & furtus in uox. 12. in fi. & in decif. 42. & in decif. 96. fequitur Broff. in tit. de inquisit. num. 30. Pari. de Pat. in tract. de fidei. in uerb. tortus cap. 10. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortur. 8. uifio igitur de indit. qualiter iudicia ipfa purgantur num. 31. in fin. & fic etiam feruari per Senat. Mediolan. fecerit Clar. in d. q. 64 eod. uerf. illata uero tortura, & uerf. in hoc propofito in fi. Carrar. de exequit. fente. cap. bannito cap. 2. num. 62. & latius num. 65. per tot. ubi loquitur non folum in eò qui conuictus eft ex plenis probationibus, fed etiam in grauato uigentiffimis prefumptionibus, & coniecturis, prout etiam loquitur Gramma. in citata decif. 2. num. 8. & ibi Addit. Auditor. Petra.

S V M M A R I V M.

- 1 *Facti fpecies.*
- 2 *Referitur caufa finalis Bullæ Pij Quinti fi de protegendis.*
- 3 *Ubi militat eadem ratio, idem ius eft ftatuendum.*
- 4 *Conftitutio facta ad euitandas fraudes, concernit publicam utilitatem.*
- 5 *Odium fauore publicæ utilitatis debet ampliari.*
- 6 *Argumentum à tubricis uiales.*
- 7 *Referitur decifio Curia Archiepifcopalis in hoc articulo.*
- 8 *In penali, & ardua materia non eft faciendæ extenfio.*
- 9 *Quis uidetur habere uoluntatem, prout uerba fonant.*
- 10 *A uerbis contractus non eft recedendum.*

Offendens eos, qui non funt comprehenfi uerbis extrauagantis fi de protegendis, an dicatur impeditor fancti officij.

DECISIO LXXIV.

EX pluribus uidebatur dicendum mulierem quamdam, quæ peccuflerat clericum, qui indicauerat curiam fancti officij, ubi nam efllet eius mater, alias de hereticis uisus fufpitionibus inquisita, in poenam bullæ Pij Quinti incidit, & primo, quia dicitur Conftitutio

caufa finalis colligitur ex fuis uerbis in principio argum. text. in l. fin. ff. de hered. inflitend. Ne, fcilicet caufe fancti officij impediatur, ex quorum uerborum generalitate, uidebatur quoque inclufam fuiffe dictam mulierem, cum in ea uigeat eadem rationis difpofitio, Ergo idem ius uenit ftatuendum l. illud ff. ad leg. Aquiliæ Bald. in l. fin. num. 13. ff. de iurifd. omn. iud. plenè Salic. in l. 2. n. 21. C. de noxal. action. Secundo, quod cum prædicta Conftitutio fuerit condita ad euitandas fraudes, & impedimenta, utique concernit publicam utilitatem, Afflct. in decif. 61. & in conftit. Regni in locis demanij num. 15. circa fin. Maria in decif. 186. poft Iafan. l. ius publicum in princ. ff. de pact. ergo late eft interpretanda, & fic uenit extendenda etiam ad præfatam mulierem, ex latè traditis per Bar. in l. 2. exercitum ff. de his qui notantur infamia, Bald. in filijus famul. ff. de his qui funt fui, uel alieni iuris, ubi inquit, quod odij fauore publicæ utilitatis debet ampliari, l. quædam modum. C. de agric. & cenf. lib. 3. l. utilitas C. de publica utilitate, late Doctores in rubr. ff. folut. matrim. Caffrenfium conf. 23. ubi allegat text. in l. 1. ff. C. de caduc. toll. Decan. cõf. 260. n. 6. & 66. nu. 3. ubi ait quod procedit etiam in penaliibus, & in correctorij in quibus faciendæ efllet extenfio, nec tunc dicitur fieri extenfio iuris, fed terminorum, fecundum Salic. in d. l. 2. num. 22. Tertio, quia tubrica eufdem Conftitutiois efllet de non impediendo caufas fancti officij, ergo loquitur in genere, fed militat eadem ratio in dicta muliere, ergo idem ius efllet afferendum, ualiet enim argumentum à tubricis l. imperatores ff. de in 3. adiecto glo. in cap. 1. & cap. ab arbitris. de offic. deleg. in sexto, & Corn. in conf. 38. vol. 4.

7 Verum fupradictis non obftantibus contrarium iudicauit Curia Archiepifcopalis decidendo dictam mulierem minime incidiffe in penam præfatæ Bullæ, & hæc decifio fuit fundata ex eo quia puer ille non erat accufator, teftis, denunciator, nec minifter fancti officij, & confequenter in tam penali, & ardua materia non efllet faciendæ extenfionem in uerbis bullæ à quibus non efllet recedendum, argum. text. in l. non aliter ff. de leg. 1. Summus Pontifex enim uidetur habere uoluntatem prout, & uerba fonant, l. habeo ff. Tubero ff. de fupplend. lib. l. gatad. nepos proculo ff. de uerb. fignif. fic ut etiam ob eamdem rationem à uerbis contractus non efllet recedendum, l. fi quis ftipularus ff. de uerb. oblig. l. huiusmodi res magiftratum ff. de fid. iust.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quietatione, debitor à creditore liberatur, & declaratur num. 16.*
- 2 *Pactis tollitur actio creditoris contra debitorem.*
- 3 *Quietatione tollitur prior obligatio.*
- 4 *Quietatio etiam per quietationem inducitur non obftante l. h. c. et nouat. modo funt uigentiffima. Et nu. 5. quod de claratur nu. 19.*
- 5 *Coniectura uigentiffima ad inducendam quietationem.*
- 6 *Delegatio foluit obligacionem.*
- 7 *Delegatio etiam fit noua.*

- 8 - Delegatione pfecta, liberatur omnino delegatus etiam non sequuta solutione à delegato.
- 9 - Acceptilatio ius creditoris extinguat.
- 10 - Absenti queritur ius, Notario stipulante pro eo.
- 11 - Notario stipulante pro absente ei queritur ius irremovabiliter.
- 12 - Quietatio facta sub pretextu solutionis non sequuta, creditoribus non officit.
- 13 - Arramentum in huiusmodi quietatione non obstat.
- 14 - Creditor non nisi per satisfactionem videtur à iure suo reverdere.
- 15 - Intellectus ad glo. fin. l. si litterarum C. de solution.
- 16 - Contractus factus procedente causa illum vestiente, ea non sequuta resolvitur.
- 17 - Nominatio non fit nisi expressit.
- 18 - Nominatio per additionem tertii, & per alterius obligationem non inducitur.
- 19 - Delegatio requirit personas delegantis, delegati, & delegatarii.
- 20 - Actus ultra agendum vel voluntatem non extenditur.
- 21 - Actus à principio invalidus tractu temporis non commutatur.
- 22 - Delegatus à debitore debet stipulari, & promittere ad beneficium creditoris cui delegatur.
- 23 - Affili. decif. 353. quomodo procedat, & quod fuerit votum ipsius non decifio S.C. nu. 26. quod processu potius de consuetudine mercatorum, quam de iure, nu. 27.
- 24 - Acceptilatio debet fieri per interrogacionem à debitore, cum simpliciter declaratione satisfactionis facta à creditore.
- 25 - Confessio ad liberandum valet parte absente.
- 26 - Confessio ad liberandum valet parte absente, si facta sit simpliciter non sub aliquo pretextu non sequuta.

An quietatio facta sub pretextu solutionis deinde non sequatur nocet quietanti.

DECISIO LXXV.

Expositis venalibus per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam quibusdam bonis, super quibus fuerat exequutum ad instantiam DD. heredum quon. D. Ioan. Antonij Jordani V.L.D. contra D. Vincentium Cossu pro duc. 4000. in circa vigore instrumenti in eisdem Curia liquidati, & literarum exequutorialium exinde expeditarum, allegavit debitor se fuisse à dictis heredibus liberatum, mediante quietatione ab eis si Sa die 21. Maii 1618. cum declaratione, se ipsos recepisse quantitatem debitam per medium Banci S. M. de Populo à D. Ioa. Iacobo Cossu, absentibus tamen tunc dicto debitore, quod D. Ioa. Iacobo Cossu, quae quietatio deinde fuerat reuocata die 26. Iunii sequentis ab heredibus praedictis, asserentibus solutionem non fuisse sequutam (quod quidem à patribus non ostentauerunt) & propterea dicebat D. Vincentius ipsum non posse amplius à praedictis DD. de Iordano molestari, si stante dicta quietatione, ex reg. l. emptor §. Lucius ff. de pact. l. Fulgo, §. qui tabulas ff. de iur. l. pecunia C. de solut. nam ex vi pacti omne creditorum ius fuit sublatum, & nulla amplius remissit illis actio contra debitorem, per tex. in l. Iacobo ff. de pact.

cum concordantibus; nam licet quantitas debita non fuerat rei veritate soluta, quod ipsemet D. Vincentius non negabat nihilominus ipse remiserat absolute ex vi novationis, acceptilationis, & delegationis, & si qua actio superaret, commetebat contra D. Ioa. Iacobum, non contra ipsam quietationem novatione tollatur prior obligatio, est expressum in l. 1. & 2. ff. de novat. l. novatione ff. cod. §. praeterea in finit. quibus mod. toll. oblig. & ibi per DD. quam non obstante l. fin. C. de novat. posse per coniecturas induci tradiderunt Cin. in d. l. ff. Alex. conf. 71. vol. 2. l. 2. nar. conf. 23. Affili. decif. 44. n. 15. Masfrill. decif. 40. Stephan. Gratia dec. 17. Theff. dec. 115. Menoch. conf. 95. Mascat. de probat. concluf. 1107. num. 18. vol. 4. Viu. commun. opinio. opin. 550. par. 2. de Franch. deci. 25. quae tamen coniecturae vrgentissime requiruntur ex traditis per Cesar. Vrsill. ad Affil. in annot. ad decif. 353. num. 4. vbi post Alex. & Iaf. in l. qui vnum fructum ff. de verb. oblig. Corn. Barbat. & alios per eum adductos, eas partim declarat, vnde cum in casu nostro duae ex illis concurrant, prima quod instrumentum quietationis contradicit instrumentum debiti. Secunda, quod creditoris alterius, quam debitoris promissionem remanserit contenti, satis ex eis novatio demonstratur, quae mediante debitor est liberatus. Delegatione etiam dicebat debitor se fuisse liberatum, per tex. in l. delegare ff. de novat. & l. 2. C. cod. in eoin, qui delegat. solvere dicitur, l. quamvis §. si miles ff. ad Velleian. l. qui libertinum §. si creditor ff. de oper. libert. quam delegationem adducebat, nam cum is deberet consequi ad Illuf. Duce S. Aghata eius nepote nonnullas pecuniarum quantitates, conuenit cum dicto D. Ioa. Iacobus illis, vt eas solueret suis creditoribus, & praesertim dictis DD. de Iordano, qui postea talem conventionem acceptauerunt, dum non solum contenti ex terebant accipere in debitorem dictum Ill. Duce, sed ab eius Balio concessi fuerunt recepisse pecuniam per publicum instrumentum, ad notat. per Paul. de Castr. in l. delegare, l. secon. C. de novatio, vbi ne dum per stipulationem, sed per nutu affirmat fieri delegationem: qua sic inducta, non est considerandum quod delegatus non soluerit quantum delegatum: quia stante delegatione, iam est sublatum ius contra delegantem, sicut in proprijs terminis refert Affil. in dec. 353. Et demum acceptilatione debitor affirmabat se liberatum, quae omne creditoris ius tollit l. ff. C. de acceptil. glo. in l. si obligatum hominem C. de solut. ac si per confusionem extingueretur ius illud, l. siue acceptilatio ff. de acceptil. nam creditor declarauerat in dicta quietatio se fuisse ab eo satisfactum, quae declaratio corroboratur à Notario pro eo absente stipulante, quod modo queritur actio absenti, Andr. de Iser. in cap. 1. §. item sacramenta de pace iuram. firmam. col. 1. Bald. in l. ff. de iust. & iur. l. D. in l. stipulatio ista §. si stipuler ff. de verbor. oblig. Alex. conf. 31. & 105. lib. 6. Gund. Pap. decif. 49. Affil. decif. 393. num. 3. Capic. decif. 180. l. Tiraquin tract. de iur. poss. & quod queratur ius irrevocabile, Dec. conf. 230. dub. 5. & conf. 607. purp. 10. & vltra allegatos per Franch. decif. 339. Barfat. conf. 33. Cauil. decif. 41. Sord. decif. 111.

Gratian, decis. 39. nu. 9. March. decis. 167. Theff. decis. 70. Valasc. consul. 55.

12 His tamen in Congreg. coram Illustriss. Dño discusso non obstantibus factum, quietationem prædictam factam sub prætextu dictæ solutionis non sequitur creditoribus nõ officere, per tex. expressum in l. si literarum C. de solut. ubi id in proprijs terminis fuit statutum, quod non officeret quietatio cuidam creditori, qui eam fecerat sub prætextu literarum ad tertium missarum pro solutione habenda, mandato nõ impleto, vt etiam 13 voluerunt ibi Bal. & Sicut. Quo casu nec iuramentum in quietatione adiectum obstat, vt concludit Daniel. Moller. ex mente Castr. Dec. Rot. à Vall. & Anchar. in commen. ad consil. Saxoni. consil. 19. n. 32. cum seq. & post eum Ant. Harring. de fideiuss. l. c. 20. §. 8. nu. 12. & optima ratione, quia creditor non videtur à iure suo recedere, nisi per satisfactionem, vt notabiliter dixit Bal. in l. 6. nu. 4. C. de nouat. Et quamuis fuit dubitatum tex. prædictum non posse huic negotio applicari cũ gloss. 14 in d. l. si literarum dicat, (creditori esse experendum de suis iuribus infra 30. dies qui erant in hac causa elapsi tempore reuocationis) tamen resolutum fuit, illam gloss. procedere, iux. tex. in l. nõ cõtrahibus §. super C. de non numer. pecu. quem allegat. f. quando adest simplex confessio numerationis, non autem quædam sub prætextu solutionis per apocam fuit facta, hoc enim casu, creditor nihil à debitore, vel alio eius nomine solente præter apocam recipisse constituit, nihilq. etiam à campfore confessus est, vnde cum confessio numerationis nõ adit, nec dispositio d. §. super, & sic cessauit gloss. illud allegantis procedit.

16 Nec obstat dicta quantitas, qua omne ius creditoris tollitur, ea enim procedunt in simplici quietatione ex pacto facta, non quando quietatio fuit facta præcedente certa causa (nèpe hæc solutionis) quæ vestit contractum, qua deficiente resoluatur contractus ex Bal. in l. petens C. de pact. Nec obstat allegata nouatio, quæ ad casum applicari non potest, hæc per l. 6. C. de nouat. non potest fieri nisi expresse, quod est apud omnes receptissimum, & licet nonnulli senserint etiam per coniecturas induci, id procederet, vt ipsimet fatentur in vrgentissimis coniecturis, quando, saliquo modo sunt inter se incompatibiles contractus; nouans, & nouatus nec sunt veræ allegata coniectura, quod addita tertia persona, vel accepta à creditore alterius promissione censetur inducta nouatio, quia hos text. ipse in d. l. 6. expresse rejicit, cumq. quietatio præsupponat causam, & ea cessante resoluatur, non potest dici, quod contradicere primo contractui, solutione non sequatur; nam si fuisse sequuta solutio, non ex vi nouationis, sed solutionis omnis actio fuisse extincta l. fin. C. ad exhib. l. solutam §. de solut. cum concord.

21 Allegata delegatio nec minus obstat, in qua nõ dum debitor delegans, & delegatus debet concurrere sed etiam creditor cui fit delegatio, per tex. in l. 1. C. de nouat. in ea autem, qua allegatur creditores non interuenerunt, & sic non potest applicari nec dicitur, quod consensus creditorum superuenit, dum ipsi consilii sunt receptisse pecuniam à Balio deligenti, quia in confessione nõ fuit

22 facta mentio delegationis, & sic actus non poterat extendi ultra agentium voluntatem l. omnino §. ibi Bal. ff. de cert. pet. Præterea actus à principio inualidus tractu temporis cõualescere nõ potest, l. si filiusfam. ff. de regul. iur. Quibus accedat, 24 qd in delegatione debet delegatus stipulari, & se obligare ad beneficium delegatarij, ob dictis per Dec. in l. singularia col. ff. ff. de cert. pet. qd desuit in casu de quo agitur, vnde decis. Affl. 333. non potest applicari, ibi enim creditor primum debitorem liberauerat recipiendo campfore in debitorem, qui ipsum scripserat in libris, & fecerat 26 literas cambi, quod differt à præsentis casu, ultra quod illa votum potius Afflicti fuit, quam decisio 27 S. C. & processit non tam de iure, quam ex consuetudine mercatorum, vt ipsemet dicit num. 4. & assentit Vrsill. libid. nu. 6.

Tertio, quando diceretur, per te ipsum cognoscas, quia per talem clausulam intelligitur electa industria personz, & propterea subdelegare non potest, ut ait Marc. Ant. Eug. in conf. 39. licet verum sit num. 15. volu. 1. & Vant. in tract. de nullit. process. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. sub nu. 15. vbi loquitur, quando dicitur per te ipsum, & Ias. in l. à Iudice sub nu. 19. vers. sexto limita C. de iudic.

Quarto, quando aliquid ratione confidentia alicui committitur, ut quia diceretur, quia confidimus, vel confisi, nam tunc est electa industria per sonz, ut ait Butr. in conf. 48. in fi. & Crauet. in conf. 303. num. 2. Menoch. in q. 63. sub nu. 11. vers. accedit quod quando, de arbitrar. iud. & Ioa. Bapt. de S. Severino. in l. more maioru sub nu. 11. vers. & maxime ff. de iurisd. omn. iud. vbi ait, quod per verba illa confidentes de industria, legalitate, & bonitate tua, videtur electa industria personz, & Rom. in conf. 420. ait, quod quando dicitur committimus discretioni tue, de qua plurimum confidimus, subdelegatio fieri non potest.

Nec obstat Bolognet. in l. j. num. 137. ff. de offic. eius vbi ait, quod duplex est confidentia, videlicet vel in distinguendo, vel in inueniendo, vnde substitutum, & subdelegatum, quia satisfacit Menoch. in q. 68. num. 14. vers. tenior de arb. iud.

2 Quinto, quando negotium non determinatum committitur, nam eo casu intelligitur electa industria personz, ut ait Crauet. in conf. 103. nu. 3. Ioa. Bapt. de S. Severino. in d. l. more maior. nu. 56. ff. de iurisd. omn. iud. vt quando diceretur, prout tibi videtur, vel arbitrio tuo, ait Menoch. in d. q. 63. num. 14. de arbitrar. iudic. quod in arbitrarijs erit electa industria personz, quia non est data certa forma actui.

3 Sexto, quando commissum esset officium sine iurisdictione, & sic actus nudi ministerij, puta ambasciata, ut ait Ias. in l. à Iudice sub nu. 10. vers. duodecimo limita C. de iudic. sed hoc non facit ad propositum nostrum.

4 Sepeimo, quando Princeps committeret ea, quæ sibi sunt reserua in signum supremae potestatis, quia tunc non potest fieri subdelegatio, & ratio est, quia ex grauitate negotij præsumitur electa industria personz, ut ait Ias. in d. l. à Iudice sub nu. 10. vers. decimo tertio limita C. de iud.

5 Octauo, si dictum esset in quo, vel super quo conscientiam tuam oneramus, ut ait Imol. in c. fin. sub nu. 22. vers. idem puto de offic. deleg. & Bol. in c. si pro debilitate n. 52. vers. deinde Iudex eod. tit. & Alex. in l. more maiorum nu. 23. vers. & quid si dictum sit ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Ioa. Bapt. de S. Severino. sub nu. 11. vers. maxime, & Menoch. in q. 68. num. 12. vers. accedit de arb. iud. & Ias. in l. 1. sub nu. 19. vers. & dicit ibi ff. de offic. eius, & rursus Alexan. in l. à Iudice sub nu. 3. vers. ideo dicit, & num. 4. vers. inter cetera C. de iudic. ait hoc esse notandum, quia talia verba quotidie apponuntur in literis Papæ, & iterum Ias. sibi sub nu. 10. vers. quinto limita, hoc intelligitur, siue decisio causa sit commissæ conscientia, siue huiusmodi clausula sit apposta super toto negotio, quidquid dixerit Abb. in c. fin. 9. is autem nu. 7. vers. per hoc potest inferri de offic. deleg. & in c. cum in veteri nu. 4. vers. & facit de elect. subdit autem Ias. magnam esse auctoritatem Abbatis, licet loquatur contra iura, & omnes autoritates, vide tamen Purpur. in l. 1. n. 501. & sub n. 508. ff. de offic. eius, & Vant. in tract. de nullit. process. in tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. sub nu. 21. vers. seu dictum fuisse, ait, quod per talia verba videtur alterata iurisdic. ex quo electa industria personz, & subdelegatio prohibita, addo De-

clan. in c. 16. num. 7. lib. 2. tra. et. crim. vbi ait, quod est electa industria perfonę, & nõ potest fieri fubdelegatio per eum.

5 Nono, fi dictum fuiffet, talis expediat, & non alius, quia tunc videtur prohibita fubdelegatio, vt ait Alex. in d. l. 1. nu. 91. verf. fecondo limita ff. de officio eius, & in l. more maior. n. 22. verf. item non delegatus ff. de iurifd. omn. iud. & Iaf. in l. à Iudice fub nu. 10. verf. feptimo limita C. de iud.

Decimo, fi dictum fuiffet, nuf manibus expedias, vt ait Purpur. in l. 1. r. num. 102. verf. quartus modus ff. de officio eius, ibi Oran. fub nu. 10. verf. item plura addo, & Ioa. Bapt. de S. Seuer. in l. more maiorum fub nu. 11. verf. item dicas ff. de iurifd. omn. iud. vel manibus proprijs, vt ait Parif. in l. poffeffiones §. adpifcitur nu. 1. ff. de acquir. poff. & Gallia. in l. 1. §. fi quis ita fimpliciter nu. 4. ff. de verb. oblig.

Vndecimo, quando dictum effet tu, vel per te te cognofcas, quia propter geminationem intelligitur electa industria perfonę, & non potest fubdelegare, vt ait Iaf. in l. 1. nu. 30. verf. eodem modo ff. de officio eius vbi num. 33. hanc defendit opinionem, & Bal. in c. fi nu. 3. verf. nota quod, de offic. deleg. quem damnat ibi Imol. fub nu. 4. dicens, quod dictum Bald. iure non probatur, fed quidquid fit hanc opinionem tenent Purpur. in d. l. 1. fub nu. 101. verf. & tertius quando diceretur ff. de officio eius, & rursus Iaf. in l. fi quis in confcribendo fub nu. 24. verf. per prædicta, & nu. 25. C. de pact. & in l. à Iudice fub nu. 10. verf. nono limita C. de iud. & Gram. in cõf. 153. hoc thema nu. 58. vol. 2.

Secus fi diceretur, per te cognofcas folum, quia non intelligeretur electa industria perfonę, vt potest fieri fubdelegatio, vt ait Iaf. in l. 1. nu. 30. verf. eodem modo ff. de officio eius, vbi dixit dictum Bal. in c. fi nu. 3. nota quod dictio tu de officio deleg. effe nouum, & fingulare, & paucis incognitum, quia pronomen, tu, ponitur ad demonftrandum, non ad coarctandum.

Contrarium tamen tenuit Gram. in cõf. 1. in xiulibus, vbi ait, quod industria perfonę dicitur electa, fi dicatur per te videas, & per te cognofcas, adeo quod actus per alium explicari non potest, dicens de hoc effe cafum clarum in c. cum dilecta de ref.ript. & in l. vnica C. de cadu. tollen. idem tenuit Rolan. & Vall. in cõf. 59. n. 30. vol. 3. vbi ait, quod fi Princeps fcribat aliquid, per te exerceas, refcriptum effe personale, adeo quod per fubrogatum exerceri non potest.

6 Duodecimo, quando commiffus effet arduus negotium, quia tunc Commiffarius non poterit fubdelegare, ex quo electa effe industria perfonę, vt ait Imol. in c. fi nu. 15. verf. vnde potes concludere, de officio deleg. & ibi Ioa. And. nu. 12. Iaf. in l. more maiorum nu. 65. verf. quinto limita ff. de iurifd. omn. iud. & ibi Ioa. Bapt. de S. Seuerino fub nu. 11. verf. hic probabiliter dubitatur, & iterum Iaf. in l. à Iudice fub nu. 10. verf. tertio decimo limita C. de iud. loquitur de refcriptis foli Principi in fignu fupremę potestatis, Dec. in l. 1. nu. 28. verf. fecondo nota ff. de officio eius, vbi Alex. n. 6. & Iaf. nu. 31. & Menoch. q. 74. nu. 7. verf. probatur præterea, & n. 11. verf. hac etiam confideratio, &

in q. 68. nu. 15. verf. accedit præterea, & in c. 205. num. 1. de arbit. iud. vbi ait num. 3. Iudicis arbitrio relinquatur, quæ dicantur ardua, magna, vel graua negotia, & hoc vltimum voluit Innoc. in cap. fin. de officio deleg. & ibi Ioan. And. nu. 13. verf. quæ verò dicatur, & Imol. nu. 14. & Anq. de Butt. fub nu. 15. verf. dicunt hic Doctores, vbi de grauibus negocijs loquitur, & vel loquæ autem dicatur, vbi loquitur de magnis negocijs, & Fely. in c. fi pro debilitate num. 15. de officio deleg. & ibi Dec. num. 4. Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 1. nu. 12. Menoch. vbi fupra ait, arduum, & graue idem effe, & ideo Iudicis arbitrio relinquatur, quæ ardua dicantur, & Ioa. Bapt. de S. Seuerino in l. more maiorum fub nu. 11. verf. pro cuius declaratione ff. de iurifd. omn. iud.

7 Et industria perfonę regulariter in dubio cõfetur electa, vt ait Ang. in §. vfus fructus fub n. 1. verf. quæ ergo, in lit. de vfus fruct. & Bolog. in cõf. 6. num. 10. verf. quæ industria, & Seraphin. in priuileg. 57. num. 10. de priuileg. iuram.

S V M M A R I V M.

- 1 Ignorans non dicitur delinquere, & ignorantia in dubio præfumiatur.
- 2 In materia falstatis requiritur scientia, & dolus.

Clerici vtentes falstis dimifforijs, ignorantibus effe falstas, quæ pœna puniantur? ad intellectũ tex. in l. maiore C. de falstis.

D E C I S I O LXXXIX.

Ferunt inquisiti in Curia Archiepifcopi, nonnulli clerici, qui fuerunt ordinati à non suo Epifcopo cum dimifforijs falstis, propter quod fuerunt per eandem Curiam capti, & carcerati, datis eis de fefionibus, allegabat, quod licet vñ fuiffet dictis dimifforijs, tamen ignorabant, illas effe falstas, ex eo, quod dictæ litteræ fuerunt ipfis cõfignatæ, cum tñ ignorarent illas effe falstas, illasq; acceperunt à viro probato, & bonæ opinionis, quare fuit dubitatum, fi venirent aliqua pœna puniendi, & dicebatur in nullam pœnam, eos incidiffe, ex reg. iur. falstatem non puniri, abfq; scientia. 1. 1. §. non ff. de falstis, l. nec exemplum C. eod. quæ qualitas effe de fubftantia delicti, ex quo ignorans non dicitur delinquere fecundum Rip. in l. 6. nu. 48. C. de reuoc. donat. Gram. cõf. 25. Menoch. de arb. iud. caf. 186. num. 12. & ignorantia in dubio præfumiatur, nõ probatur scientia, c. præfumiatur de reg. iur. l. verus ff. de probat. Roland. cõf. 45. vol. 1. Cacher. decif. 14. Mascard. de probat. concl. 879. num. 6. scientem enim, non ignorantem, lex vult obligare, l. genesi aliter C. de tabular. lib. 10. C. in l. quicumque n. 4. C. de feru. fugit, & Rom. cõf. 473. & in proprijs terminis in materia falstatis, scientia, & dolus, requiruntur ad puniendum aliquem vtentem falstis fcripturis, Plot. in l. fi quis d. no. 624. C. vnde vi, Bonifac. de Vitalin. in rub. de falstis. 2. Iodoch. in præf. crim. c. 123. num. 7. quemadmodum dicimus etiam in vtetibus falstis ponde-

poderibus, & mensuris, Nat. conf. 72. nu. 3. Tab. in summa §. emptio nu. 9. & §. falsum nu. 10. Nauarr. in manual. c. 17. nu. 169. vnde Clar. in §. falsum num. 5. voluit, quod qui vitur falso in frumento, nō punitur, nisi sciens illud esse falsum, & eo vsus sit, cuius ratio est, quia pena presupponit culpam, Rimi. lun. conf. 640. nu. 71. volu. 6. sed in ignorante, non consideratur culpa, vt ait Crauet. con. fil. 204. nm. 21. & Rimi. d. conf. 640. num. 76. vbi etiam subdit nu. 77. quod sine culpa, non consideratur pena, & ad idem facit quod notanter scripsit idē Crauet. con. §. n. quod ignoranti falsas scripturas, seu dimissorias, dolus imputari non potest Non obstat Luc. de Pen. in l. modios nu. 4. C. de fuscceptoribus, vbi ait, quod tenentes falsas mensuras font puniendi, nec excusantur per ignorantiam, per text. in l. sed addes §. si quis ff. locati, quia loquitur in alio casu.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus debet dirimere controuersias in processibus.
- 2 Facere processiones extra claustra, sapit quid iurisdictionis.
- 3 Regulares non possunt facere processiones nisi intra claustra, vel eorum ambitum.

Regulares, an possint facere processiones extra claustra, ?

D E C I S I O X C.

- C**Vria Archiepisc. stat in pacifica, & iuridica possessione concedendi, seu impartiendi Regularibus licentia, volentibus facere processiones extra claustra, cuius decretiones sunt, Primò, quia & si Regulares non subint Ordinarijs locorum, c. 1. de capell. monach. latē DD. omnes in c. 1. de Priuileg. T. riuif. decif. 33. lib. 1. tñ quod processiones benè subsūt Episcopis c. nimis gratē de excess. prelat. quod intellige de processibus publicis, secundum Calder. in conf. 8. de regular. in fi. Rub. conf. 22. Monal. conf. 33. nu. 1. Gratian. decif. 383. Hinc est, quod per eosdem.
- 1 Episcopus sunt dirimendæ controuersia, quæ incedunt circa præcedentiam processionum, Conc. Trident. sess. 25. canon. 12. de regularibus, Capell. Tholosani decif. 483. Ann. alleg. 9. Gutier. lib. j. pract. qua. 2. cap. 12. Nau. conf. 8. de offic. ord. quæ dicuntur publicæ processiones, vide Capel. vbi supra, & Grass. de arbit. conf. lib. 2. c. 59. Tū secundò, quia facere processiones extra claustra, sapit aliquid iurisdictionis, quæ exerceri prohibetur, absque consensu Ordinarij. Tum tertio, quia in Abbas potest facere illam in suo territorio, sed monasterium Abbatij dicitur tantum eius territorium, secundum D. zbar. in clem. 2. nu. 1. de statu monach. Sapia ad Panor. in cap. ad monasteria de vit. & honest. cleric. Alban. conf. 17. Igitur extra dictum locum fieri nequit, vnde secundum Grass. conf. 20. de regular. habetur, posse regulares facere processiones intra claustra, suarum ec-

clesiarum, & per triginta passus extra claustra, text. in cap. antiquitus 17. q. 4. & ita esse de comuni obseruatiā in omnibus Ciuitatibus in processibus, quæ singulis annis fiunt Rosarij, Coceptionis, & huiusmodi, solum illæ fiunt intra claustra, & ambitum monasterij, nisi aliter concederetur in eorum priuilegijs, iuxta notata in cap. porro, & cap. complantare de priuileg. facie etiam ad hoc text. in cap. certum est, de consecra. dist. 1. sed quia in hac ciuitate, etiam magna Monasteria non habent spatium 30. passuum circum circa, sed habent domos iuxta eas, vt testatur de Franch. decif. 402. propterea dicte processiones non possunt fieri à regularibus vitro girum suarum ecclesiarum, seu Monasteriorum. Vnde hodie presertim facere processiones extra claustra, & girus prædictos in hac Ciuitate Neap. solent excommunicari, vt habetur in excommunic. sinodal. 20.

S V M M A R I V M.

- 1 Petens absolutionem ad cautelam, debet summarie causas nullitatis excommunicationis probare, quod si ab initio constat non esse nullam non concedatur, Et si constat esse nullam statim datur absolutio simpliciter.
- 2 Causa nullitatis debet saltem semiplenè probari, ad effectum obtinendæ absolutionis ad cautelam, Et premiū debes aliqua causa cognita ante dictam absolutionem.
- 3 Non sufficit ad effectum absolutionis ad cautelam, quod vnus testis testimonio probetur appellationem processisse excommunicationem.
- 4 Ad obtinendam absolutionem ad cautelam, non sufficit probare appellationem ante sententiam, sed appellationem ex legitima causa fuisse interpositam, Et tunc præstata cautione de satisfaciendo, si apponeris sententiam fuisse iustam, conceditur dicta absolutio.

Excommunicatus, petens absolutionem ad cautelam, tenetur explicare causam nullitatis sententiæ, eamque saltem semiplenè probare.

D E C I S I O X C I.

- P**Ræfaticus in Curia Archiep. Neapol. quod petens absolutionem ad cautelam, debet summarie causas nullitatis probare, ratio est, quia supradicta absolutio non est concedenda, quando excommunicatio fuit iusta, iteque quando iniusta, quia ligat cap. 1. 11. q. 3. sed solum quando dicitur nullus, ex quauis causa nullitatis, etiam exemptiois, & est aliquid dubium de nullitate, alias si ab initio constaret nō esse nullam nō conceditur, & si constaret esse nullam, statim fiet absolutio simpliciter, Ioan. And. Domin. Anchar. Franch. in cap. solent de seu. excom. in sexto, habetur in c. venabilibus §. sane eod. tit. & quando petitur debet exprimi causa nullitatis, cum sic dubitetur, an sit nulla, vel ne, vt dixit Franch. in d. c. solent, Couarra.

uarru. in c. alma mater de sent. excom. in sexto, 1. par. refectionis 9. 12. nu. 6. & propterea ex parte ipfius excommunicati, qui petit abfolutionem ad cautelam, & dubitatur an fit nulla, requiritur, vt

- 1 in fpecie exponat caufam, propter quam nullitatem fententia allegat, & etiam faltem femiplenè probet: cum enim pro fententia censure prafumitur, argum. n. t. in c. ad reprimendam de 3. offic. ordin. vt notat Imol. in c. bono l. 1. in verb. prafumitur de elect. Rot. eod. tit. decif. 19. & Gemin. in ca. nu. 9. de appell. lib. 6. Abfolutio hæc ad cautelam temerè concedenda non est, fed premiti debet omnino aliqua cognio, & femiplena probatio caufe illius, quæ ab excommunicato allegatur, vt nulla fit excommunicatio: prafertim vbi dicitur excommunicationem istam fuiffe,
- 3 post legitimam appellationem. Nec fufficit ad effectum abfolutionis ad cautelam, quod vnus testis testimonio probetur appellationem præcessiffe ipfam excommunicationem: Nec fans est iuramentum ipfius appellantis in eo casu, quod iudex excommunicator, dicat se non credere appellationem præcessiffe excommunicationem, & tamen paratum esse dare abfolutionem, si ita fit, quod post appellationem excommunicauerit, vt notat Felin. in c. Apofolica nu. 19. de excep. Agid. Bellam. dec. 191. & 386. quos refert, ac fequitur Couarr. in calma mater par. 1. 9. 12. nu. 7. ver. primam de sent. excom. lib. 6. imò vero cum abfolute verum non fit, fententiam esse nullam, ex eo quod appellatio fententiam præcesserit, nisi etiam appellatio interposita fit ex legitima caufa, & quod illa caufa vera fit; Ideo ad obtinendū abfolutionem ad cautelam non solum probate debet appellasse se ante fententiam, sed etiam appellationem ex caufa legitima, & vera interpositam fuiffe, qua femiplenè faltem probata, tunc abfolutio fiat ad cautelam, cum cautione tamè de satisfaciendo, si in processu apparebit fententiam iustam fuiffe, vt rectè Steph. Coll. in c. folet num. 11. de sent. excom. lib. 6. annotauit, quæ omnia, & ratione dèfiruari possunt, quia si simpliciter nullitate propofita celsura, abfolutio vniciuique petenti concederetur, tunc Index, & censura Ecclesiastica, vt plurimum illuderetur, quod fieri nõ debet, cum inter de consuet. & clem. j. de sent. excom. omnes enim censuris innodati, statim fententia nullitatem allegarēt, & proinde merito, vt nullitatis caufa, ante abfolutionem faltem femiplenè probetur statutum, vsu obtentum, & conseruatum est, vnde Innoc. in d. c. folet in iudicijs non prodesse veritatem affirmauit, hoc est non prodesse, vt ita fignifi talis veritas probetur in c. cum super, & c. sub orta de sent. & re iud. quamuis fecus fit in foro animæ, vt in c. signifi. ali. de homic. & c. ruz. nos de sponsal. Nam eo in foro abfolutionem etiam si veritatem probare quis nequeat ex Innoc. in d. c. folet in verb. contradiçtionis num. 3. Costa ibid. nu. 12. de fent. excom. mun. lib. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 In abfolutione ad cautelam requiri, vt citatio partis.
- 3 Si opponitur quod excommunicatio fit lata ob manifestam offensionem, multa sunt probanda.

In abfolutione ad cautelam, an requiratur citatio partis?

DECISIO XCII.

FVit pluries resolutum in Curia Archiepifcop. Neap. in abfolutione ad cautelam requiri partis citationem, per text. in l. de vnoquoque ff. de re iud. & in l. nam ita Diuus vbi Doctores ff. de adoptionibus cum alijs, quos citat Mifing. centur. 6. Obferuat. 30. & Sayr. lib. 7. casum conscientia cap. 14. vbi voluit huiusmodi abfolutionem fieri debere vocato illius, ad cuius instantiam, excommunicatio ipsa lata fuit, vel vocato ipfo iudice proferente, si fuit lata ex officio ipfius iudicis, de quo in c. venerabilibus. 1. de sent. excom. in sexto. Ratio decif. est, quia potest esse, quod si iudex, aut is cuius gratia excommunicatio lata est, afferat excoicationem latam fuiffe manifesta offensa iudicio partis citatio femper est necessaria, & ponens aut dictam manifestam offensionem duo debet facere. Primo, iurare debet, quod non exponit eam animo calumniandi, argu. c. 1. & 2. de iuram. calum. lib. 6. secundum Ioan. Andr. & Gemin. in c. folet n. 14. & 16. de sent. excom. in 6. Stefan. Coll. ibid. n. 14. manifestum aut illud dicitur quod constat per confessionem partis, vel euidentiæ rei, argu. c. ex parte de verb. fignifi. c. cum olim tit. eod. & c. qua fronte de appell. Innoc. in d. c. folet nu. 11. Anchar. ibid. ver. 11. Gemin. in lect. 1. nu. 20. Stefan. Cof. tibi in princ. n. 11. Secundo opponens offensionem manifestam probare illam debet infra octo dierum spatium; ipsi autè octo dies currunt, & incipiunt à die obiectionis manifeste offensa, numerando ipsum à die obiectionis, & ita decipies à momento, ad nomeniū, ex Gemin. in d. c. folet. n. 14. Stefan. Coll. ibid. n. 14. Roç. in nouis dec. 208. quæ incip. Item quod terminus, Felin. in c. Apofolica nu. 15. de excep. Couarr. in calma mater par. 1. 9. 12. n. 8. ver. 3. considerandum est de fent. excom. lib. 6. Vgolin. de Censur. Eccle. stab. 1. c. 12. 1. nu. 13.

S V M M A R I V M.

- 1 Non dicitur asportare arma, qui non asportat ea apta ad nocendum.
- 2 Statutum puniens facientem opus in alieno, non comprehendit nisi opus formatum.

Clericus portans archibus etiam absque filice, siue fucili, vel cane artotato, an incidat in penas Sinodi Prouincialis Neap. contra asportantes arma?

DECISIO XCIII.

CLericus Franciscus Primitius, Terræ Punitiani diocesis Nola, fuit repertus in hac Ciuitate Neap. à nris Curiofibus Cur. Archiepifcop. portans duos archibus eticos, verū absque fucilibus, & canibus ferreis propter quod fuit inter nos dabitus, in præfatus clericus veniet puniendus pena, de qua

in Concilio Provinciali Neap. contra asportantes archibeneficos fancia, & dicebatur pro opinione affirmatiua, q̄ dum præfata Concil. prohibet armorum asportationem, nec distinguit qualitatē, & modum asportationis; cōsequenter indistinctē generaliter erit intelligēda, ita vt comprehendat quodlibet genus asportationis, tex. in l. 6. & si generaliter fide public. c. 6. l. de preio cum vulgaribus ff. eod.

Cæterum supradictis minimē suffragantibus, contrarium iudicauit Cur. Archiep. absoluedo dictum clericum, cuius decif. ratio fuit, nam non dicitur propriē asportare arma, qui ea defert, non apta ad nocendum, vt in proprijs terminis docet Decia. cōf. 121. prout in similit. diximus, q̄ factum dicitur illud, quo comode vti possumus, l. quintus 4. cui ff. de aur. & arg. leg. nec opus dicitur, nisi perfectum, l. rei 6. opere ff. de verb. sign. vbi Aicia miratur quomodo responsa Aftrologorū appellentur opera, vel vt Græci dicunt Apotelesmata, quæ perfectionem includunt, cū eorum nihil sit vanius, fluctus, & imperfectus, vnde statutu pueriens facientem opus in alieno, non comprehendit, nisi opus formatu, Aftx. ad Bar. in l. stipulatio 6. opus ff. de nou. op. nunc. Perfectum autem dicitur, q̄ ex omnibus suis partibus constat, secundum Philof. & sentit Balin. l. nihil in summar. C. de manum. vindict. & facit l. ff. de iust. & iur. iōf. Balin. l. cum antiquius in 1. notab. C. de testa. vbi dum est perfectum quod constat ex omnibus suis partibus, sed iste parces debet esse simul iuncte, & ad prædicta omnia bonus text. in l. si is, qui quadringēta 6. quedam ff. ad l. scilicet. in neq. vllū. balneum, neq. theatrum, aut stadium fecisse intelligi, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione consistit, non dederit, & ibi Bar. & Alberti, dicunt, q̄ si ego nominō opus, genericē loquēdo, tum ēt informe coninetur, si restringo me ad certam speciem operis, nominando eam per nomen proprium, & I. extrū, Molendum, tūc de formato, & cōsumato intelligitur in propria significatione; opus etiam dicitur perfectu, & non aliter, si tale sit quoad vsum, & modū vti dēdij, & sic ensibus imperfectis non cōuenit forma, accedit glof. in l. qui falsum ff. de fals. vbi formare, & p̄bere idē sunt, & forma dicitur status dispositionis perfectus, Balin. l. si plures col. 3. vers. quarto modo C. de cond. inst. latē Brun. de poetria, & effectū fore m. 2. col. 1. vers. ex hoc infurq. fol. mibi 44. facit l. mulier 6. res abelle ff. de verb. signif.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus debet gaudere immunitate Ecclesie.
- 2 Excommunicatus non ardet ab Ecclesia, quando in ea non celebrantur diuina.

Excommunicatus fugiens ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate Ecclesiastica?

DECISIO XCIV.

FVit dubitarum, an excommunicatus delinquēs, & fugiens ad Ecclesiam gaudeat eius immu-

nitate? & dicebatur, in consonum esse, & à iure alienissimū, vt is ab ecclesia defendatur, cuius tutela, & gremio seipsum committere recusat. Cin. in l. presenti in primo memb. distinctionis C. de ijs, qui ad eccle. cons. sig. Burrig. in l. i. in fi. c. eod. Bar. n. 1. Salic. nu. 4. Azn. nu. 2. C. eod. tit. & nouiff. Farin. eius tract. de carcer. & carcer. q. 28. n. 68. imō fin. Ambrosin. de libert. eccl. l. 8. n. 7. in fi. Ecclesia non est tutela ijs, qui non sunt sub eius lege, q̄ voluit ante eū Anan. in c. Iudæi, il. 1. col. 1. vers. num. quid ante m. Iudæi, de Iudæis. Item dicebatur præfatum excommunicatum, vt committerem, & manentem contra ecclesiam, & legem Christi, non debere frui beneficio ex eadem ecclesia perueniente, ex reg. iur. q̄ qui deliquit in lege, nō debet gaudere priuilegio legis, l. i. C. de hæret. c. quia frustra de vñ. & c. frustra de reg. iur. in 6. Ijs accedebat, q̄ excommunicato est interdictus ingressus ecclesie, gl. in c. postulat. de iur. excom. mini. & prohibetur sacerdon coram ipso celebrare, c. is qui, de sent. excom. in 6. imō ipso excommunicato nolēte egredi ab ecclesia, sacerdos debet cessare à celebratione, nec in ea sepelliri potest, per ea quæ tradit Archid. in c. presenti s. q. 1. c. Parochiani de sepultur. Audit. Petra in addit. ad decif. Gram. 65. nu. 18. & seqq. ergo multo minus viues protegi debet ab ecclesia. Tandem dicebatur, quod excommunicato est maior pena, quæ datur in ecclesia, cum per eam excommunicatus extra ecclesiam efficiatur, & tradatur Sathana, secundum glof. in c. fi. 1. q. 1.

Ceterum supradictis sic flantibus, contrarium fuit resolutū in Cur. Archiep. & moti sumus ex decif. Boer. 110. hoc idem in proprijs terminis tenentis, & hanc esse cōmunem opinionem, tenentur infra scripti, Host. in sum. de immun. eccl. in 6. quibus vers. quod ego, & Ioa. Fab. in l. 1. C. de ijs qui ad eccle. cons. sig. & in 6. vit. inst. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris, Cin. in d. l. 1. Bosch. in c. fi. de immun. eccl. & Imol. in clem. 1. de p̄sit. & remiss. hanc opinionem itaq̄m magis cōmunem tenendam, affirmat Decia. in tract. crim. lib. 6. c. 28. nu. 1. & attestatur Boer. d. dec. 110. num. 7. profequitur Ioan. Vitsch. de immun. eccl. q. 4. n. 4. & Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 20. num. 111. & comprobatur Clar. post alios in præf. c. fin. q. 30. num. 18. Remig. de immun. eccl. in 19. fallent. num. 1. & Ioan. Franc. Leon. The. s. for. eccl. cap. 13. num. 13. & 14. qui cōmunem dicit. Non obstat contraria, & præsertim illud, quod excommunicato est interdictus ingressus ecclesie, quia excommunicato viuente, hoc non prohibetur, neque ardetur ab ecclesia, quando non celebrantur diuina, glof. in c. & communiter cepra in c. qui fudet in verb. dimisit l. q. 1. Balin. c. vico n. 5. de iudico. Ant. de Butr. in c. responsio pro illum tex. de sent. excom. Archid. in cap. dimisit 17. q. 4. Non obstat secundo, quod excommunicato denegatur sepultura, quia illud est ex eo, qd apparet esse mortuum impenitentem, & consequenter hæreticum. Non obstat tertio, frustra legis, & c. nam intelligitur in eodem factō, si enim excommunicatus fuisset pro debito, pro quo confugeret ad ecclesiam.

SYMMARIUM.

1. *Dispensatus ad Ordines, non est dispensatus ad beneficia, nam dispensatio est odiosa, & strictè est interpretanda.*
2. *Dispensatus ad obtinendum, non est dispensatus ad retinendum.*
3. *Dispensatio intelligitur pro prima vice, nisi sit in actu iterabili, ut in facultate testandi.*

Dispensatus ad Ordines, an censetur dispensatus ad beneficia?

DECISIO XCV.

EXhibita dispensatione Apost. à quodam laico super defectu natali, ad hoc vt valeat accedere ad ordines, cū postea fuisset presentatus ad beneficiū iuris patronatus, & petisset in Cur. Archiepisc. se declarari habilem, & consequenter insitui in dicto beneficio, fuit dubitatum, an flante dispensatione, quoad ordines, consequenter censetur quoq; dispensatus ad beneficia? & vntus ex Dominis dicebat, quod sic, ex eo, qd Ordo vntus principale beneficii, c. ex insinuatione de Procur. c. cum ad d. de rescrip. & late DD. omnes in c. si. cod. tit. in 6. Item dicebat, quod habitus ad ordines, non eget noua habilitatione quoad beneficia, c. acceptimus de etate, & qualitate, & est punctualis decif. Rot. 16. par. 1. diuers.

- Ceterum sic dictis, contrarium fuit resolutum per Cur. Archiepisc. & ratio fuit, quia dispensatio est odiosa, in iure communi, vt tradit Rot. Rom. dec. 140. & 354. par. 1. in nouissimis. Ideoq; dicitur arida, & arcta dispensatio, Felin. in cap. postulasti nu. 8. de rescrip. quia intelligitur strictè interpretationis quoad dispensatum, vt minus derogat iuri communi licet fecus sit quoad dispensantes. Rot. Roman. dicto loco, & des. 133. par. 1. in nouissimis, Mandos. conf. 54. n. 11. Otafo. conf. 68. nu. 1. Surd. conf. 453. nu. 4. vol. 3. conf. 533. nu. 26. volu. 4. ante alios lo. Monac. in c. 1. de fil. presbyt. in c. xto. & proinde dispensatus ad obtinendū, non est dispensatus ad retinendum, Rot. Roman. dec. 233. nu. 25. par. 1. Mari. Antonin. lib. 1. resol. 19. nu. 14. Insuper dispensatio intelligitur de prima vice, Anchar. conf. 104. nu. 8. cum seq. nisi ageretur de actu variabili sine tertij praiudicio, vt in indulto testidi c. cedeo Cardinali, qd non extinguitur in primo et flamento, explosa opinione Doc. conf. 512. vt apud Coft. ex Curt. lun. Gabr. Ruy. Granu. & alijs in tract. de fact. scient. & ignorant. inspect. 23. nu. 1. tom. j. Dispensatusq; ad dignitates, non censetur ex hoc dispensatus ad beneficia, Innoc. in c. dilectus 3. de preben. & Felin. in c. veniens colu. 1. de accus. sic dispensatus ad ordines, non propterea censetur dispensatus ad beneficia, P. norm. in ead. litera nu. 6. de filijs presbyt. & dispensatus ad curas, non propterea censetur dispensatus ad simplicita, Rebuffi. in prax. beneficia. tit. de dispensat. ad plur. benef. nu. 64. Dec. in l. non debet cui quoad plus 21. nu. 6. ff. de reg. iur. ex

quo dispensatio est stricti iuris, Nitt. conf. 179. nu. 27. vbi quod in ea non fit extensio ad casum in quo sit maior ratio dispensandi, est sancitum in c. vt. de translatione prelatorum, Felin. in c. postulasti nu. 8. in fi. & seq. de rescrip. vbi etiam Hostienf. Non obstat contraria, quia procedunt extra casum dispensationis, prout nos loquimur, ita in proprijs terminis Bald. in c. constitutus de appell. & Felin. c. edoceri nu. 16. de rescrip.

SYMMARIUM.

1. *Sacramentalia debent esse in maxima veneratione.*
2. *Laici non possunt tangere sacramentalia.*
3. *Licetum est infirmis tangere sacra, vt liberentur ab infirmitatibus.*
4. *Parochus irreuerenter tractans sacramentalia, suspenditur à cura.*

De pœna Parochi indignè, & irreuerenter tractantis sacramentalia.

DECISIO XCVII.

- F**uit inquisitus in Curia Archiepisc. quidam Parochus, sub pretextu quod indignè, & irreuerenter tractasset sacramentalia, quare fuit dubitatum, qua pena esset plecendus? & dicebatur de iure esse vtriusmodi, sacramentalia debere esse in maxima veneratione, iusta gloss. communiter receptam in clem. 1. in fin. de reliquijs, & veneratione Sancti. quom exoritur Vital. in clem. 1. num. 7. de consecr. Eccle. Cofm. Filiane. de offic. sacerdot. lib. 2. cap. 4. num. 1. & seq. vnde in cap. in sancta de consecr. dist. 1. dicitur in sancta, & Apostolica Sede statutum est, vt sacra vasa, non ab alijs, quam à sacerdotibus, Dominoq; dicatis hominibus, dignè, ac reuerenter tangerantur, & in cap. vestimenta eod. tit. habetur, vestimenta Ecclesiastica quibus Domino ministratur, sacra, & honesta esse debent. Hinc dicitur in c. vasa eod. tit. vasa in quibus sacrosancta conficiuntur ministeria, lignea, ob maximam reuerentiam esse non debent, & in cap. si per negligentiam de consecr. dist. 2. penult. penitentia Parochi; ob cuius negligentiam aliquid eius sanguine Domini stillauerit in terram, & in cap. si per ebrietatem eod. in. habetur pœna illius, qui per ebrietatem, vel vtracitatem Eucharistiam euomerit, & in capit. peruenit eodem tit. traditur pœna Parochi indignè ministrantis sacramentalia. Item dicebatur maximum delictum esse ministrare Sacramenta irreuerenter, cap. de homine de celebrat. missar. quod adeo procedit, vt in casu necessitatis tantum, licetum sit laicis sumere Corpus Christi inuenerum in terra, sicut Petrus de Palud. 4. sent. d. 13. q. 1. Adria. in q. de Baptif. in 2. par. art. 5. vnde Rodolph. in q. 35. voluit, quod eleuare hostiam consecratam de terra in peccato mortali, est peccatum mortale, licet Sot. dist. 1. q. 3. ar. 6. verif. sed roges, eredit

illud esse opus maxime religionis, & virtutis,
 & adeo debent sacramentalia dignè tractari, ac re-
 uerenter, vt prohibitum sit tactis illa tangere,
 d. c. in sancta de consecr. d. hinc Gem. in c. ad
 eius adit. voluit licitum esse infirmis tangere sa-
 crata, vt liberentur ab eorum infirmitatibus, sicut
 fecit mulier, quæ sanguinis fluxum pariebat,
 Sulu. verb. oleum, Fuit tandem ductus Parochus
 suspensus per annum à cura:

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus potest dilationem concedere clerici debitoribus.
- 2 Episcopus potest condere statuta, habet merum, & mixtum imperium, & dicitur illustris.
- 3 Episcopi in eorum terris dicuntur Principes.

An Archiepiscopus Neap. possit concedere dilationem, clericis debitoribus ad soluendum eorum creditoribus triennalem, vel quinquennalem?

DECISIO XCVII.

Illustrissimus, ac Reuerendiss. olim Ordinaris Neapol. concessit cuidam clerico varijs debitis grauato, dilationem triennalem, vt non posset ab eius creditoribus infra dictum tempus molestari; quare iure dubitatum, an iure id facere potuisset: & dubitatur pro opinione negatiua. Primo, quia huiusmodi facultas concedendi supradictas dilationes non competit nisi supremis Principibus, superiores minime recognoscuntibus, iuxta sunt aperti in l. l. Quoties, & l. vniuersa, & ibi communiter DD. Cæd. prec. Imp. off. Bal. in conf. 123, vol. 4. Alex. conf. 13, nu. 4. & seq. vol. 1. Cucc. in tract. de morator. præscrip. q. 60. per tot. Rebuff. de liter. dilat. q. 16, nu. 7. & 17. post Alcia. in tract. de præsump. reg. 1, nu. 7. & supradicta regula canonizata est in c. vniuersa 23, q. 4. vnde Thesau. in dec. 186. noois scriptum reliquit, non licere supradictis Principibus has dilationes absq. rationabili, & legitima causa concedere. Secundo, quia Archiepiscopus non potest aliquid concedere in præiudicium tertij, c. fraternitatis de donat. Cum certum sit in iure, gratiam Principis semper esse interpretandam, vt iura tertij nõ leuantur, l. 1. ad quos à Principibus sine quid in loco publi. nec aius C. de em. anc. liber. & non dubitatur, quin ex supradicta concessione dilationis, leuatur ius tertij, cui minus soluere videtur, qui temp. solutionis ostendit, minus soluit ff. de verb. signifi. qui sic soluit ff. de solut. facit tax. in s. plus, & ibi lausilem Ias. & omnes Instit. de act. post Alban. in conf. 35, & 77. num. 4. & seq. vol. 1. Mandel. conf. 21, nu. 4. vol. 1. Nat. conf. 391.

Ceterum quidquid sit ex supradictis, contrarium fuit resolutum in posse. l. An. hiep. & quemlibet Prælatum obtinens iurisdictionem ordinariam, & actionem clericis debitoribus concedere de qua dicitur mirandum non est, siquidem Episcopus dicitur maior quoniam supremo Principe, &

omnis anima de censib. c. duo sunt 90. dist. & iurisdictione spiritualis, est maior temporali, c. solita de maior. & obed. facit tex. in c. eum iam nudum de preben. vnde cum Episcopi obtinent maiorē, nobilioremque iurisdictionem, quā Principes temporales, quibus cõpetit supradicta facultas; idem faciendū esse eisdem Episcopis competere supradictis accedebat Episcopos condere posse statuta, c. si de off. de glariè Bar. L. omnes populi col. 1. si de iust. & in Bal. m. launcos populos nu. 16. C. de sum. Trin. & fid. cath. & communiter Canonist. in cap. cum omnes de constit. vnde Bolog. conf. 4. quem referit, & sequitur Bombin. conf. 21. Rub. conf. 60. nu. 1. & seq. dicit, quod Episcopus habet merum, & mixtum imperium, & dicit Hostien. & Panor. in c. cū causa, il secundo, de iuram. calum. quod Episcopi dicantur illustres, sequitur Dec. & reliqui communiter in rub. de off. eius, Bur. vol. 1. con. 129. vol. 1. Scradet. conf. 6. num. 7. & seq. Episcopus dicitur maior Præfeco prætorio, in cuius locum hodie succedit Prorex l. C. de offic. Præfeco. Prætor. Leonard. in tract. de Magistrat. Regni q. 9. Surgent. de Neap. Illustr. lib. 1. c. 8. & Proregi non dubitatur quin competat supradicta facultas cõcedendi dilationes triennales seu quinquennales debitoribus contra eorū creditores petentes debita, secundum Ant. Fab. in dec. 3. C. de precib. Imp. off. Addebatur quoque pro confirmatione dictæ decif. quod secundum Bolog. conf. 91. Episcopi dicuntur maiores omnibus alijs Ciuitatis, vnde dicit Paris. conf. 141. nu. 15. vol. 4. quod dispositio Papæ excipiens Principes, includit Episcopos, cum in terris Episcopus ipse forum dicantur Principes, Rante quod tenet locum Apostolorum, e. quorum vices 68. dist. quare si Principibus laicis competit dicta facultas, tanto magis, & Prælati, & ita fuit resolutum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad reuisionem sententiæ requiritur, vt Principis expresse deroget rei iudicatae.
- 2 Principis rescriptum simpliciter concessum sine suspensioe, non retardat executionem rei iudicatae.
- 3 Potest Archiepiscopus concedere, vt iuris reuisionem sententiæ.

An Archiepiscopus Neap. possit sententiam latam à sua Congregatione cum eius Vicario, possit committere reuisionem eiusdem sententiæ dictæ Congregationi.

DECISIO XCVIII.

Sententiæ reuifio varijs modis de iure admittitur, inter cætera, quâdo post tempus datum ad appellandum Princeps precipit, vt de nouo cognoscatur, & iustitia fiat, Fab. de Am. conf. 23. vbi et præferitur quando nihil operetur rescriptum contra rem iudicatam, vel quando Princeps suo rescripto minime subreptio, mandat causæ ex integro cognosci, non obstantē tali sententiâ, scilicet, quæ transiit in iudicatum, Gabr. conf.

conf. 171. num. 47. lib. 1. nam claufula, ex integro, exponitur de nouo: vnde reuifionis iudiciū fubintrat, gloff. in 5. vit. inftit. de a. l. 2. C. fi ex fal. inftit. & l. admonendi ff. de iur. i. Ofaf. dec. 41. num. 6. & feq. Alex. conf. 94. vol. 1. Dec. conf. 198. nu. 4. Menoch. de arbit. iud. caf. 7. 01. nu. 47. cum feq. Mari. Anguifol. conf. 229. & Burf. bene declarat conf. 305. in fi. vol. 3. vel quando Princeps concedit audientiam ad præfcriptum, auct. quæ fupplicatio C. de precib. Imp. off. vt proximè dicebamus, vel quando fuperior reformat fententiam latam ab eo, cuius confcientie commiffa est caufa, Rebuff. tract. de adiunt. glo. 2. fanè cum alicuius confcientie commiffa est caufa, & in eam expediens, non potest appellari, nec aliter oppugnari, nifi adito fuperiore in cafu grauiffimi præiudicij, vel notorie iniuritie, quam reuideat per fe, vel alium delegatum, & reformet, glo. in c. statutum 5. a. ff. de re. fcrip. in sexto, Menoch. de arb. iud. q. 8. nu. 17. & 41. iuncto conf. 134. n. 4.

Sed ad hoc, vt reuifionis huiusmodi beneficium concedatur, quatuor requiruntur.

1 Primum, quod Princeps deroget expreffim rei iudicata, Iaf. in Leaufis col. 1. C. de tranfact. & Boif. late in tit. fi aduif. rem iudic. in praxi criminali.

Secundum est, quod ad reuifionem non procedatur, nisi exequutio fit tractabilis, alioqui cessare præfcriptum legis, & sic cessare gratia reuifionis, Peregr. in puncto conf. 79. nu. 10. & 11. vol. 2. vbi interpretatur locū, Nau. c. 68. Mediol. interim vero victor exequens grauat onere fideiubedi de reftituta re habita in exequutione iudicati, d. auct. q. fupplicatio C. de precib. Imp. off. vnde increbuit vfas illius claufula (parito prius iudicato) quæ intelligitur conditionaliter, quando adest res iudicata, Rot. Ro. dec. 100. in fi. p. j. in nouif. Ad Ego, quatenus durat annale tepus, quia post annum, nõ fit executio absq. noua citatione, & sine renouatione licentia, Bal. conf. 35. lib. 5. Cui. Pap. dec. 3. 4. Spec. de execut. fent. 6. videndū in fi. Imò nec fufficit depositum, quæ appellatit mufcale cum fideiuffione in forma, Benin. dec. 6. Bono. 77. neq. conceditur audientia, ante fententiam exequutione quæ liquida fit, Nat. c. 6. 75. Sola ad Nou. decret. Pedem. tit. 18. gl. 5. Imò Principis fcriptū simpliciter concessū sine fupercédia, non retardat exequutionem rei iudicata, Afif. dec. 358. Pafet. conf. 58. Thob. Non. c. 6. 42. & 63. Rim. Iun. c. 6. 43. Menoch. de arb. iud. q. 70. n. 23. Benim. decif. Bon. 78. Valaf. dec. 51. & in dominio Mediolani, vltra exequutionem fieri oportet depositum centum aureorum, quando postulat reuifio ordinationis, Senatus, vt in nou. conf. 6. potest tit. de Senator.

Tertium est, quod in reuifione de gratia, non est exprimenda qualitas repugnans in doli Principis, & excellentie iudicantis, veluti iniquitas, vel dolus, sed vel circumuentione aduersarij, vel negligetia, aut error proprius, l. Præfcti ff. de minor. & Azo. in sum. C. de fent. præfct. prator. Valaf. d. dec. 51. nu. 56. cum feq.

Quartum, & vltimum est, quod non versemur in casibus, in quibus regulariter denegatur reuifio, quos ad nu. 13. refert, & declarat infigner Valaf. d. decif. 51. quo studiosum remitto lectorem;

& tres effectus reuifionis de gratia, vide penes Ioa. Bapt. Coft. de remed. fubfid. c. 23.

Redeido igitur, vnde digressi sumus, dico fuisse decifum, posse Archiepiscopū Neap. concedere, vt iterum reuideatur fententia, cuius decif. ratio est, quia locorum Ordinarij dicuntur Principes, c. oēs Principes de maio. & obed. & folus Princeps in subsidium per viā gratia huiusmodi res cedere pot. Salic. ad Lvt. C. fent. refcin. nõ poss. Bal. Franch. & Dec. in c. fia nobis de appell. Afif. in tit. que sint regal. in princ. n. 99. cū adduct. per Contard. ad Lvti. q. 8. n. 28. & feq. C. si de momen. poss. ff. Introdūctum nāq. fuit hoc remediū, tam ad frenidam iniquitatem iudicantiū, & ad corrigendam eorū imperitiam, quam vt nouis probationibus veritatis lumen splendidum fiat, lper hanc C. de temp. appel. quam leg. Cyn. vocat liliū inter spinas, & vt caufarum merita, atq. iuris defensionis, quæ in præcedentibus inftantijs nõ potuerunt refolui, adhibitis quandoq. peritioris patronis, qui melius nodos, atq. enigmata legū foluant, quam forte primi fecerint, veritati, & magis consumato iudicio locus esse possit, Theff. decif. 246. nu. 4. vbi viterius obseruauit, dari etiam reuifionem aduifionis, contra nonnullorum traditionem, præfctim Afif. decif. 231.

Obiter est notandum, quod caufa reuifio simpliciter concessa per Principem, vel per Senatū, intelligitur feruatis feruandis, nimirū ordinibus statutorum, imò de pactorum, Afif. conf. 281. nu. 16. vol. 2. & viterius quod reuifionem petens, fit bonæ famae, nec solitus dicere nisi veritatem, Rim. Iun. conf. 769. num. 10. vol. 7.

S Y M M A R I V M.

- 1 Fides facit fidem, quando sumus in casu in quo sufficiunt probationes leuiiores, & concurrunt admnicula.
- 2 Presumptio vera possessionis, ex malis colligitur.

Fides an faciat fidem, in casu quo sufficiunt leuiiores probationes.

D E C I S I O X C I X.

1 **P**luries fuit resolutum in Cur. Archiep. fide facere fidem, in casu quo sufficiunt leuiiores probationes, & concurrunt admnicula, & moti fuimus ex dec. Rot. in vna Capellanij Bergom. 21. April. 1611. coram Pirovano, cuius tenor est videlicet. Pro Ambrosio fuit resolutum dandum esse mandatū de manutendo, quia de eius possessione Capellaniz, de qua agitur, fufficienter constat hodie, & retinenda inftit. de interdict.

Probatur, n. possessio ex fide lictoris Eccl. sig. in qua sita est Capellania, quæ datur in summano nu. 2. quæ regulariter, & si fidem non faciat, cum sit scriptura infortis, & attestatio de preterito Instrumenta, l. rationes, l. x. p. l. C. de prob. l. nuda ff. de donat. l. inter cartulas C. de conuen. h. fi. debitor. lib. 10. tamen in casu de quo agitur, cū sufficiant leuiiores probationes, videlicet vnus te-

his, etiam minus idoneus, & presumptiones, Dec. conf. 61. nu. 4 & fuit dictum in Mediolan. referuat. tionis 28. Iunij 1597. coram bon. mem. Giffio. ac etiam plura concurrant adminicula, sufficienter probare, voluit Bal. in Instrumenta C. de probat. l. in conf. t. 19. col. vlt. vers. quia primo lib. 1. Cra. uct. de antiq. temp. p. t. 9. vlt. de verbis in fexto, fuit dictum in vna Romana exunctionis census inter impref. vlt. 1. par. diuers.

- Primum deducitur, quod ipfemet Ambrosius
1. Missas celebravit, nec fructus pro mercede celebrationis factæ ad Altare S. Michaelis denegati fuerunt per fictuarios bonorum capellæ, vt in sumario nu. 3. per quam declaratur, quod non incedebat pro futuro respondere aliquos fructus, Hac n. per se sufficiens cum animus circa priuationem non attendatur, nisi præsupponatur habitus possessionis, l. decem ff. de solut. & fuit confideratum in vna Seguntina fructuum 19. Sept. 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio. Accedebat mādatur præcedens Vicarij Bergomi. de traden. possessione cum responsione fructuum, præsentatio per illos de Pisonis ad hanc Capellaniam, institutio per Vicarium facta, ex quibus bene coloratur, & augetur præsumptio vera possessionis, Thefaur. decis. 260. in fi. cum allegatis ab eo.

S V M M A R I V M.

1. *Causa proxima est attendenda in homicidio, & talis est, factum sufficienter directum in mortem, vel mutilationem.*
2. *Testis post probationes receptas in causa criminali, non dicitur causa proxima mortis.*
3. *Adulter, si se defendendo, alium occidit est irregularis.*
4. *Clericus adulter, ob cuius suspicionem maritus occidit uxorem, est irregularis.*

Causa proxima, & remota quæ dicatur, ad effectum quod dans causam homicidij sit irregularis?

DECISIO C.

Sæpius vidi dubitari in Curia Archiepiscopi, quæ dicatur causa proxima, quæve remota, ad effectum, quod præbetur causam homicidij sine irregularitate: Propterea cõgruum mihi visum fuit in hoc loco inferere hanc explicationem. Vnde in primis est animaduertendum, clarissimam esse iuris conclusionem, quod dans causam homicidij efficitur irregularis, vt probat tex. expressus in c. de cetero, & ibi communiter omnes de homicidio: verum quando Doctores ibidem, faciunt mentionem de causa, intelligendi sunt, loqui de causa proxima, non de illa remota, prout est iuris interpretatio relata in l. vlt. ff. de aur. & arg. leg. latissime Tirac. in suo tract. cessante causa, limar. 22. per tot. Menoch. cens. 403. vol. 3. Rolan. conf. 23. vol. 1. Causa enim remota, non habetur in consideratione secundum d. c. f. Kuban. 42. vbi infert ad regulam, quæ causam damni dat, damnum

dedisse videtur l. manumissione ff. de iust. & iur. q. non procedit in dante causam remotam, sed tantum in proximam. Hinc Artama. in conf. 16. voluit, quod l. nihil interest ff. de scar. disponens, q. nihil interest, an quis occidat, vel causam mortis præbeat, non vendicat sibi locum contra præbentem causam remotam, sed proximam tantum. Quæ autem sit causa proxima ex mente Nauarr. in suo manual. confess. cap. 27. num. 10. & 209. est dictum, vel factum sufficienter directum in mortem, vel mutilationem: sequitur idem Nau. cõf. 20. de homic. in nouis, Ledesma de irregul. q. 26. ar. 2. Henric. lib. 14. cap. 1. §. 1. de irregul. Sair. in Thef. cas. conf. lib. 7. c. 1. n. 3. dicitur autem sufficienter directum, quando ad illum finem dirigitur intentio dicentis, vel facientis, vel supæie naturæ: idem Nau. ex qua conclusione t. c. firmata, inferrebamus ad nonnulla prædicabilia.

1. Et primo, quod non est irregularis testis, post alias probationes receptas, cuius dictum non fuit causa sententiæ mortis, nec vt citius illa fuisset illata Sair. dec. 1. de testib. Balb. dec. 63 & ratio est, secundum Nau. quia dictus testis, non censetur dedisse causam proximam, quia Iudex non fuit motus ad ferendam penam ex eius dictis, nec ad citius suspendendum, quem suspendisset etiam absque suo dicto, per ea, quæ tradit idem Nauar. d. c. 27. nu. 21. & propterea dicebat glo. magna, & communiter recepta in c. de cetero, de homicidio, quod non omnis causa, sine qua non sequere retur mors, nec mutilatio, sufficit ad incurendam irregularitatem, quia oportet, vt sit propinqua.

Inferitur secundo, quod Iudex, absq. ministri, & officiales iustitiæ concurrentes in homicidio iniustus, vel membri abscissionem iniustam, tamquam causa propinqua sunt irregulares huius speciei vnde Iudex, qui prætexi publicæ autoritatis occidit illicitè, vel ob causam leuiores damnat iniuste ad mortem, vel ad grauem penam, ex qua reus iniuste mutilatur, fit irregularis huius speciei, Nau. d. cap. 27. nu. 22. vers. 1. & Henric. lib. 14. cap. 1. §. 5. & qui in bello iniuste pugnat, si aliquis occidatur. ex Nau. vbi supra num. 224. & Henric. d. cap. 14. §. 5. quæ omnia ex se facta sunt manifesta, & communiter ab omnibus asseruntur.

Tertio inferitur, adeo esse verum, id, quod supra diximus, quod ad illum finem intentione dicentis, secundum Nau. in conf. 11. de homicidio ille clericus, qui mæbat in quodam Castro coram militibus custodiis eius, dixit suis socijs, quod vnus triu fratru qui intrauerat illuc, erat de focietate quorundam qui ob peccatum nefandum fuerunt combusti, & cum id peruenisset ad Præfectum, interrogatus ab eo, an verum esset, quod dixerat, Resp. quod sic, quia si ille postea condēnatus ad mortem, non efficitur irregularis, & ratio secundum eum in loco citato, quia illa verba, nõ induxerunt causam proximam, & præfatus clericus non dixit præfata verba in fine, vt ille frater caperetur, & occideretur, & licet posuit illa dicere ad admonendum socios, vt cauerent ab eo.

Quarto inferitur, quod clericus qui reum capit inquisitum de capitali crimine, & iudici tradat, erit irregularis sequuta morte, quia censetur de-

effe caufam proximã, ita Soc. in c. ad audientia n. 52. & 53. de homicid. Angel. verb. homicidium n. 2. nu. 6. Summa Confeff. lib. 2. tit. 1. q. 47. Summa Corona tit. de irreg. nu. 7. verf. notandum tamen, Couar. in clem. fi furiofus par. 2. §. 5. nu. 3. verf. 10. de homicid. & Henric. d. lib. 14. cap. 12. §. 8. Mal. lib. 2. c. 7. no. 1. de irregul.

- Quinto inferitur ad conf. Nau. 33. de homicid.
- 3 vt irregularis fit qui domum ingreffus a1 adulate randum, fe defendendo alium occidit, & ratio eft fecundum eundem loco citato, quia qui vadit ad adulterandum in domo aliena, & adulteratur in ea, facit actus illicitos ordinatos ad occifionem, fua pte natura, lege, confuetudine, vel maritorum propenfione confuetã mala, vel bona, & reperiunt in ea, occidat maritum peccat, & irregularis efficitur etiam, fi cum tanto moderamine fe defendat, quod fi alio in loco, non præmiſſis ſimilibus actibus illicitis inuafus occideret, à peccato, & irregularitate excufaretur.
 - 4 Sexto inferitur ad conf. eiuſdem 35. eod. tit. de homic. vt irregularis fit clericus adulter, ob cuius ſuſpicionem, maritus ita vxorem percuffit, vt aborta fit, & fi poſtea obtinuit beneficium conſulendus eſt Papa.

S V M M A R I V M.

- 1 Dum reus perſiſtit in negando, vacua remanent inditia.
- 2 Probationes etiam ſi eſſent concludentes ad eandem nandam, ſunt debilitate ob negationem delicti, & perſeuerantiam in negando.

Torto perſiſtente in negatiua, quid agendũ?

DECISIO CI.

- P**Luries fuit reſolutum in Curia Archiepiſcop. reum in tali caſu eſſe abſoluendum, ex regula iuris, quod cum perſiſterit ipſe reus in negando, euacuata penitus remanent inditia, ita Alberic. de Roſ. in l. edictum ff. de queſtionibus, Aret. in tract. de malef. in verf. compariuerit dicti in quiſiſu, & negauerunt Cepoll. conf. 32. Ruſſici Vicentini, vbi ſubdit ita vidiffe obſeruari
- 3 Veronã: nam per huiusmodi tormenta, & perſeuerantiam in negando delictum, etiam ſi contra inquiſitum, eſſent concludentes probationes ad eandem nandam, debilitate, eueruaturq; remanent, & magis verum videtur, quia negatur per inquiſitum magis ſcienter veritatem, Hypopolit. de Marſal. in ſingulari ſuo 162. quod nolui, poni, & reſert. ſequiturq; Gram. conf. crim. 64. nu. 10. ita Alex. in l. reperi ſſe de quaſt. Boer. decif. 163. nu. 12. Gram. dec. 8. nu. 9. Viui. dec. 143. vol. 3. & Magon. decif. Rot. Lucen. 89.

S V M M A R I V M.

- 1 De iure communi, licitum eſt mutare tormenta, ſi quis eſt leuiter, & modicè tortus.

- 1 Index non tenetur in ſindicatu ratione mutationis torture.
- 3 Tormentum ignis, non eſt inſolitum.

Tortura, an mutetur in Curia Archiepiſcopali?

DECISIO CII.

- D**E iure communi poſſunt mutari tormenta abſque ſcrupulo aliquo, duplici ratione, veluti ſi quis exſuſſeſſet, leuiter, & modicè tortus, quia tunc proprie tortus nõ diceretur, ſicut leuis febricola, non dicitur febris, teſte Matth. Brun. conf. 6. nu. 7. immo ſic tortus, nullatenus quidem dicitur eleuatus à terra, ſed territus, vt per Brun. ibi nu. 6. & ita non ſemel tantum obſeruauit Sacra Regia Audientia Barenſis, & poſſimum in perſona Ioannis Moralei de Terra Medaneſe anno 1590. licet, & malè Ang. in l. ita apud §. quaſtionem in verf. leuis territus ff. de iniur. & Carald. de Boncopagn. in tract. de ſindic. nu. 102. aſſertant contrarium, quod confeſſio tuc facta per malefactorem, dicitur metu tormentorũ extorta, & ſic licita eſt mutatio ipſa tormentorum ſecundum Bal. in Loſſeuare C. quando prouocare non eſt neceſſe, & l. ob qua vita ff. de adil. edict. & ſerioſus quidem Gram. decif. 34. num. 56. & Marſ. ſuper tit. ff. de quaſtion. in princip. ſub num. 55. vbi proſere magnum verbum, ſcilicet Iudicem ex mutatione tormentorum, nõquam teneri in ſindicatu, ſic ergo ratione modicè torture, cum de ea nulla admodum habetur ratio, exiſtit licita mutatio. Ipſa inſuper mutatio eſt inſolita licita, ſi reus appareret dormire in tormentis, illa contemnendo; Nam teſte Boſſ. in ſua pract. in tit. de tort. num. 39. ſunt conſideranda omnia inſtrumenta ad torquendum, vt illis vtiatur Iudex: dummodo non ſint inſolita tormenta, & inter reliqua tormentum ignis, non eſt inſolitum, quoniam Francif. Brun. in tract. de indic. & tortu. in verf. ſexto principaliter quaero illud, Inter cetera tormentorum genera enumerat nonnulla certæ qualiſtatis, & modiſicationis, exempli gratia, cum datur ignis in pedibus malefactorem debent vnigi larũ, & toſionem, & aliquando debet interponi tabella; mentionem faciens de his, quæ in omnibus Curijs in vnuerſali extat: Curia tamen Archiepiſcop. obſeruat non mutare tormenta.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura non debet repeti, niſi nouis ſuperuenientibus indicis.
- 2 Si reus leuiter ſit tortus, nec poterit iterum torqueri.
- 3 Tortura repetitur in Curia Archiepiſcopali, cum apparet, tortum euaiſſe tormentum.

Tortura an iterari poſſit, vbi apparet tortum illuſiſſe tormentis, illaq; euaiſſe per aliqua medicamenta?

DECISIO CIII.

Fuit dubitatum in Curia Archiep. Neap. an si appareret tortum illiusse tormentis, illaq; per varia medicamenta sumpta euasisse, puta per summationem alicuius poculi, vulgo (addohio) possit iterum torqueri? & dicebatur quod licet de iure cautum sit, aliquem regulariter pro primis inficijs semel debere torqueri, vt tradit Alexand. conf. 5. lib. 1. & Boss. de tortur. sub num. 42. & de communi testatur Clar. in pract. crimin. s. 1. q. 64. vers. vit. vnde dicebat Boss. dict. tit. de tortura num. 44. nunquam se vidisse quemquam vltra trinum vicem tortum esse, nisi à carnificibus. Referenda est, & temperanda tortura illatio, vt dixit Bald. in l. data opera C. qui accus. non poss. & in l. quoties C. de naufrag. lib. 10. neq; ad eius repetitionem deueniri debet, nisi superuenientibus nouis inditijs, vt iure communi canetur, teste Din. in l. repeti ff. de quaest. que m. communiter sequuntur Doctores, vt refert Alberic. in rub. C. de quaest. lib. 8. & Alexand. dict. conf. 5. tamen supra dicta regula limitatur, nō procedere superuenientibus nouis inditijs contra eumata Dyn. in l. 6. C. de quaest. Ioan. Andr. post Odo. in regul. contractus de reg. iur. & Bal. in repet. l. vnica. C. de confessis, & ample discursit Viui. opin. 1000. lib. 3. Rimin. Iun. conf. 395. in presenti casu num. 31. cum alijs seq. vol. 4.

Imō etiam si reus ipse leuiter fuerit tortus, non possit iterum de iure torqueri, nisi alia noua superuenerint inditia, Bal. in l. 2. C. quorū appell. non recip. & licet Mag. Cur. Vic. per cap. Regni habeat præminentiam torquendi, ex processu informatiuo, & sic etiam facta Regia Audientia Barenfis, ex privilegio tamen, præminentia ista intelligitur de vna vice tantum, non autem de iteratis vicibus, vt ait Gram. conf. vnicō nu. 64. in fi. decif. & hoc procedit quoq; in crimine exceptuato, & sic quantumuis enormis, vt in eo requirantur solennia indicia Angel. de mafic. c. 3. n. 26. Verum Curia Archiep. censuit posse repeti torturam tunc, cum apparet tortum, euasisse tormenta per medicamenta, Boer. decif. 163. & Ant. Fabian proprijis terminis dec. 3. C. de quaest.

SYMARIUM.

- 1 *Falsitas apocæ in vno caroleno, non meretur punitionem, propter modicitatem rei.*
- 2 *Pena imposta pro vulnere, non habet locum in vulnusculo.*

Falsitas commissa in re parua, puta vnus carolensis an sit punibilis?

DECISIO CIV.

Fuit resolutum absque vlla disceptatione in Curia Archiep. quemdam clericum cōuictum, & concessum de falsitate apocæ sub prætextu quod licet in reliquis dicta apocæ

fuisset vera, tamen in vno caroleno fuit inuenta falsitas, non esse molestandum, de qua decisione non est mirandum propter paruitatem materiae, cuius causæ nonnulla in iure permittuntur, quæ alias denegarentur, probatur in l. scio ff. de integr. restit. vbi de minimis non curat prætor, & ideo glo. in c. pen. in glo. 1. de rescrip. citando d. c. re vera ait pro modico, nec plus, nec minus. Similiter glo. in probe. decretal. in glo. vltim. ea est ratio, quod parum, & nihil acquiparantur cap. multa de præben. cap. licet causam de probat. ibi nulla, aut modica, & Bald. in auth. præterea C. vnde vir, & vxor, dixit quod paruis, seu modicus defectus, non vitiat actum, vt nec leuis solemnitatis omissio obest, ibi Bar. & glo. in cap. nostratis 30. quaest. 5. sic in omni delicto, etiam doloso, si minimus sit excessus, delictum dicitur leue, Abb. conf. 25. lib. 1. in 3. dub. Hinc fabricans falsam monetam, qui punitur pena mortis, non puniuntur si fabricauerit bugatenos non vsuales in Ciuitate, quia minima, & minuta non veniunt in pena mortis, Alex. conf. 104. statutum loquens in fin. num. 7. vers. præterea vbiunque lib. 7. Cepoll. conf. crim. 77. sic pena in vulnere, non habet locum in vulnusculo, Alex. d. conf. 104. circa fin. Vbi Apostill. in verb. vulnuscolum; sic modica cutis scissura cum modico sanguine, non est vulnus, Alexan. conf. 100. visis inquisitione num. 8. vers. licet ergo, Castr. consil. 377. versic. quantum ad illa colum. 1. in fin. lib. 1.

SYMARIUM.

- 1 *Emptor tenetur soluere laudemium, si de hac re certioratus fuit à venditore.*
- 2 *Quando venditor rei emphyteuticæ hypothecauit bona immobilia sufficientia inspecto onere laudemiorum debitorum, tunc neq; cogi venditor ad rem liberandam.*
- 3 *Alienus rem emphyteuticam, vt liberam, emphyteuta potest agere contra alienantem, vt eam liberet ab onere hypothecæ.*

Vendita emphyteusi, pro libera ab omni onere, an extendatur ad onus laudemij?

DECISIO CV.

Quidam vendiderunt emphyteusum pro franca, & libera ab omni, & quocumque onere; cum que emptor reperisset se obligatum esse ad solutionem laudemij conuentus venditor in Curia Archiepiscop. (nam erat clericus) vt prædictum emptorem ab huiusmodi onere eximeret; fuit dubitatum quid iuris? Dicebatur propterea in fauorem venditoris, laudemij solutionem esse onus, & conueniret prædictam conuentionem vendicare sibi locum, etiam ad onus laudemij, ex latè traditur per Butf. conf. 161. num. 35. vol. 2. Menoch. conf. 297. nu. 1. vol. 3. & conf. 297. nu. 7. Odd. conf. 4. num. 1. vsque ad nu. 3. vnde tale onus sequi possessorem, voluit Io. Bapt. de Thoro in compen. decif. Neap. ver. laudemium. Tum maxime concurrentibus illis

illis verbis, (omni, & quocumque) quae sunt vniuersalia, & omnimodam generalitatem includunt, quae alios regulares minimè includeret, ut de vniuersali docet Hieron. Laur. dec. f. Auention. 110. num. 1. & decis. 124. num. 3. & de vniuersali quocumque probat Sococ. conf. 15. num. 3. vol. 1. Alex. conf. 95. num. 6. vol. 7. Castald. dec. 4. num. 2. Rim. lun. conf. 61. num. 2. vol. 1. Gigas in tract. de pention. q. 9. nu. 3. & q. 56. num. 1. Alciar. conf. 89. nu. 2. laf. conf. 124. vol. 4. Olachi. decis. 49. num. 9. Boera conf. 10. nu. 13. Gioff. conf. 208. vol. 1. Nepit. in consuet. Catin. pag. 110. nu. 2. Goni. f. in Reg. Cancell. de annal. post. q. 3. in princ. & maxime quae dicta verba geminatè concepta leguntur: vnde 3 efficaciter aliquod debet fortiri, ex collectis per Masc. ar. in tract. de prob. conf. 338. vol. 2.

Ceterum quidquid sit supra dictis, contrarium fuit resolutum, ut talis conuentio ad onus soluendum laudemium extendatur. Tum quia laudemium soluitur ex natura contractus emphyteutici, secundum Burfat. conf. 161. nu. 35. vol. 2. Surd. decis. 37. nu. 6. Gratia. disp. 377. num. 2. Decian. conf. 2. n. 44. 46. 50. & seq. vol. 4. Menoch. de praesump. lib. 3. praesump. 101. num. 9. Tum quia laudemium non causatur ex facto venditori, vel eius auctoris, sed ex legis ministerio, vel elicitur ex l. f. c. de iur. fed. quae adstringit emptorem rei emphyteuticæ ad soluendum laudemium ob consensum ipsius domini, & nouè inuestituræ, ac immisionis in possessionem emphyteutis. Tum etiam, quia dicta conuentio potest rigit suos effectus, quoad onera existit à tempore contractus, l. quarto §. inter locatorem & locat. Laudemium autem debetur perfecto contractu alienationis emphyteutis, ratione nouè inuestituræ à Domino facientis, vel elicitur in d. l. m. & ibi vna voce DD. vnde multifariam ad onus laudemij verificatur.

Hæc autem opinio limitari potest tribus modis. Primo, si esset facta per venditorem certioratio, rem subesse oneri soluendi laudemium emptori, quia illud soluere teneatur ex Sfort. Orl. d. d. cõf. 4. nu. 8. 21. 22. & 23. vbi propterea in fert certiorationem ipsam probari ex pacto expresso in introitu contractu venditionis cum onere soluendi ius laudemij ex ipa venditione emphyteutis, ac etiam præsumptiue, eo quia qualicet emptor præsumitur scire qualitates rei, quam emit, an sit emphyteuticaria, vel allodialis, aut feudalis, & sic de similibus, ut docet idem Sfort. Orl. in d. conf. 4. sub nu. 27. alias deficiente certioratione, dicitur venditor in dolo, & contractus dicitur ipso iure nullus, Port. inter cons. Faran. 276. nu. 1. & 4. sed contrarium tenet ibi Faran. com. probans eius sententiam ex tribus Rota. decis. cum quibus accedimus.

2. Secundo, quando alienans, seu vendens rem emphyteuticam, hypothecauit in contractu alienationis, vel venditionis bona immobilia summienda, inspecto onere laudemiorum debiturum, vel præstitit cautionem fideiussoriam in demeritis emphyteutæ emptori, in casu molestiæ inferendæ pro dictis laudemij, quia, quæ acquirit præfite cogi regulariter ad ipsam rem liberantem, In triglot. conf. 30. nu. 41. vbi processus hæc esse ma-

gis communem opinionem, Bolog. conf. 31. nu. 13. in fi. quam salentiam, ceterus censensus habere efficaciam quatenus onus laudemij est condicionalis, sedus autem si esset purum, quia opinor quod statim potius compelli ad rem emphyteuticam penitus liberandam, atq; disobligandam ab ipsi oneribus, ex Bolog. d. conf. nu. 14. Vinc. de Franch. decis. 100. nu. 15. Turret. conf. 67. nu. 8. & 14. vol. 3. maxime si lis est mora, vel iminet cuiuslibet in limine contractus, Ciurb. decis. 100. n. 30. Port. inter cons. Faran. 176. nu. 9.

3. Tertio, in alio onere laudemiorum debitorum super emphyteuti ex causa aliarum præcedentium alienationum eiusdem rei emphyteuticæ factarum alijs personis, quo casu stante alienatione facta, non nouo emphyteute ipsius rei, tamquam franca, liberæ, ac ex pedite ab omni onere, potest ipse emphyteuta agere contra alienantem, ut eam liberet ab onere hypothecæ inductæ ex causa ipsorum laudemiorum, etiam si molestiam non patiarur, ex tex. rotundo Lex prædij, & ibi gloss. Bal. nu. 6. ac Salic. C. de eu. l. c. fuer. conf. 298. nu. 14. In triglot. conf. 30. nu. 28. & seq. Bolog. conf. 31. nu. 2. Ioan. Gut. lib. 2. præf. q. ciuil. in quæst. 169. nu. 3. qui nonnullos cumulat, Ciurb. decis. 100. nu. 22. qui in fert hanc exceptionem nec non liberè admitti contra creditem ex sequentem instrumentum, non obstante pacto de non opponendo, & iuramento.

S Y M M A R I U M.

1. *Credendum est libro Aromatarij, etiam non exhibitis receptis.*
 2. *Libri Aromatariorum singulis annis residentur, & recognoscuntur.*
 3. *Libri facti pro scribente, quando nulla adest suspicio, agunt de modico præiudicio, administratio consuetudo, continet d. a. & accepta, & præcipue cum iurant scribentes de fideliter extendendo officium suum.*

Libris Aromaticum, non exhibitis receptis, an sic credendum. 2

D E C I S I O C V I.

Fvicuentus in Curia Archiepisc. clericus ab Aromatario ad soluendum nonnulla medicamenta, ab eodem recepta: Propterea fuit oppositum à parte clerici, ut exhiberet Aromatarius receptas Medicorum, quas ipsi solent feruare ad videndum, & ut appareret in quibus tum esset debitor. Pro parte Aromatarij exhibebatur tantum liber; fuit dubitatum an debeat fides adhiberi libro, receptis non exhibitis, & dicebatur, quod libri prædicti non faciunt fidem, secundum Gram. in conf. 83. post Anchar. in conf. 388. num. 11. & assert. rationem, dicens personam Aromatarij esse priuatam personam, officium habet de publico, ideo non est mirandum, si non adhibetur fides libro, ad notata in l. quædam

§. 1. ff. de eden. in l. admonendi ff. de iur. in. in l. nuda ff. de donat. & in authent. & si contract. C. de fid. instrument. cum concordant.

1 His non obstantibus, fuit per dictam Curiam contrarium iudicatum, & condemnatus prædictus clericus ad soluendum in totum, quod apparebat in libro, quæ decisio fundatur ex infra scriptis.

Tum primo, quia pro ea extat motus proprius Iulij Papæ III. pro Aromatarijs, mandans plenâ fidem adhiberi ipsorum libris, more mercantili, benè, & secundum statuta artis, vsque ad annos quinque, ac deinde nulla adhibeatur fides in iudicio, nec extra, nisi fuerint approbati per fidem Consulum pro tempore manu Notarij consularis dicte artis, quas facultates prius legiorum, & iurisdictionis Aromatariorum confirmauit Clemens VII. h. anno quinto eius Pontificatus 3. Kal. Ianuar. anno 1536. pro confirmatione incipien. Laudabilis in §. ac quod mandamus, vt libris, quos mercantili more, vel secundum vsum dicte artis Aromatarij tenuerint adhibeatur fides, iuxta formam prædicti motus proprii Iulij Papæ III. vsque ad quinquennium, sic præcisè testatus est inter ceteros, Scaccia post hæc edita. vltus lib. 2. de iudic. caufar. ciuile. l. 1. nu. 136.

Tum secundo, quia in hac materia attenditur consuetudo. san. creditur scriptura, ac libro priuato, e. cum dilectus ext. de fid. instrum. Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum vers. hoc quoque in fi. voluit Raph. Cum. in conf. 6. creditur in princ. vbi alij, consuetudinem tribuere fidem scriptura, Bal. in conf. 449. n. 6. vol. 3. Franc. Burf. in conf. 103. nu. 8. vol. 1. vnde cum consuetudo in casu de quo agitur sit plenè probata, cum suis requisitis, sequitur dicto libro credi oportere, cum præsertim talis consuetudo sit probata per octo testes seniores, qui alijs iunioribus quouscumque præferuntur, Modern. in l. cū quid. ff. si cert. pet. e. notuicamus 30. q. 6. p. l. h. r. Bal. in l. procurator C. de eden. & huiusmodi consuetudinem receptam esse in Regno Neap. textatur Borrell. conf. 82.

1 Tum tertio, quia singulis annis omnes libri eorum visitantur, recognoscuntur, & conspiciuntur per Regios Magistros. s. Protomedicos committere appellatos, penes quos iurant de benè, & fideliter eorum officium exercendo, quo iuramento stante, dictis libris plena debet fides adhiberi, argu. in l. quedam §. numularius ff. de eden. & in simili notat Innoc. in c. 1. ext. de fid. instrum. quia probant tanquam libri visi, & recogniti à personis publicis, d. §. numularius. Tantum enim abest, vt à Rege ipso conspici viderentur, dum per suos officiales conspiciuntur, leos in fi. C. de vsur. l. qui per alium ff. ne quis in ius voc. l. fin. §. deiecit ff. de vi, & vi arm. Liber homo ff. ad leg. A. qui.

Non obstat hos libros fidem non facere pro ipso scribente, lex exemplo, l. ratione C. de probat. cū similibus per Rom. ali. gatis in conf. 346. num. 2. Aretin. in conf. 43. quia responderet ex pluribus hoc minime obstat.

3 Primo, quia præfata iura procedunt, quando libri aliquo modo essent dicti suspecti, vt notatur

in c. ad audientiam vbi glo. Innoc. & ceteri, extra de præscript. Florian. de S. Petr. in l. census ff. de s. probat. sed in casu isto nulla adest suspicio, ergo absurdum non militat.

Secundo, tractatur de modico præiudicio, & de paruis pecuniarum quantitatibus debitis pro medicinis habitis, quo casu cum singulæ partitæ sine verisimilibus, & modicæ, liber pro scribente probationem faciet, Rip. in l. admonendi nu. 126. ff. de s. de iur. iur. Felin. in c. 2. nu. 24. de fid. instrum. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. nu. 5.

Tertio, fidem faciunt ipsi libri, cum admiuiculentur consuetudine iam dicta, Bar. & alij in d. l. admonendi.

Quarto, fidem faciunt, quia non solum dicti libri continent data, sed accepta, vnde non reprobantur Bal. d. l. rationes de probat. Ant. de Butt. in c. si. ext. de iur. iur. & Alexand. d. l. admonendi col. 6.

Quinto, fidem faciunt, quia tales libri habent ordinationes Medicorum, qui pro infirmi curatione hæc medicinas in libris positas ordinant, iuxta tradita per Doctores d. l. admonendi.

Non obstat id, quod primo loco in contrarium adduximus quod libris Aromatariorum nõ creditur p. conf. Anchar. & Gram. quia responderetur illud intelligi, quando consuetudo in contrarium non adest, & quando nõ continerit data, & accepta, nec contineret ordinationes medicorũ, & qñ non iurasset de legaliter, & fideliter exercendo, q. eo magis procedit cū de consuetudine generali in hoc Regno Neap. semper fuerit habita fides, & ad præsens etiam habetur libris Aromatariorum, vt voluit Foller. in Apollid. ad Robert. Marant. in Spec. aur. par. 6. act. 6. num. 44. & libri viuientium, rationum priuatorum, accedente consuetudine, pro scribente fidem faciunt, cum consuetudo faciat scripturam priuatam, censeri publicam, vt voluit omnes Scribentes in d. c. cum dilectus de fid. instrum. Aretin. in c. cum causam de prob. libris autem mortuorum bonæ vitæ, & sanæ, concurrente consuetudine, præstatio hæretur iuramento in supplementum creditur Bar. in d. l. admonendi, Bal. in l. fin. C. eod. Guid. Pap. in dec. Gratianopol. 44. t. & Boef. in decif. 105.

SVMMARIVM.

- 1 Delictum est gerere se pro clerico, cum talis non sit, & potest puniri pena arbitria.
- 2 Faciens se nobilem, cum non sit, incidit in crimen falsi.
- 3 Fingens se procuratorem fiscalem, cum non sit, punitur pena falsi.

Licet deferens habitum clericalem absque licentia Curie Archiepiscopalis, aponiatur, & qua pœna?

DECISIO CVIL

Praxis Curie Archiepiscopalis hæc est, vt licet, qui deuotionis gratia, vel alio respectu, clericatus

Jem habitum, absq; licentia dicte Curia deferunt, puniuntur arbitrio eiusdem Curia, de cuius obferuantia ratione, non est dubitandum, siquidem delictum est gerere se pro tali, cum non fit tale. 3. glo. in c. fi. in fi. de accus. vnde gerens se pro magistratu, cum non fit, pena legis Julia Maiest. tenetur l. 3. & ibi Ang. n. 2. ff. ad l. Jul. Maiest. Capic. decif. 130. nu. 21. Tiraq. de nobilit. c. 53. nu. 1. in fi. Gig. tit. qualiter, & à quibus crimen lese Maiest. committit. q. 22. nu. 15. & ad hoc facit tex. in Leos 4. sin. ff. de fals. per quem tex. voluerunt Doctores quod faciens se militem, vel doctorem, cum non fit, pena falsi tenetur, Bar. in d. Leos, & ibi Alberi. nu. 3. Felyn. in progem. decret. nu. 37. ad fin. vers. & idem est, Cassan. in consuet. Burgun. fo. 214. col. 2. num. 10. Bon. de Curil. in tract. de nobilit. par. 3. nu. 165. Tiraq. de nobilit. c. 53. nu. 2. & in proprijs terminis, faciens se clericum, cum non fit, punitur pena arbitraria, secundum Felyn. in progem. decret. nu. 28. Menoch. de Arbit. Jud. caf. 308. Tiraq. d. c. 13. nu. 14. vnde Bal. in l. data opera nu. 50. C. qui accus. non poss. voluit posse ad mortem condemnari eum, qui tamquam Comes Palatinus bastardos legitimari cum non fit Comes, vel tamquam Notarius instrumenta celebraverit, si non esset Notarius, & ad idem adduci potest decif. Guid. Pap. 42. in qua ille nobilis Rodolphus fecerat plures actus iurisdictionis, citare enim fecerat dominos parlamenti ad comparandum coram ipso, & ijs non comparentibus, multauerat, aliaq; plura fecerat, vt bene adnotauit Additionator litere, & casus decif. Franc. Marc. 23. par. 2. de laico gerente se pro clerico, nam fuit dictum esse puniendum: Hinc Tiraq. in tract. de nobilit. c. 53. nu. 1. dixit, quod faciens se nobilem cum non fit, vel incidit in crimen falsi, vel etiam in crimen lese Maiest. Supradictis accedit, quod vsurpans indebitum dignitatis locum, sacre legij pena tenetur, Bar. in l. 1. per illum text. C. vt dignit. ord. seruau. Bon. de Curil. de nobilit. d. par. 3. nu. 166. 3. in fi. tandem facit decif. Franc. Marc. 3. in fide eo qui fingendo se procuratorem fiscalem sub vmbra officij, & de nocte fieri fecit aperturam cameræ cuiusdam inuenis, dicitur quod videtur exercuisse officium magistratus, ad l. 1. ff. ad leg. Jul. Maiest. & pariter incidisse in poenam falsi, d. Leos ff. de falsis.

S V M M A R I V M.

1. *Opponens contra rescriptum quod sit subreptiuum, tenetur probare.*

Subreptio gratia, an sit probanda per fiscum; an verò per eum qui gratiam obtinuit, debeant iustificari narrata.

D E C I S I O C V I I I.

EXhibita gratia Apostolica per quemdam clericum in Curia Archiep. fuit opposita per Reu. Fiscum dicte Curia de sub-

reptione dicte gratia; quare fuit dubitatum, an subreptio sit probanda per fiscum, an verò per eum, qui gratiam obtinuit, & tenetur gratiam iustificare; fuit decifum huiusmodi onus ad fiscum spectare ex firmissima iuris conclusione, & excipiens cetera gratia, de illius subreptione, vel obreptione, tenetur probare, prout est tex. in l. fi. qñ C. de latronibus, & notant cõmuniter scribentes, in l. præscriptioe C. si contra ius, vel utilitatem publicam, & ibi præsertim Bellapert. in vltimis verbis, C. in. nu. 12. Bar. n. 2. & ibi Alex. in addit. l. E. & Ioan. Sicord. etiam num. 8. idem Bal. in l. puniri ad fi. vers. aut in eis, quod vitari C. eod. & voluit Rot. coram Serafino in vna Ciuitate, confituit. capellanis 20. Februarij 1589.

S V M M A R I V M.

1. *Ex præsumptionibus, & indicijs indubitatisimis, nemo potest condemnari, nisi neque plures præsumptiones conuincij possint ad faciendam plenam probationem si sint diuersæ speciei.*
2. *Præsumptiones sufficiens ad condemnandum ciuili-ter.*
3. *Index, ex indicijs vehementibus, potest condemnare ad poenam extraordinariam.*

Curia Archiepiscopalis, an condemnet ex præsumptionibus, & inditijs indubitatis.

D E C I S I O C I X.

Dubitationem faciebat tex. in c. asserit de præsumpt. vbi ex violentis, seu præsumptionibus potest fieri sententia, sequitur Monticell. qui alios refert in regula criminali 11. nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 94. nu. 3. Ioseph. Ludou. concl. 45. vers. declara.

Curia Archiepiscopalis nihilominus pluries tenuit, ex præsumptionibus, & inditijs, quamuis indubitatisimis, neminem condemnari posse, p. tex. expressum in l. assensum in princ. ff. de penis, Bar. in l. quod Nerua nu. 15. in fi. ff. de pos. Arct. in c. tertio loco n. 27. & seq. de probat. quibus accedit glo. in l. fi. in verb. vel inditijs C. eod. Gram. conf. 13. nu. 37. & Cacher. conf. 65. nu. 46. quod adeo verum est, vt neq; plures præsumptiones diuersæ speciei conuincij possint ad faciendam plenam probationem, Bet. conf. 189. n. 15. Cepol. conf. 82. nu. 17. Hippol. conf. 20. n. 49. Peguer. qui testatur de communi decif. 17. quæ conclusio locum sibi vindicat, etiam cum agatur de poena parti applicanda, secundum Boss. in tit. de conuictis nu. 10. post Alex. & Imol. in locis per eum relatis: Item siue agatur per accusationem, siue per inquisitionem, Ann. conf. 59. col. 2. in fi. & procedit quoque tam si causus criminalis esse magna, quam parua, Boss. loc. cit. nu. 13.

Ratio verò principalis conclusionis depromitur ex l. fi. C. de prob. quæ est canonizata in c. fi. de conuictis 2. quæ sit. vbi in criminalibus, non ex præsumptionibus, & inditijs, sed ex clarissimis probatio-

bationibus, & luce meridiana splendidioribus, reis infligenda sunt pœna, cum de hominis salute tractetur, & propterea exacta probatio requiritur, secundum Dec. conf. 415. nu. 1. Hipp. conf. 40. nu. 26. Gram. dec. 56. Thef. dec. 24. nu. 6.

- Non obstat text. in c. asserte de pœsumptionib. quia respondetur quod licet ibi ex violenta pœsumptione fuerit lata sententia, nõ tamen sit lata criminaliter, & ad pœnam, sed civiliter ad restitutionem rei, & propterea videtur quod pœsumptio violenta sufficiat ad condemnandum civiliter ad restitutionem rei, non autem criminaliter ad pœnam, & iste videtur communis intellectus ad illum text. secundum Farinac. de reo confesso q. 36. nu. 17. prout ita illum intellexerit ante eum Castr. in l. sciant nu. 4. C. de probat. Mat. testan. sing. 118. Sarmien. lib. 1. l. electarum interpretatio num. c. 1. nu. 8. Boss. tit. de partu supposito num. 31.
- 3 Limitauimus tamen, quoad pœnam extraordinariam, cum in iure sit communiter recepta, posse iudicem ex inditijs vehementibus, & valde grauibus condemnare reum ad pœnam extraordinariam pecuniariam quæ est mitior ordinaria, vt ex multis allegatis, tradit Farin. loc. cit. nu. 93. Ruin. conf. no. nu. 7. vol. 4. Menoch. de pœsumpt. q. 18. nu. 19. Boss. de par. suppo. num. 31. iuxta quorum opinionem censuit quoq; Rot. Lucenf. teste Merlin. dec. 53. & vide supra in dec. 73.

S V M M A R I V M.

- 1 Laicus qui furatus est bona Ecclesie, & capitur in eadem ecclesia, restituendus est etiam ab ecclesiastico Iudice ecclesia in qua capus fuit.

Quid obseruat Curia Archiepisc. contra delinquentes in ecclesia?

DECISIO CX.

IN Ecclesia Diœ. Mariæ Portæ Nouæ Cimitatis Neap. fuit repertus quidam laicus, qui nonnulla eiusdẽ Ecclesiæ suppellectilia furatus erat; quare ductus ad Curiam Archiepisc. fuit dubitatum, an pro præfato crimine potuisset eadem Curia, dictum laicum punire & dicebatur quod Cin. in l. præsent. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, in ea fuit opinio, quod laicus delinquens in ecclesia, non sit puniendus à Curia seculari, sed ab ecclesiastica, ratione loci commissi delicti, qui est de sua iurisdictione, cuius respectu debet fortiri forum ipsius ecclesiæ, iuxta text. in c. si de immunitate eccl. vbi Summus Pontifex mandat ecclesiasticis vt denuncient tales delinquentes in ecclesia, & eos non gaudere immunitate ecclesiastica, & ad idem extendebatur glo. in auth. item nulla C. de Episc. & Cler. quam commendat, & sequitur Castr. in l. 1. num. 9. C. eod. tit. Nam laicus delinquens in ecclesia, seu in ecclesiasticam personam, efficitur de foro ecclesiæ, & consequenter cognitio delicti criminis ad Iudicem ecclesiasticum spectat, sequitur Guid. Pfr. in decif. 562.

Thefaur. dec. 224. vnde Panorm. in c. cum sit generale sub nu. 27. vers. nec obstat glo. ext. de for. comp. tenuit qd quando laicus delinquit in ecclesia, puta ipsam violando, vel bona ipsius rapiendo, tunc ratione facilius puniatur à Iudice ecclesiastico, & propterea Decia. in tract. crimin. c. 17. limit. 4. sub nu. 34. ante medium, voluit dictum Cini in l. præsent. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, posse saluari in delictis ecclesiasticis, vt in surripiente res sacras, vel aliam è loco sacro, vel etiam in mistis, si Iudex ecclesiasticus præsent. seculari: Hinc est, quod Alban. in tract. de immun. eccl. nu. 17. quem sequitur Berret. conf. 68. in fi. & Rolan. conf. 24. vol. 2. dixit, posse delinquentem in ecclesia, tam per suum Iudicem puniri, quam per ecclesiasticum, & quod hoc casu detur accumulatio fori, Auster. de potest. eccl. reg. 4. nu. 21. & nihil mirum, quia pro eodem delicto, quis puniri potest varijs, diuersisq; pœnis, vbiunque ex eo resultat diuersitas delicti speciei, ita Bar. in l. Senatus ff. de accus. Abb. in c. fin. de immun. eccl. Grillan. de pœnis omnifariam coitus q. 1. nu. 3. Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 10. num. 18.

- 1 His præarratis, Curia Archiepiscopalis, iussit dictum laicum restitui, atque reintegrari in eadem ecclesia.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus potest punire clericum suum qui alibi deliquit.
2 Imponenda est delinquenti illa pœna quæ viget in loco delicti, non alia illa quæ viget in loco iudicij.

Curia Archiepiscopalis, an cognoscat de delictis clericorum subditorum extra Diœcesim commissis?

DECISIO CXI.

PRO opinione negatiua faciebat regula, quod vbi sunt commissa delicta, ibi puniri debent, l. 3. §. 1. ff. de re milit. & l. si cui ff. de accus. vnde dixit Bal. in l. 3. ff. de adopt. quod in iure statuum est, ne quis nisi vbi delinquit puniatur, & propterea in delictis sit remissio delinquentis, l. 1. & auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oportet.

- Curia Archiepiscopalis tamen contrarium renuit, posse scilicet clericum eius subditum alibi delinquentem punire, quæ decisio fundatur in notatis per Cin. in l. 1. nu. 5. C. vbi de crimine agi oportet, Bar. in l. 1. nu. 45. C. de summ. T. rinit. & fid. Cath. Ang. in l. si vacantia col. 15. C. de bonis vacantibus, Couarr. pract. quest. c. 12. nu. 5. Brun. in conf. 144. vol. 2. inter consil. feud. Bero. conf. 162. vol. 3. Petr. Foller. pract. crim. in verb. audiantur excusatores num. mihi 108. cum seq. & secundum hanc viam opinionem iudicauit Sacrum Consilium Neap. teste Præfid. de Franc. decif. 66. quod etiam approbatur Ioan. Koppen. German. q. 43. Jacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. c. 2. nu. 67. P. guer.

Peguer. dec. 87. meminit Capiblan. pragm. 8. nu. 271. cum feq. de Baronib. licet Senat. Pedemon. teffe Thefaur. decif. 90. approbauerit primam negatiuum, non obftante contrarijs, qui procedit, vbi in loco delicti eft diuerfa pena ftatuta, quam fit in loco iudicij; nam eft imponenda illa pena, quae viget in loco delicti.

S V M M A R I V M.

- 1 Affaffini dicitur qui pecunia conduci aliquem occidunt.
- 2 Vulnerans pro pecunia non dicitur affaffinus

An dicatur affaffinus, mandans vulnerate aliquem pecunia mediante, non fequuta morte, ad hoc vt fugiens ad ecclefiam, non gaudeat immunitate?

DECISIO CXII.

Affaffini pariter excipiuntur a constitutione Gregor. XIV. ne gaudeant immunitate ecclefiaftica: quare fuit dubitatum, an mandantes aliquem vulnerari pro pecunia, vt fequuta morte, dicantur Affaffini ad effectum, vt confugientes ad ecclefiam, illius priuentur immunitate; & ratio dubitandi erat pro opinione negatiua, quod non gaudent, ex conf. Alex. 166. circa fi. vol. 7. qui voluit, quod affaffinus dicatur etiam fi quis pecunia allectus promiffa aliquem vulnerare, & ad idem expenditur conf. Corn. 149. nu. 2. vol. 1. vbi voluit, fi quis per pecuniam vulnerauerit aliquem, dicatur proprie infidiator, & occifor eiusdem.

Contrarium verò fuit refolutum ex infraferiptis: Tum primo, quia fecundum Prob. Anchar. Franch. Gemin. & reliquos cõter in c. 1. de homicid. in 6. Affaffini dicitur illi, qui pecunia, aliove pretio conduci homines occidunt: vnde Bar. in l. non folum 6. fi mandato nu. 4. ff. de iniur. & in l. Cicero ff. de pen. Bal. & Salic. in l. non ideo minus conf. penul. C. de accus. Angel. in l. qui fepulchra C. de fepul. viol. Alexand. conf. 66. num. 1. lib. 7. & Menoch. conf. 360. num. 43. ex communi fignificatione intelligunt eum effe affaffinum, qui pecunia accepta, vel promiffa aliquem occidit, Decia. in tract. crim. lib. 6. c. 28. sub num. 18. verf. recepta tamen eft communis interpretatio Clar. in 4. affaffini in primis verbis, & Capic. dec. 155. num. 12. affirmat, quod affaffini vocantur vulgò illi, qui accepta pecunia promiffa, homicidia committunt, & quod vulgi interpretatio fit attendenda, vide Corn. conf. 249. sub nu. 2. lib. 1. qui dicit, Affaffinos dici, qui pecuniam accipiunt vel de ea recipienda conueniunt pro interficiendo aliquem, & Gram. conf. 9. nu. 1. cum feq. afferit, Affaffinum dici, qui per pretium, feu aliquo fibi dato deliquit, & nu. 2. subiunxit, per promiffionem factam alicui, vt delictum committat, dicitur esse commiffum etiam affaffini, Parif. cõf. 166. num. 3. lib. 1. qui comprobat vere illum dici

Affaffinum, qui pretio ductus, homicidium committit, Carrer. in pract. tit. de homic. 9. circa igitur tertium num. 3. offendit, quod Affaffinus dicitur, qui pecunia mediante, mandat occidere aliquem & nu. 2. nobis reliquit.

- 3 Tum fecundo, iuxta opinionem Archid. in c. 1. col. 1. de homic. in sexto, quem fequitur Ant. Gabr. conclus. 1. de crim. nu. 30. & Mascard. concl. 138. n. 10. Affaffinus dicitur ille, qui feiunxit animam a corpore alicuius, alterius iuffu, & qui nullo captus hominem occidit, fed non qui folù vulnerauit, idem fecutus eft Ioan. And. & Dominic. in d. c. 1. vnus col. 1. in finalter col. 2. in princ. idem admittit Gabr. loco fupra citato, & in hoc cafu dicit vulnerantem grauius debere puniri, id, quod fit, aut fieri mandat per pecuniam, atrocius delicti exiftimetur, ad tradita per DD. in d. l. Cicero ff. de pen.

Tum deniq; quia fecundum An. de Nigris in cap. Regni frequens nu. 63. quem refert Baiard. ad Clar. in 4. affaffinum in princ. vulnerans pro pecunia non committit affaffinum, fed non duplicet mihi in hac quaestione diftinctio tradita per Conf. Rouin. in Prag. 12. de Aboliti. ad quem me remitto, cum fit optimè fundata.

S V M M A R I V M.

- 1 Semel excommunicatus femper praefumitur talis, do nec legitime probetur abfolutus.
- 2 Quando dictum vnus testis nemini nocet, & alteri prodeft, plene probat.
- 3 In probanda abfolutione ab excommunicatione creditur vni testi.
- 4 Communicatio alii excommunicati, an faciat praefumi quem effe abfolutum, remittitur arbitrio iudicis.

Excommunicatus celebrans ebrenta abfolutione, verum non adhuc in actis redacta, an contrahat irregularitatem?

DECISIO CXIII.

Fuit inquisitus in Curia Archiepif. Sacerdos, qui ob grauem percuiffionem in alium eque Sacerdotem fuit excommunicatus, quare cum a tali incurfa excommunicatione obtinuiffet abfolutionem, verum non adhuc in actis registrata, cumq; dictus Sacerdos fuiffet reperitus celebrare, & alia Sacramenta Sancti. Rom. Eccle. ministrare: fuit ideo dubitatum, an contraxiffet irregularitatem? Dicebatur, quod licet regula fit, femel excommunicatus, se per praefumi excommunicatus, Mascard. in tract. de probat. concl. 705. n. 8. vol. 2. nisi abfolutio probetur legitimo modo, ita 5. sec. de praefcripte. in fin. & de fenten. 9. 6. in verf. abfolutione, & Couar. & ceteri citati per cum in rub. de pact. in sexto, in 3. par. 9. 2. num. 6. & facti regul. l. mel. de regul. iur. in sexto, & bonus tex. in cap. propefuit de cleric. excomm. mini. Abb. in c. ficus a nobis de fent. excomm. in 1. notab. glof. & Abb. in d. c. propofuit nu. 4. de cler. excomm. mini. Menoch. in tract. de praefump. lib. 1. q. 29. num. 19. Mascard.

de probat. concl. 697. & concl. 873. num. 2. volu. 2. ita consuluit Rom. conf. 377. in terminis proprie conclusionis, quod semel excommunicatus semper debet vitari, donec legitimè probetur absolutio, & sequitur ibi Horat. Mando. in add. in lit. B. Corter. in singulari. in vers. Presumptio. in primo. Regula est, semel malus post princ. & absolute ista probari potest etiam per testes d. e. sicut à nobis, & præsertim cum constaret de amissione instrumenti absolutiois, quia tunc sufficeret probatio per testes c. cum in iure de offic. deleg. prout in simili fuit decisum in Regia Audiencia Apulæ in anno 1584. refert Viut. dec. 97. tamen in præfenti causa iudicauimus absoluteionem præcessisse Sacramentorum administratione, & hoc, ex eo quod de dicta absoluteione constabat ex depositione vnius testis maxime conditionis deponentis cum iuramento, se vidisse illum absolui à dicta excommunicatione incurta iunc temporis, quando administratum Sacramentum, & de iure clarum est, quod quando dictum vnius testis nemini nocet, & alteri prodest, plene probat, gloss. communiter recepta in cap. licet de testib. cum innumeris, quos probat Gabriel. eodem titul. conclus. r. num. 16. & in probanda absoluteione ab excommunicatione creditur vni testis, secundum Hypothes. in l. 1. §. si ex vitro sive de quaest. Calder. in cons. r. de testib. Felj. in c. veniens col. pen. num. 13. eod. tit. Villaut. decif. 48. & alij penes Gabriel. vbi supra num. 17. Super dictis accedebat ite, quod voluit in proprijs terminis Panorm. in cap. proposuit col. 2. not. 5. in vers. in gloss. fin. extra de sentent. excommuni. qui dum examinat, an vigore communicationis prædicti olim excommunicati, communiter cum omnibus de præterito, præsumendum sit, præcessisse absoluteionem, & quod habeatur pro absoluto, refert vltimo loco suam opinionem, dicendo, quod respectu ipsius excommunicati, an huiusmodi communicatio faciat, vt habeatur pro absoluto, relinquatur arbitrio Iudicis, prout docuit etiam Hostiens. nam ipse considerabit, vt factum sit antequam, & temporis cursu poverit verisimiliter perire probatio absoluteionis, de facili enim moriuntur testes.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ei qui semel peccaverit, non defertur iuramentum.*
- 2 *Periurus perdit beneficia omnium legum.*
- 3 *Periurus non est admittendus in testes.*

Periurus, an sit relaxendus à carceribus sub iuratoria cautione?

D E C I S I O C X I V.

Reliquerat Curia Archiep. clericum cum cautione iuratoria de seruandis finibus, ex quo allegabat, se non posse reperire cautionem fideiussoriam: Factum est quod clericus infringeret relegationem, & per eandem Curiam captus fuisset, cumq; iterum fuisset eidem im-

posita pena relegationis, & tractaretur de ipso relaxandus, fuit dubitatum, an potuisset relaxari cum cautione iuratoria. Dicebatur in eius fauorem, quod cautio iuratoria admittitur, vbi non reperiuntur fideiussores l. si. ff. si cui plus, quam per legem falcidiam Guid. Pap. in decif. 189.

Cōtrarium verò fuit iudicium in Cur. Archiep. cuius decif. ratio fuit, quia periurus non defertur iuramentum, secundum glo. in c. breui de iur. iur. & est communis opinio vbi testatur Socc. conf. 136. nu. 9. volu. 1. & in conf. 155. vol. 2. Alban. conf. 13. vol. 1. Faber dec. 17. C. de reb. cred. & eodem opinionem nuncupat Clar. in §. periurus nu. 7. vnde cum dictus clericus semel peccauerit infringendo relegationem, ideo non est ei amplius iuramentum deferendum, ex regula iuris violato semel iuramento (q. est confirmatio iuramenti veritatis c. si Christus de iur. iur.) remanet semper suspensio periurij, c. quicquid §. 6. q. 1. & c. parullu 23. q. 1. & violato in vno officio semper præsumitur defectus in eodem, si aliquid C. de suscept. lib. 10. fin. omnes DD. in c. testimonium de testib. (excepto Zabarell.) & facit ad hoc, quod periurus salua conscientia retine re nequit, quod de periurio, vel mediante periurio acquisit, c. si diligenti, & ibi DD. de præscrip. & deniq; ipsi periuri puniuntur aliquibus alijs penis congestis ex Affian tract. de iur. prothomif. §. 4. q. 6. sub n. 2. Socc. cōf. 7. col. 4. vol. r. & p. 1. in l. si duo patroni §. si. ff. de iur. iur. Nec est dubiu, quin supradictus clericus sit suspectus de iure peccandus, vnde succedit regula text. in c. clericus de cleric. non testif. Non est igitur deferendum iuramentum ei, in quo est periculum periurij. His quoq; accedebat: Periurium in iure esse in maiori odio, fin. glo. in c. que relam de iur. iur. vnde periurus peccat mortaliter siue in affirmando, siue in negando in quacumq; materia facti periurij, vel quibuscumq; verbis sepe est peccatum mortale, c. periurus in 2. de iur. iur. nā Deus est periurio ipso iuramento contristatur l. q. relictū, & ibi Bal. C. de iudic. vidui. tollen. Coua. lib. 3. var. reso. can. 6. Tit. Decian tract. crim. de atrocitate periurij c. 4. per tot. lib. 6. Imò ob periurij Deo fit iniuria, hinc contra illud præceptum L. cui. Nō peris abis in nomine Dñi Dei tunc præsertim cū periurium exploratum sit, non committit sine dolo, L. qui iuravit in princ. ff. de iur. iur. & notat Bal. in Lobseruare §. proficisci col. 3. ff. de off. Proconf. Alex. in l. videamus in princ. ff. de lite iuran. & cōf. 92. vol. 1. & Gram. 907. 10. n. 14. & seq. & q. periurium ex genere suo sit peccatum mortale dixit S. Thom. 2. 2. q. 98. art. 2. Bartholom. Fumus in summa Armilla in vers. periurium §. 2. & Affl. d. tract. de iur. prothomif. in §. 4. sub nu. 10. Præterea dicebatur: Periurus vti infamis non admittitur ad iuramentum secundum Bart. & Angel. in l. Lucius ff. de infamis. Abb. in c. que relam de iur. iur. & Bal. in Marg. vers. periurium, vers. 11. Jacob. Nouell. in reg. 157. periurus tom. 1. vbi hoc posuit pro regula cum tribus ampliationibus, & tribus etiam limitationibus, & vt infames ipsi periuri. Primo, excluduntur à dignitatibus, c. infamis de reg. iur. glo. in cap. 2. in vers. cunctis §. 5. dist. & d. c. que relam: Item à dignitate, & officio deponuntur, Bald. in l. 1. C. de rebus creditis, & priuatur beneficio ecclesiæ.

clesiastico, Abb. & alij in d.c. quarelam, Imol. in. a. c. postlasti de for. cop. Paris. conf. 137. n. 23. vol. 4. Hoc prouenit ob acerbiteriam criminis. Periuuriū enim quoad Deum grauius crimē est homicidio, Card. in clem. 1. §. si. q. 14. de iur. iur. Bar. conf. 217. Crauet. conf. 206. nu. 18. vol. 1. ac periuurium tanto grauius committitur, quanto illud per quod iuratur est sanctius, vt tradit Alciat. in rubr. de iure iur. nu. 31.

Faciebat quoque pro confirmatione die §. decif. illud, q. scriptū reuocari la. Cin. l. si duo patroni §. si. col. si. ff. de iur. iur. post Bal. in l. clari C. de fideic. & Viui. in decif. 120. quod periuurios perdat beneficiā omniū legum, canonum, & statutorum, quibus cauetur stantim esse iuramento alicuius vnde non admittuntur ad iurandum causa alicuius rei probandæ, Crauet. conf. 6. nu. 17. Cast. conf. 463. vol. 2. Alb. conf. 17. vol. 4. cum alijs, quos probat Viui. lib. 1. commun. opin. cap. 95. 8. & hac ratione sancitum fuit, periuurios non esse admitteandos in testes, cum de substantia depositionis sit necessaria delatio iuramenti, glo. in c. sicut de testib. & alij, quos probat Cephal. conf. 134. num. 3. cum seq. volu. 2. Excusauerit tamen periuurios propter difficultatem, vt dicit glo. in citat. cap. breui in §. glo. 1. de iur. iur. quam dicit esse communiter ap. probatam, Gomez super l. Tauri 30. Item si demonstrat, quod tale periuurium nulli praeiudicare rit, neq. poterat praeiudicare, nam eo casu, si quis deliberat peierauerit, non potest de periuurio puniri in foro contentioso, sed tantum in foro animæ solum Deum habet vultorem, glo. in c. qui cumque in glo. si. q. 1. & est communis opinio, vt testatur la. Cin. l. si duo patroni §. si quis intrauerit in secundo, post num. 1. ff. de iure iur. Ioan. de Amic. consil. 109. in si. Berous q. 134. num. 9. Alex. conf. 141. vol. 1. & la. Cin. l. si ex falsis col. fin. C. de transact. Dec. conf. 163. no. 133. Gram. dec. 45. & ibi bona addit. Auditor. Petra.

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptio quando requiritur altiore indaginem, reseruat ad merita cause, ne retardetur processus super negotio principali.
- 2 Probata exceptione periuurij in finem cause, processus redditur nullus.

Exceptio periuurij, an sit referuanda ad merita cause.

D E C I S I O C X V.

Fuit pluries resolutum in Curia Archiepiscop. Neap. exceptionem periuurij oppositam a parte, esse referuandam ad merita cause, cuius decif. ratio fuit, quia discussio dicte exceptionis requirit maiorem inlagationem, ita Capic. decif. 10. Thilman. decif. 3. Triuisan. decif. 2. Pute. decif. 233. lib. 3. quæ quidem reseruatio fit ad effectum, ne retardetur processus super negotio principali, nam, & post. vbi Bar. & DD. communiter ff. de iur. iur. Afflict. dec. 52. n. 2. Ann. sing. 44. & sing. 605. Capic. dec. 6. nu. 6. & decif. 10. nu. 9. Intrig. decif. 17. num. 18.

quo in casu ne appellari potest, Gratian. discept. 170. nu. 4. Cuius ratio multiplex est, Tum quia statat dicto iudicis referuantis, quando exceptio est intricata, & si altiore requirit indaginem, positum est eius arbitrio, Bal. in l. si ex falsis nu. 1. C. de transact. Felin. in c. except. nu. 2. 4. de except. sed in arbitrarijs non est licita appellatio, Crauet. conf. 78. nu. 8. Couarr. in 1. lib. cap. 12. nu. 3. var. resol. quasi ob collatū sibi arbitrium Iudex equiparetur Principi, qui non potest reprehendi l. j. C. de offic. Præf. Præf. Decia. conf. 47. in princ. vol. 2. Ipseque solus in iudicijs est bonus vir, l. Thais §. si rorem ff. de fideicom. liber. Tum quia exceptiones nec sunt iudicis, sed eas in fine cause decidendas referuat Iudex, Alex. in d. Lille à quo §. j. nu. 5. sed ad trebell. Felin. d. c. exception. n. 18. de Franch. dec. 664. Tum etiā quia reseruatio huiusmodi id operatur, vt probata demū exceptione, gesta alia sunt nulla, & processus coartat, gl. est singular. in c. cū cōiungat de iur. iur. Bar. in d. Lille à quo §. j. nu. 5. Sed supradicta oī intelligas dummodo exceptio reseruata cōtra processum opponatur, secus si sit cōtra stantim ipsius negotij, super quo agitur, q. ad hoc vt dicatur nullum, q. antea factum est, requiritur sententiā declaratā, q. illud pro irrito haberi debet, sicut aduertit Gratian. d. discept. 170. num. 7. & 8. quid autem sit exceptionem reseruare ad merita, explicat Hyppol. ling. 696.

S V M M A R I V M.

- 1 Gratia est surreptitia, in qua non sunt expressa omnia delicta.
- 2 Surreptitia est gratia, quando sunt expressa ea omnia que Principem retraxissent à concessione.
- 3 Exprimenda sunt Principi eorum illa, que si expressa fuissent, Princeps non facile concessisset.
- 4 Surreptitia est gratia, quando non est expressum interesse tertij.
- 5 Non sufficit generalis expressio delictorum, sed specijca requiritur ad hoc vt gratia sit valida.
- 6 Quando in scientia gratia adest elusula generalis, quod sit gratia de illo delicto, & de omnibus alijs, valet gratia secundo, nō facta mentione de prima.
- 7 Quando primum delictum non est eiusdem generis eum secundo, valet gratia de secundo delicto, non facta mentione de primo.

Gratiam impetrans de delicto, quo casu valet non expresso alio delicto?

D E C I S I O C X V I.

Vera, & indubitata est DD. conclusio, gratiam esse surreptitam, in qua nō sunt expressa omnia delicta, vel alia gratia per prius cōcessa, ex notabili doctrina la. Cin. in uerba C. de prec. Imp. off. Ratio est, quia vbiq. in rescripto, non exponuntur omnes qualitates, quæ verisimiliter expresse Principem à concessione gratiæ retraxissent, tunc gratia dicitur surreptitia, & non seruanda, Boif. in tit. de remed. ex sola clem. Princip. num. 35. & num. 38. cum seq.

Anton. Gomez de delict. titul. de tortur. reor. num. 38. vers. item adde, Clar. in pract. crim. q. 19. vers. debet autem, Menoch. de arbitrar. casu 303. num. 3. & seq. Imò non solum sunt exprimentia qualitates, quibus expressis Princeps gratiam non concessisset, sed etiam illi cui quibus non ita de facili concessurus fuisset. c. si proponere ext. de rescript. Menoch. de arbitrar. iudic. cas. 207. n. 5. & seq. lib. 2. Alia ratio reddidit, quia rescripta gratiofa sunt stricti iuris, & non extenduntur ad non specificata, cap. quamuis de preben. in se xto, Dec. in cap. super literis nu. 5. de rescript. Alex. conf. 97. n. 6. lib. 2. & veluti surreptitia per non expressionem omnium delictorum, & qualitatium erit reijcienda, & per consequens abolitus remaneat subsistentis penis de quibus in dicta sententia: Generale enim est quod per suppressionem aliorum delictorum gratia redditur surreptitia, vt latè per DD. in l. 3. c. de Episc. audien. vbi etiam Bar. Bal. Castr. & alij, quos refert, & sequitur Anto. Gomez de delict. in tit. de homicid. sub num. 60. & in titul. de tormentis reorum num. 38. vers. item adde, & supra probauit, quia quidem surreptio, multo euidentiùs apparet ex eo quod non expressit interesse partis offensa, videlicet vxoris, & filiorum occisorum, quod quidem interesse si expressisset, nulli dubium esset, quod Princeps in tertij prauiditum gratiam non concessisset, prout in his terminis consulit Gram. conf. 34. nu. 9. Menoch. d. cas. 207. nu. 2. non enim praesumitur Principem velle vnquam parti offensa, vim inferre, & interesse tollere, Ruin. conf. 66. lib. 5. Petr. à Plat. in epith. delict. c. 38. nu. 4. vers. illud etiam Gabr. tit. de iure quæsit. non tollen. Clar. in pract. crim. s. h. q. 59. vers. adde quod, Ceph. conf. 133. nu. 101. & seq. vol. 1.

Amplia, vt ad tollendam surreptionem gratia nõ sufficiat generalis, & relictua expressio delictorum, sed debet esse particularis, notabilis, & specificata, g'lo. in c. dicitur filius ex. de res. rip. Oldiad. conf. 14. Rom. conf. 138. & conf. 326. n. h. Crauet. conf. 69. num. 3. lib. 1. Felin. d. cap. dicitur filius, ex generalitate enim oritur quædam obsecritas, ex qua facile Princeps circumuenitur l. si ad sim. ibi, quia falso sermone se iactat, C. de 3. dot. promiss. Imò non sufficit in gratia particularis, & specificè delictum nominare, nisi modus, & cautio ipsius delicti exprimat, Alex. cõf. 124. nu. 3. lib. 1. Gram. conf. 34. nu. 10. & est tex. in d. c. dicitur filius ext. de rescript. vbi Felin. nu. 10. dixit non solum vitari rescriptum tacendo factum, sed etiam tacendo, quando, & ex qua causa sit factum, quia causa delicti magis inquirenda est, quam delictum, g'lo. in c. occidit 23. q. 5. cum alijs ibi per eum allegatis

Non obstat, quod paria sunt aliquid esse certij per se, vel per relationem ad aliud, ad tradita per tex. in l. ceterum ff. si ceteri, per quia respondetur qd hæc regula non p'ouidet in materia gratia, in qua vbi dixit de firmitate requiritur specificata, & particularis expressio delictorum, & qualitas, vt per eundem Dec. in d. l. ceterum nu. 3. vers. hoc tamen limita. A ff. de dec. 2. 20. n. 1. cum alijs de quibus in dec. Pedemont. 2. n. 2. & itq. per Gabr. ut. de claus. on. l. 5. nu. 2. lib. 2. & dato quod pro-

cedat in materia gratia, id tamen erit intelligendum in gratia cõcessa motu proprio, secus ad instantiam partis, prout est hæc, de qua agitur. In qua clausula expresse, & similes nihil operantur secundum Angel. in l. si quis 9. quantum in fi. ff. si quis cautio. Io. Bapt. Ferr. conf. 38. nu. 1. Aym. conf. 63. num. 7. de communi testatur Dec. conf. 173. in fi. & alij de quibus per eundem Gabr. d. concl. 5. n. 5. art. 4. & q. lib. 6.

Judicauimus tamen in Curia Archiepiscopi, regulam principalem non procedere si in secunda gratia adesset clausula generalis, quod sit gratia de illo delicto, & de omnibus alijs delictis, tunc. n. valeret gratia non facta mentione de prima, prout est fuit Senat. Pedem. in causa cuiusdam Nicolini Breccellensi 1590. 7. Augusti. referente D. Senatore Balbo, qui obtinuit gratiam de fratricidio, non facta mentione de alia gratia pro altero homicidio obtenta, vt in d. dec. 21. Dec. conf. 12. 1. & conf. 41. nu. 21. & multa alia per Felin. & alios in d. c. ceterum de rescript.

Limitatur secundo, quando delictum primũ, & secundum sunt eiusdem generis, scilicet si diuersi, vt si impetrans gratiam de homicidio commississet falsum, non teneret hoc delictum falsitatis narrare, Didac. variar. resol. lib. 1. cap. 20. num. 8. Alcia. in c. cum non ab homine num. 44. de iudic. per tex. in l. 3. C. de Episc. audien. ad quod facit, q' regula semel malus de reg. iur. in sexto, intelligitur de eodem genere mali, & idem tenuit Boss. in tit. de remed. ex sola clem. Princip. nu. 33.

S V M M A R I V M.

- Quando quis dicit contractum nullum, audiendus est etiam non restituo eo quod accepit. c. 1.
- Petens rescindi contractum non est audiendus nisi relicto prius eo quod transigenao accepit.
- Minor si remedio restitutionis in integrum petis rescindi contractum, non auditur, nisi rem cum fructibus restituat.
- Actus qui rescindi debet, semper intelligitur quod fieri debeat parte petentis.

Petens rescissionem transactionis, an sit audiendus, acceptis prius nõ restitutis ?

D E C I S I O C X V I I

FVIT resolutum in Curia Archiepiscopali maximum discrimen esse, inter eum qui petit contractum declarari nullum, & eum qui eiusdem contractus petit rescissionem. Primo enim casu dixerunt Domini, audiendum esse non restituo accepto, ex doctrina Alex. conf. 4. col. 2. vol. 3. Rolan. conf. 4. num. 330. vol. 3. Nat. conf. 66. 1. nu. 41. Georg. alleg. 34. nu. 17. & 19. Milanen. decif. 7. num. 2. lib. 2. Casale. de tutor. num. 122. & 135. Macerat. lib. 1. variar. resolutio, resolut. 14. num. 71. resolut. 38. num. 19. lib. 1. & resolut. 24. nu. 21. & 22. Riminal. Jun. 2. confil. 5. num. 71. Secundo vero casu in rescissione contractus, siue transactionis, aut alterius cuius-

omnibus generis, non est audiendus actor, nisi relicto prius, quod transigendo accepit, l. si diuersa, & l. vbi pactum C. de transact. l. cum te C. de pact. ac iudicatum inquit Afflic. decis. 120. Gramat. decis. 66. Milan. decis. 7. Rota diuers. decis. 111. dec. 305. & 310. Pure. dec. 353. & dec. 140. Ofaschi. decis. 160. in fi. Verall. dec. 316. Masfrill. dec. 13. & 14. & in omni iudicio recessorio reddere prius debet actor, quod accepit, lex empto s. si quis virginem ff. de act. empt. Menoch. conf. 4. num. 64. quod ad impugnantem beneficij resignationem extendit, Ancharan. conf. 313. Costa de re integra prelud. 3. num. 2. vel insolutum dationem, Menoch. d. conf. 4. num. 71. idem in contractu innotinato, à quo si recedere vult contrahens, acceptum restituit d. l. cum te, Menoch. d. conf. 4. num. 65. licet Ecclesia, aut minor, qui si in integro restitutionis auxilio contractum rescindi petit, nec auditur, nisi rem cum fructibus restituat, l. 1. C. de repud. l. quod si minor 4. restitutio ff. de minor. 25. ann. Rota Diuers. decis. 430. Masfrill. decis. 13. Magon. decis. Floren. 119. quod ampliatu procedere, vt etiam absque interpellatione teneatur is cum effectu restituere, quod accepit, nec verbalis oblatio satis est, Menoch. conf. 844. num. 4. conf. 4. num. 66. & 71. Bardell. conf. 67. num. 7. Aldouin. conf. 70. num. 127. Costa dict. prelud. 3. num. 2. & licet oblationem necessariam non esse dixerit, Caroc. de deposito par. 2. q. 11. & de oblat. par. 1. q. 67. attamen in omni casu illam faciendam esse voluerunt Costa, Bardell. & Menoch. locis nuper citatis, licet quidam dicant, id verum esse parte opponente, & non aliter, cum generale sit, quemlibet actum tendentem ad suorem alterius qui rescindi debet, semper est intelligendum parte petente, ac si tacite semper in sit conditio videlicet si quis vult voluerit exceptione sibi competente, glo. in l. vniuersa C. de precib. Imperat. offeren. Afflic. decis. 120. Rota diuers. decis. 818.

SYMMARIUM.

- 1 *Vsfructus, differit à commoditate.*
- 2 *Commoditas vsfructus vendi potest.*
- 3 *Differunt legatum fructuum, & legatum vsfructus.*
- 4 *Alienationis prohibitio, non excludit commoditatis perceptionem.*

Vsfructus an differat à commoditate fructuum.

DECISIO CXVIII.

IN discussu cuiusdam causæ vertentis in Curia Archiep. fuit dictum vsfructum differre à commoditate fructuum, ita vt cui prohibetur acquiri vsfructus, non censetur prohibita commoditas fructuum, & sic licet pater non habeat vsfructum in bonis feudalibus filij tamē potest habere commoditatem fructuum, vt tradunt Bal. in c. 2. de frat. de nouo benef. inue. &

in l. cum oportet in fin. C. de bon. quæ lib. In l. cum filio num. 157. ff. de leg. 1. Loffred. conf. 10. D. de Franch. decis. 10. num. 9. & fuit opinio Angel. Aret. in §. 1. Instit. per quas personas nobis acquiritur, tenentis generaliter, quod in omnibus in quibus patri non quæritur vsfructus in bonis filij, habebit tamen commoditatem fructuum, per multa quæ allegat, quam opinionem sequuntur Ias. & alij supradicti, Bart. in l. si. C. de vsfruct. & Ang. in l. 1. adificium ff. de acquir. poss. & prius tenuit glo. in auth. idem est in fi. C. de bon. quæ liber. & si contra hanc opinionem nonnulli tenuerunt, præsertim Molin. de primog. lib. 1. c. 19. nu. 33. & de ipsorum opinione dubitauerunt Roder. Suar. in quest. maioratus num. 15. & 16. & doctissimus Querc. Lopez l. 1. tit. 17. par. 4. vers. & vsfructus, & nouissimè contra Angel. Aret. tenet Rimin. in §. 1. num. 196. vsque ad 200. inst. de donat. in nouissima impressione pag. mihi 491. & contra ipsum dubitat D. de Franch. decis. 161. num. 8. licet dicat Collaterale Consilium tenuisse pro opinione Aret. sic videmus, quod quamuis ius vsfructus vendi nequeat, commoditas tamen ipsius sit, quæ est perceptio ipsa fructuum iuxta l. adibus §. 1. ff. de donat. l. si vsfructus ff. de iur. dot. & vtilitas quæ percipitur ex vsfructu vendi potest, patet ex Innocentio §. si. ff. de peric. & commo. rei vend. l. si. C. de vsfruct. l. 1. ff. de vsfruct. lega. glo. in §. fin. vers. cedenda, in tit. de vsfruct. glo. in Larboribus §. vsfructuario ff. de vsfruct. & si is qui cedit bonis habet vsfructum, licet ius vsfructus non sit assignandum creditoribus, pertinebit tamen ad ipsos commoditas fructuum, Bald. in l. si. ff. de act. & Crauet. conf. 213. nu. 2. vol. 2. qui istos refert, & sic cum filio legatarius vsfructus, totalis vsfructus erit filij, commoditas verò, & effectus ipsius erit patris, Bal. in l. fin. nu. 3. & 8. C. de vsfruct. Bal. Nouell. in l. cum filio nu. 41. ff. de leg. 1. vbi ait, filium esse nudo nomine vsfructuarium. Sic etiam in simili, fructus relicti, non ius vsfructus, sed fructus tantum relicti esse videntur; ex quo patet differre fructus ab ipso vsfructu, l. fundi ff. de vsfruct. legat. & quod facultas, seu commoditas percipiendi fructus possit esse penes vnum, & penes alium ius vsfructus, aptissime tradit Molin. de primogen. lib. 1. c. 20. num. 11. per text. in l. si vsfructus ff. de iur. dot. & l. vsfructus ff. solut. matrim. ad idem allegans Otrrad. conf. 102. in fi. & permissio vtendi ab ipso iure seruitutis, diuersa est, l. si. §. Lucius vbi Bart. & Salic. ff. de contrab. empt. l. pater filio ff. de seru. legat. In l. 1. §. 6. item in facto nu. 7. ff. de verb. oblig. Boer. decis. 66. num. 4. Molin. d. c. 20. nu. 13. & sola alienationis prohibitio, & moditatis perceptionem non excludit, & idem Molin. d. cap. 19. num. 24. & seq. post glo. Bar. Bal. Inmol. Alex. Aret. Felin. Cassan. Afflic. & Bero. Optumè tenuit, quod locatio commoditatum rei alienari prohibita, ad centum annos, vel ad longum tempus valida sit, aperte distinguendo inter locationem rei, & commoditatem ipsius rei, licet alios dissentientes referat.

SYMMARIUM.

- 1 *Condemnatus ad triremes non contrahit infamiam.*
- 2 *Pœna infamiae non contrahitur nisi in casibus à iure expressis.*
- 3 *Pœna condemnationis ad triremes successu pœnae condemnationis ad metallum.*

Clericus condemnatus ad triremes, an dicatur infamis, vt propterea non possit ascendere ad sacros ordines.

DECISIO CXIX.

- I**uxta votum meum iudicauit quædam, Curia Archiep. declarando per definitiuam sententiam prædictum non contraxisse infamiam à iure ex eo quod fuisse cõdemnatus ad triremes, & ibi per septennium seruisset. Cuius decif. ratio fuit, quia pœna infamiae non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis, glof. magistra, & comminiter recepta in l. c. de infamibus lib. 12. & in cap. infamibus de reg. iur. in sexto, Bal. in l. fin. nu. 4. & seq. C. de prob. & in conf. 32. vol. 2. Alex. conf. 450. vol. 2. & nunquam legitur condemnatum ad remigandum contrahere infamiam, secundum Borrel. conf. 52. licet secundum Mastrill. in decif. 157. prædicta pœna non vntur iudices nisi contra plebeios addebam ad hæc, quod cum pœna in cuius loco successit remigatio, non inferret infamiam, igitur nec ipsa debebat huiusmodi infamiam irrogare, & clara est secundum Bim. in conf. 44. prædictos condemnatos ad triremes æquiparari bannitis, qui non dicuntur infames, vt voluit Clar. in §. 6. q. 62. & post eum Capiblan. de auctorit. Baron. pragmat. 6. n. 6. qui dixerunt dictos condemnatos æquiparari deportatis, qui pariter nullam contrahunt infamiam, quamuis hoc non placet Bosrell. in conf. 52. num. 32. cum seq. & demum Craff. in §. testamentum q. 28. prædictos æquiparat damnatos ad perpetuos carceres. Alij vt rō DD. dixerunt quod pœna prædicta successit loco damnationis ad metallum, vel opus metalli, quæ hodie non est in vsu, vt post Imol. voluerit Capic. decif. 153. num. 3. de Franch. decif. 140. num. 8. idem Clar. in dicta quæst. 63. num. 7. Carrer. de homicid. vers. circa quartam num. 8. cum seq. Foller. in verb. penis debet. num. 46. Gabr. conf. 174. num. 17. de communi post alios Farinac. de delict. & pen. q. 19. n. 14. Burfat. conf. 48. nu. 26. cum seq. Craff. in §. institutio q. 6. Sim. de Pret. de interpet. vit. volunt. lib. 2. solut. 1. nu. 7. cum seq. Plof. conf. 73. nu. 12. tom. 2. consil. criminalium, Aloys. Catal. in tract. de abolit. cap. 44. nu. 4. Causal. de Brach. Reg. par. 4. nu. 50. Grauat. in suo theorem. 3. nu. 10. & seq. vbi post Clar. in loc. citat. ampliat in condemnatione ad triremes tam in perpetuum, quam ad tempus, & sequitur, (licet eum non allegat) Alex. T. renaticq. variat. resol. lib. 1. tit. de mort. nat. resol. sub nu. 7. Habere enim pœnae prædictæ expressam similitudinem, nam sicuti damnati ad metallum detinebantur grauissimis catenis, aut damnum ff. de penis, & verberibus adhibebantur, in metallum ff. de iur. ff.

ita damnati ad triremes, vt de se patet, & propterea efficiuntur serui pœnae lex factio §. si quis rogatus, il secundo, ff. ad trebell. mortuifq. æquiparantur.

Non obstat supradictos cõdemnatos esse sicut infames, l. 1. vbi DD. omnes ff. de hered. instit. & præcipue Salic. Farinac. q. 102. nu. 160. Clar. in §. testamentum q. 2. cum similibus allegatis per Pe regria. de iur. ff. lib. 3. tit. 4. in princ. quia responderetur, quod non sequitur propterea, quod in reliquis actibus æquiparentur infamibus.

Non obstat secundo, quod habentur pro mortuis, vt latè deducit Carroc. dec. 115. & Polid. Ripu. in obseru. 12. 1. quia procedit in alijs casibus, & sic consulti cuidam Prouinciali Religionis, qui cupiebat excludere ab electione Capituli quemdam Monachum olim condemnatum ad triremes.

SYMMARIUM.

- 1 *Seuitia mariti ad finem separandi matrimonium debet concludenter probari.*
- 2 *In hac materia probationis seuitiæ non admittuntur testes patientes exceptiones, nec testibus de auditu deponentibus est adhibenda fides.*

Testes probantes seuitiam ad effectum separandi matrimonium, cuius qualitatibus esse, & quomodo deponere debeant.

DECISIO CXX.

- S**æpissimè in Curia Archiep. disputari solet circa testes deponentes de seuitia mariti in vxorem, propterea opere pretium dixi, cõgetere aliqua, quæ in dicta Curia exigata fuerunt, & præcipue in hac materia seuitiarum quæ grauis, & ardua nimis iudicatur, Spec. & alij per Paris. allegati in conf. 4. n. 1. q. lib. 4. Nat. cõf. 616. num. j. in ea enim exigitur plena, & concludens probatio, iuxta notata per d. Paris. d. conf. 54. nu. 15. Rol. conf. 27. nu. 10. lib. 3. Nat. d. conf. 616. nu. 1. vers. & in ea requiritur, Bertaz. in conf. 228. n. 5.
- 2** Vnde testes patientes exceptiones non admittuntur in hac materia, Abb. in c. 1. n. 5. de consang. & affin. Paris. d. conf. 4. nu. 16. Nat. d. conf. 616. nu. 1. vers. & testes, Bei tazzol. d. conf. 228. num. 5. & in factio concludente dictam seuitiam requiruntur causæ non laeue, iuxta tradita per Angel. conf. 403. in fi. & per Dec. conf. 483. n. 25. Thom. Sanch. de matrim. par. 1. lib. 10. disp. 18. nu. 10. & 16. per tot.

Nec testibus deponentibus de auditu est adhibenda fides, c. rō literis de testib. l. testium vbi gl. C. eod. tit. Paris. d. conf. 54. nu. 17. lib. 4. tam circa factum verberationis, quam circa immoderationem verborum, ex qua sola immoderatio oritur seuitia, per supra allegata; Et quatenus vnus ex testibus dicit se audisse vxorem vociferantem, dici potest qd est vnicus, ad tex. in c. licet vnuerfiter de testib. & in Lius iurand. C. eo. tit. vociferatio. n. non concludit verbera, Paris. d. conf. 54. num. 23. lib. 4.

lib. 4. Rolan. conf. 127. nu. 10. lib. 3. Bertaz. d. conf. 128. nu. 13. & multo minus si deponit de immo-deratione verborum.

Vnde secundum Francisc. Curt. conf. 157. testibus deponentibus de verberibus, & percussionibus si sunt singulares, nulla fides est adhibenda, & voluit Paris. d. conf. 54. num. 18. 22. & 24. lib. 4. nec fides eis adhibetur, ubi patiuntur exceptiones & non sunt idonei, nec omni exceptione maiores prout esse debent, Paris. d. conf. 54. num. 14. & seq. lib. 4. Nat. d. conf. 616. nu. 1. V. op. in. 470. nu. 10. Bertaz. d. conf. 128. nu. 5. & voluit Roc. in vna Roma. separationis thori 28. Ianuarij anni presentis coram R. P. D. Sacrato.

S V M M A R I V M.

- 1 *Maritus potest suam uxorem verberare, & corrigere leuiter & non atrociter.*
- 2 *Verbera, & percussiones mariti debent esse atroces ad finem separandi matrimonium, nec sufficientes nisi probetur quod minas sit terribilibus.*
- 3 *Sane, & atroces verberationes sunt ex quibus sanguis exiit, vel in capite, facie, seu oculo illata fuerint.*

Sunt itaque quales esse debent, vt dicantur sufficientes ad separandū matrimonium.

DECISIO CXXI.

Propter scuitiam maritorum in vxores, in Curia Archiepiscopali saepe sunt separationes; sed est considerandum, hux qualitas scuitiz requiritur; nam in eadem Curia fuit iudicatum, maritum posse eius vxorem verberare, & corrigere, & fuit dictum correctionem debere esse leuem, & non atrocem, vt probat text. in hac imago 33. q. 5. voluit glo. in c. sicut alterius in verb. iudicati verbi. sed temperari potest 7. q. 1. Hostienf. Ioan. Andr. & alij omnes Canonistae in c. quemadmodum de iur. iur. Tiraq. de leg. conuio. glo. 1. par. 1. nu. 22. Bertaz. conf. 128. nu. 14. Rolan. conf. 127. nu. 15. lib. 3. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. nu. 4. & censuit eadem Roc. in decis. precedenti allegata in vers. quibus, nec sufficientes verbera distinguendum est igitur inter percussiones, & verberationes atroces, & non atroces, vt primo casu possit thorus separari secundo casu non, Paris. conf. 54. nu. 7. & seq. lib. 4. Barbo. in repet. rub. ff. solut. matrim. par. 2. num. 31. & seq. Sanchez de matrim. lib. 10. tit. de iur. disp. 18. nu. 14. & seq.

- 1 *Et ad huc effectum separationis matrimonium, verbera, & percussiones ita debere esse atroces, & tales, vt cum cautione de non offendendo, illis reparari non possit, probat text. in c. literas in fi. & ibi Hostienf. num. 15. in verb. alioquin, Ioan. Andr. nu. 13. Burr. nu. 21. & Imolun. q. vers. si autem non est tuta ext. de restit. spoliat. Pet. Barb. in repet. rub. ff. solu. matr. par. 2. nu. 24. in fi. vers. similiter licitas est recessus, & num. 41. Sanchez de matr. d. lib. 10. tit. de iur. disp. 18. nu. 3. vers. & si aliter.*

Vnde non sufficiunt verba iniuriosa, nec minae nisi alias probetur, quod minas sit natura terribilis, & solius illas exequi, Rolan. conf. 127. nu. 10. vers. aut vim, & nu. 1. lib. 3. Paris. d. conf. 54. nu. 32. lib. 4. Nat. conf. 616. nu. 4. Bertaz. d. conf. 128. nu. 15. Sanch. d. disp. 18. nu. 13.

Quinimo nec etiam sufficiunt verbera, nisi sint valde immoderate, cum aliquando liceat marito ad correptionem verberare uxorem, Bald. conf. 176. num. 3. lib. 1. Rolan. conf. 127. num. 13. & 17. lib. 3. lae Tiraq. de leg. conuio. glo. 1. nu. 12. sed imò debet hoc facere, gl. fin. in cap. quemadmodum in fi. de iur. iur. Bald. conf. 176. nu. 3. vers. imò certè lib. 1. Bertaz. d. conf. 128. nu. 14.

Quod adeo verū est, vt nec teneret promissio de non corripiendo, esset. n. contra bonos mores, & praxerei cām delinquendi, Bald. conf. 176. nu. 1. lib. 1. Paris. d. conf. 54. nu. 33. lib. 4. Rolan. d. conf. 127. nu. 14. & 15. lib. 3. Bertaz. d. conf. 128. nu. 14. & tanto minus non sufficienter prædicta, quanto non sunt reiterata, Bald. conf. 176. nu. 3. vers. & si mulier lib. 1. Rolan. d. conf. 127. nu. 12. lib. 3. Rim. lun. conf. 174. nu. 3. lib. 2.

Et propterea percussiones, & verbera sapienter illata cū cingulo iure reputari non possit atrocis, & talia, vt thori separationem inducere valeant, prout in terminis docet Paris. d. conf. 14. n. 9. iuncto 6. 33. & 39. lib. 4. vbi quod maius est, loquitur de vxore verberata cum lunc, ferula, seu coirrigia, & in fortioribus terminis Rol. in d. conf. 27. nu. 17. lib. 3. dixit nec est ad separationem thori sufficere percussione baculi cum sanguine, quod dictū mihi non placet, cū sit atrox, vel salte grauis percussio.

- 2 *Quae autem in hoc casu possunt dici percussiones, & verberationes immoderate, atroces, & ad thori separationem sufficientes, vide tradita per Aldobrand. in conf. 71. num. 6. & num. 20. & seq. & num. 42. & num. 54. vbi eas leuas, & atroces verberationes reputat, ex quibus vel sanguis exiit, vel in capite, facie, seu oculo illata fuerint, vel cum hasta, seu baculo fracto in percussionibus, vel in pectore, ex quibus per decem dies percussa sanguinem expucit, vel in manibus, in quibus verberata fuit per decem dies, ita vt non poterat esse vti, aut similibus percussionebus, quae fecerunt percussum stare in lecto, quantum nullae in proposito facti specie probate reperuntur.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Pena Editi Curiae Archiepisc. de asportantibus pugiones & comprehendendis portantes cultellus duorum palmorum & c. nam militat eadem ratio.*
- 2 *Cultellus aptus tantum ad incidendum panem, non venit appellazione a mortuo.*
- 3 *Quando viget idem ius rationis, editum extenditur ad non expressi.*

Editum Curiae Archiepisc. Neap. imponens penam asportantibus pugiones, & stultos, an locum sibi vendicat in asportante cultellum duorum palmorum, vulgo, *à fronde de olua.*

DECISIO CXXII

Verba edicti sunt hæc videlicet: *Condemnatio alla pena de galera tutti quelli clerici li quali saranno ritrovati portare Archibuscetti, Pistole, Pugnali, Silecti, & altre arme simile: Accidit, quod fuit captus quidam clericus cum cultello duorum palmorum cum dimidio, vulgò a fronde d'oliva, fuit dubitatur, an dicto clerico deberet infligi eadem pena tritricium per quinque annos? & pro eius parte dicebatur, edictum siue constitutionem esse stricti iuris, & ideo non extendendam, Innoc. in c. dilecti col. 3. in vers. su prædicto de offic. Archid. & in c. cum primum vers. & licet ij, quibus de fid. instr. Oldr. conf. 237. col. fi. vers. & per hoc vellicet aliqui, Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdictio ff. de itin. act. priu. & in auth. qui rem in fi. c. de sacrosanct. eccles. Bal. in c. 1. in fi. de cognit. feud. & in auth. si quis ruinas col. 1. vers. inducit etiam rationem C. de sacrosanct. Pa. norm. in c. quoad translationem nu. 5. de offic. legat. Dec. conf. 8. num. 4. conf. 142. num. 5. & conf. 483. num. 222. Gramat. post alios dec. 91. num. 4. & 5. Aym. conf. 111. num. 16. conf. 118. num. 8. & conf. 170. num. 4. Ruenn. de consuet. col. 7. vers. consuetudo est stricti iuris sub num. 731. & docuit Bal. in o. 1. in prin. sub n. 21. qui feud. dar. poss. quæ constitutio tantum habet de actu, quantum habet de potentia, & non amplius, & idem Bal. in l. fi. n. 14. C. commun. vti. iudic. dicebas quod constitutio tantum habet de potentia, & effectum quantum habet de usu, & voluit Bar. in d. l. 1. §. si quis hoc interdictio, Alex. conf. 100. lib. 3. Aym. alios citans conf. 30. nu. 5. & firmat Surd. conf. 393. num. 20. vt prius dixerat conf. 382. nu. 44. & conf. 424. nu. 43. ideo in constitutione nihil suppleri debet ultra solitam obsequantiam, & si constitutio de aliquo non disponit, nec non disponere debemus, secundum Bal. conf. 275. in fi. lib. 2. Aym. conf. 30. nu. 5. quia in constitutione non fit extensio de vno, ad alium actum, nec de vna ad aliam personam, vt late probat Nat. conf. 555. num. 5. Rolan. conf. 94. num. 17. lib. 2. & Ceph. conf. 358. num. 45. & 169. conf. 69. nu. 30. & 109. lib. 3. Crot. conf. 67. num. 6. lib. 1. Dec. conf. 73. nu. 14. Bellon. conf. 42. num. 6. Neuzia. conf. 9. nu. 32. & concludit Ofsch. decif. Pedem. 2. §. n. 16. & respōdit Surd. conf. 393. n. 21. lib. 3. Item dicebatur, quod si præfatum edictum intelligeret penam simpliciter contra arma asportantes, non expressa qualitate armorum, tunc nulli dubium esset quin comprehenderet dictum clericum cultellum asportantem: cum appellatione armorum veniat omne id, quod est aptum ad nocendum l. armorum ff. de verb. sign. & armorum ff. ad l. Iul. de vi publ. Bar. in l. 3. §. ff. de vi, & vi arm. & in conf. 121. Bal. conf. 60. vol. 1. Alex. conf. 249. vol. 2. vnde cum prædictum edictum exprimat qualitatem armorum, s. Pistolas, Archibuscetos, Pugiones, & Stilectos, non videtur comprehendi posse arma non expressa: verba enim sunt simpliciter, & ad vnguem obseruanda, Bal. conf. 13. volum. 2. suntque intelligenda in proprio casu, præsertim de quo loquitur l. 1. §. si quis nauem locum de exercitatio. action. Nec in edictis, & statutis locum habet fictio, Bar. in l. omnes populi nu. 21. ff. de iust. & iur.*

Bal. in l. 1. nu. 30. C. de summ. Trin. & fid. Causid. Tadem dicebatur, in penis benigniorem partem esse sequendam, cap. in penes de reg. iur. in sexto, & l. interpretatio ff. de penis.

- 1 His sic positis Curia Archiep. iudicauit contrarium, nam condemnauit dictum clericum ad tritrem per quinque annos, & consequenter edictum in pena edicti comprehendit etiam clericum asportantem cultellum prædictum duorum, vel trium palmorum, de qua decif. mirandum non est, si quidem roboratur optimis fundamentis. Et primum est, idem rationis, & propterea eadem iuris debet esse dispositio, vulgata l. Iul. ff. ad l. Aquil. l. q. dictum, & ibi Bal. ff. de pact. latè Burf. conf. 21. eadem n. ratio, quæ viget ne asportetur arma prohibita ab edicto, quæ est vt. f. delicta euentur viget quoque in asportantibus cultellum. Secundum est quia verbum (*et alia simili*) appositum in dicto edicto comprehendit quoque prædictam asportationem, & de similibus idem est dicendum l. plerumque ff. de iur. dot. c. transacto de cons.
- 2 Non obstat Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. vbi appellatio armorum dicit quod non venit cultellus. Nam resp. Bar. loqui de cultello apto ad incidendum panem, vel ad asportandum pennas, vt ipsemet loquitur, & non de cultellis de quibus in casu nostro agitur.
- 3 Non obstat secundo, quod constitutio siue edictum est stricti iuris, & propterea non est extendendum, quia resp. id non procedere vbi viget idemitas rationis, prout in proposito nostro, late Bar. in l. si quis seruas C. de iust.
- 4 Non obstat tertio, in penis benigniorem partem esse sequendam, quia penæ sunt quandoque exagrandæ, vt de hicta puniantur, & Republica malis hominibus purgetur.

SYMMA RIVM

- 1 Mulier quo casu condemnanda sit et poligama.
- 2 Quo autem ad dictum N.
- 3 Occidens hominem qui re vera inuenitur homicidæ excusatur à pena homicidæ.
- 4 Peccatum suspitionis heresis, consistit principaliter in mente, & minus principaliter in effectu.

Vir, cui non constat de adulterio vxoris, si sumit sacrum ordinem, suspectus est de fide.

DECISIO CXXIII.

Nontraxit matrimonium cum Berra, & cum eidem Berra fuisset postea dictum quod matrimonium præfatum non erat legitime contractum, ad secundas nuptias conuoluit, dictus vero N. suscepit ordinem subdiaconatus: fuit igitur dubitatum, num dicta Berra condemnanda esset vt Poligama, iux. tradita per DD. in l. Titia ff. solut. matrim. & late de Franch. in decif. 36. & fuit resolutum quod sic, nec in aliquo releuabat præterea ignorantia, nam erat maxima, & culpabilis: Præterea testes qui fuerant presentes di-

cto matrimonio, attestabantur illud fuisse solemniter contractum, quoad N. vero fuit dubitatum, num ex eo quod cũ esset coniugatus, & postea contraxerat dictum matrimonium, causa spectaret ad Sanctum Officium, & fuit rescriptum Cur. Archiep. à sacra Congregatione generalium Inquisitorum Urbis, causam spectare ad Sactum Officiũ, & in Tribunali ipsius esse procedendũ.

Sed pro parte dicti N. exprobatum ab eius Advocato licitũ sibi fuisse suscipere sacros ordines, ex c. constitutus de convers. conig. & doctrina. Abb. ibid. Nau. in conf. 5. alias 14. de convers. conig. Sanchez lib. 10. disp. 1. nu. 92. de matrimon. maxime cum ex contractu secundi matrimonij factũ à dicta Berta, adulterium esset notorium, & idcirco potuisset promoveri ad dictos sacros Ordines, ex ijs quæ adnotantur in cap. significati de diuor.

Replicabatur tamen, quod adulterium vxoris oppositum per dictum N. non videbatur notorium propter figuram secundi matrimonij: sed pro dicto N. fuit responsum, quod ex. in c. constitutus loquitur in iisdem terminis scilicet de vxore, quæ contraxerat sũ matrimonium, & eius vir susceperat sacros ordines, & tñ Summus Pontifex mādauit ob cãm prædictam non inquiri dictum eius virum. Quare examinato iterum dicto reo, num sciuisset aliquid de dicto adultero, seu secundo matrimonio de facto contracto per dictam Bertam, cumq; respondisset se hoc ignorasse, fuit denudatum quid esset sciendum, & aliqui ex Dominis dicebant sufficere quod re vera dicta Berta fuisse adultera ad excusandum dictum N. à pena, quamvis re vera dictus N. id ignorasset, sicuti & occidens hominẽ, qui re vera postea inuefitur fuisse bñtium, is n. excusatur à pena homicidij latè per Bar. in l. si ex lege s. de adult. sc. d. fuit repositus pro parte facti, quæ peccatum suspicionis hæresis consistit principaliter in mēto, & non in effectu, latè per Clar. qui alios allegat in §. hæresis nu. 21. & Simanc. de Cathol. instit. lib. 1. cap. 42. & proinde cum dictus N. habuisset malum animum in sumendo sacrum ordinem, ex quo ignorabat dictum adulterium, esse condemnandum vt suspectum de hæresi. Quare fuit resolutum dictum N. debere abiurare de loci, & suspendendum esse ab ordinibus, seruata forma extrai. antiqua Io. XXII. de voto, & vou red.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum, vel consuetudo prohibens rem favorabilem, comprehendit subditum facientem actũ extra territorium.
- 2 Locũ vicinitas quandoque fraudem arguit.
- 3 Faciens actum extra territorium in fraudem, censetur facere, ac si fieret in Civitate.
- 4 Statuta pœnalia ligant subditos, etiam extra territorium.
- 5 Statutum pœnitens extrahentem frumentum à territorio, consumitur extra territorium.
- 6 Donaculum ratione, quis furum fortitur.
- 7 Statuta ligant, & forum fortari à pari procedunt.
- 8 Pœnitentia statuta inier subditos non arctatur tan-

tummodo in territorio.

- 9 Suspendus, vel excommunicatus ubique est excommunicatus, & suspendus.
- 10 Pœna statuti domicili, ligat etiam subditum aliò delinquentem.
- 11 Statutum, quod pro animalis nascendi sit certa solatio, si asportentur animalia ad nascendum, extra territorium, adhuc dominus tenetur solvere.

Edictum Curie Archiepiscopalis prohibens clericis asportationem armorum, an liget clericum ea asportantem extra dioccesim prope finem ad illius fraudẽ.

DECISIO CXXIV.

Clericus Neapolitanus captus fuit cum armis extra Cripim Suburbij Plagæ, qui locus est de diocesi Ordinarij Puteolano, & in confinio diocesis Neapolis, quare cum dubitaretur an dictus clericus veniret puniendus pœna edicti Curie Archiepiscopalis, fuit dictum quod sic, nam huiusmodi edictum cõtinet causam favorabilem, vt per Clar. in q. 36. & Peguer. in dec. 55. quo fit, vt subintret doctrina Bar. in l. cunctos populos nu. 32. C. de sum. Trim. & fid. cathol. vbi inquit quod statutum, vel consuetudo continens prohibitionem favorabilem comprehendit etiam subditum facientem actum extra territorium, quem refert, & sequitur Philipp. Dec. in l. si. nu. 13. & de iuris. omni. iud. vbi ceteri Doct. & latè Abb. Panor. in conf. 14. Rudolph. Cuius nu. 1. vol. 1. sequitur Ang. de Aret. in tract. malef. in verb. hæc est quedam inquisitio col. 12. veriquezaro an in delictis commissis per subditum, vbi hæc esse dicunt communem opinionem Augustin. Ariuinens. & Bern. de Landriano in Apostill. ad d. Ang. l. cum præferunt dicta armorum asportatio, quam fecerat præfatus clericus in dicto loco, præsumi debeat facta ad finem vitandi tantum pœnam statutam contrasacientibus, quod notorie demonstratur ex loci vicinitate, argumen. notatorum per Parid. de Augustin. in tract. iudic. in verb. Tortura, ad ista facit notabile dictum Francisc. Aret. in conf. 14. in causa Magistris Blasij, vbi dicit, quod si statutum disponit quod nulla mulier habens virum possit se obligare in iudicio, vel extra in bonis, vel in personis sine cõsensu eiusdem viri, tunc statutum nõ se extendit ad mulierem se obligantem extra territorium, argum. l. si viuis 5. ante omnia d. de pact. secus tamen si appareret in fraudem statuti existisse territorium, quia tunc nulla obligatio, pœninde ac si facta esset in ciuitate, vt dicit Aret. in d. conf. 54. ante cum Bart. in d. l. cunctos populos num. 32. & Alexan. in conf. 41. visis quæ subintret col. 2. vers. confirmantur volum. 1. Cardin. Parisi. in conf. 99. num. 58. volum. 1. Roland. à Vall. conf. 33. vol. 3. voluit etiam Borgn. Causal. in decif. 42. num. 35. vol. 1. maxime cum Saiz. in d. l. cunctos populos dicat quod contracti dicitur in fraudem quando quis contrahit extra territorium, & statim reuertitur, vt est in casu de quo agitur

2 cigitur, in quo praeſupponitur quolibet ſero redi-
 re ad patriam cum pelibus animalium, ſtatuta.
 4 enim poenalia ligant ſubditos, etiam extra terri-
 torium, vt voluerunt Ioan. de Amic. in conf. 75.
 col. 4. in fi. & col. 5. in prin. vbi dicit quod ſi ſtatu-
 to cauetur quod qui extraxerit frumētum extra
 5 territorium puniatur in decem, certum eſt quod
 ſi aliquis extraxerit frumētum extra territorium
 tale delictum conſumatur extra territorium, non
 6 intra, & tamen puniatur delinquentis per Iudicem
 loci ſtatui, quod non eſt ſi ſtatutum nō ligaret
 delinquentes extra territorium, vbi allegat Bal. in l.
 fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & rapone domicilij ibidē
 7 fortiatur forum, text. in l. ſidei cōmiſſum §. ſed &
 ſeripens ff. de iud. & c. fi. de ſor. comp. & per cōſe-
 quens omnes ligantur ſtatuti vniuerſitatis; à
 pari enim procedit, forum ſortiri, & ſtatuti li-
 8 gari, glo. in c. quæ contra morem in ver. Peregrini
 5. diſtinctio. poteſtas enim ſtatuedi inter ſub-
 ditos nō arcatur tantōmodo in territorio, c. tua,
 & c. fi. de cler. nō reſid. vnde ſuſpenſus ab officio,
 9 vel excommunicatus vbiq; interdictus, & exco-
 municatus intelligitur lex ea ſi. de poſtule. quif-
 quis 3. q. 5. facit etiam qua conſtitutio Papæ, vel
 Imperatoris ligat ſubditos vbiuſq; vt in cap. ſi.
 10 de ſor. comp. & l. leges ſacratiffimæ C. de legib. er-
 go idem in ſtatutiſ, Alex. in d. conf. 41. viſis col. 3.
 11 vol. 5. & pena ſtatuti domicilij ligat etiam ſubdi-
 tum alibi delinquentem, Angel. in l. ſi vacantia
 col. 2. §. verſ. incidenter quæro C. de bon. vac. lib.
 10. Feſy n. in c. ſin. num. 51. ext. de ſor. comp. licet
 hanc quaſtionem in contrarium terminet Card.
 Pariſ. in conf. 159. per tot. vol. 4. Hinc ſi ſtatutum
 12 dicit quod pro quolibet animali naſcenti in terri-
 torio ſoluat Dominus vnum ſolidum, ſi ani-
 malia pregnantia Dominus portauerit extra terri-
 torium, vt ibi parerent in fraudem ſtatuti; ni-
 hilominus Dominus ſoluere tenetur, Bar. in l.
 cum ſatis nu. 13 C. de agricol. & cenſ. lib. 10. argu-
 lum facti, la grande, à verſ. rei ius autem itaſica-
 rum vſque ad ſi. ff. de her. ad. inſtit.

S Y M M A R I V M,

- 1 *Instrumentum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum in Regno, non probat in prophanis. num. 3.*
- 2 *Iuriſdictiones cum ſint diſtinctæ, diſtinctus pariter debet eſſe vſus.*
- 3 *Iuriſdictiones inter ſe diſſidere non debent, ſed vna aliam iuuare.*
- 4 *Instrumentum ſtipulatum à Notario Apoſtolicum iuxta formam Conſtit. Regni inſtrumentorum robur, ſi petatur exequi iuxta Ritum M. C. V. non probat.*
- 5 *Notarius alterius iuriſdictionis inſtrumenta conſiſcere nequit.*
- 6 *Notarius non poteſt conſicere inſtrumenta extra prouinciæ conſuetudinis, niſi de licentia illius, ad cuius iuriſdictionem declinat.*
- 7 *Sententia lata à Iudice vnius territorij, non poteſt exequutioni mandari à Iudice alterius territorij.*

Notarius Apoſtolicus, an poſſit ſtipulari inſtrumenta in cauſis profanis in Regno.

I N cauſa falſitatis inſtrumenti conſecti per
 quendam Notarium Apoſtolicum, ſuit etiam
 dubitatum ſi poſſiſſet in cauſis profanis ſtipu-
 lari inſtrumentum in hoc Regno, & diceba-
 tur quod non, per doctrinam Andree de Iſernia
 in Conſtit. inſtrumentorum robur, vbi inſtrumē-
 1 tum ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum in
 Regno non probat in profanis, ſequitur Couarr.
 pract. quæſt. cap. 19. in ſi. Aſſ. in deciſ. 248. num. 3.
 Boer. in deciſ. 242. num. 3. poſt Spec. in rit. de in-
 ſtrument. editione §. reſtat verſ. quid de ijs, vbi
 2 Notarius non poteſt conſicere inſtrumenta extra
 iuriſdictionem illius, qui eum creauit, cum iuriſ-
 dictionem ab illo recipiat, ſecundū Bar. in l. Im-
 perator ff. de manuſſ. teſtam. & proinde eſſet
 3 mittere ſaltem in meſſem alienam, contra text. in
 c. per venerabilem de elec. & cum iuriſdictiones
 4 ſint diſtinctæ, diſtinctus pariter debet eſſe vſus, c.
 ſolite de maior. & obed. c. duo ſunt 96. diſt. licet
 5 inter ſe diſſidere nō debeant, ſed vna aliam iuuare
 c. dominus 24. q. 2. c. præcipimus, c. dominus 90.
 diſt. & non recedendo à caſu propoſito eandem
 ſententiam tenuit in proprijs terminis Bar. in l.
 cunctos populos verſ. 7. C. de ſumm. Trini. & ſid.
 cathol. Bellamer. in dec. l. 1. & in conf. 42. & 43.
 Guliel. de Cun. in l. non alter ff. de adopt. idem
 Bar. in l. nec ei §. eorum ſeod. rit. 102. And. in cap.
 Romana de ſoro comp. in ſexto, Ant. de But. nu.
 7. verſ. nunquid autem, Panorm. nu. 9. Imolus. 5.
 verſ. aduerte autem in c. cum P. tabellio de fide
 6 inſtrum. & idem Butr. in c. per venerabilem verſ.
 poteſt tertio intelligi, qui ſiſy ſunt legitimi, & ibi
 Præpoſ. in §. quod autem, vbi nuncupat hanc cō-
 muniem opinionem, prout communem quoque
 appellat Ruin. conf. 63. & Boer. cit. deciſ. 242. nu.
 3. per rationem ſupradictam, vnde Ann. in ſing.
 7 246. voluit inſtrumentum ſtipulatum à Notario
 Apoſtolicum ſecundum formam Conſtituti. Regni
 inſtrumentorum robur, ſi petatur exequi iuxta
 Ritum Magnæ Curie, non probare, quia tale in-
 ſtrumentum non habet requiſita Ritus, pro qua
 opinione eſt videndum Capic. in cap. Imperia-
 lem col. 213. & idem Capic. in deciſ. 101. Rebuff.
 in tract. de literis obligatorijs art. 2. glo. 1. nu. 40.
 Rupell. lib. 1. forenſium inſtrumentum cap. 7. vbi
 8 Notarius alterius iuriſdictionis inſtrumenta conſi-
 cere nequit, Hoſſien. in ſumma. tit. ne clericis, vel
 Monach. verſ. nunquid ergo, vbi Notarius non
 poteſt conſicere inſtrumenta extra prouinciæ
 conſuetudinis, niſi de licentia illius ad cuius iuriſdi-
 9 ctionē declinat, ſicut dicimus de ſententia lata à
 Iudice vnius territorij, quæ nō poteſt executioni
 mandari à Iudice alterius territorij, vt tradit Ang.
 in l. preperandum §. ſin aut C. de iudic. Innoc. in
 c. ſignificati de offic. deleg. Aul. in c. Prætorum
 Hitpan. in c. 20. in ſi. & in proprijs terminis No-
 tary Apoſtolicæ, ſacit doctrina Carauit. Rit. 166.
 num. 8. vbi Notary Apoſtolicæ in Regno inſtru-
 menta circa temporalia facere non poſſunt, & an
 te eum hoc idem tenuit Luc. de Penn. in l. C. de
 location. prædiorum ciuilium lib. 1. r. q. 4. ſequi-
 tur Aloyſ. de Lco in l. 1. nu. 6. C. de nouo Coſiſce
 faciend.

Sunt tamen plures qui contrariam confitentur sententiam, scilicet Notarios Apostolicos posse recipere testamenta, et alia instrumenta extra territorium constituentis, Ioan. de Imol. in c. cum P. Tabellio de fid. instr. Ant. de Butr. in d. c. per venerabilem qui fil. instr. Bar. & Bened. de Plumb. in Lapud pro Consulem ff. de manumif. vind. & Bar. in l. 3. ff. de offic. proconf. Abb. Sicul. in c. sic ne dicit, vel Mona. vbi etiam idem tenet Card. de Zahar. & Anchar.

Verum Curia Archiepifcop. censuit non posse, ex eo quod in privilegio dicti Notarii non aderat facultas cōficiendi instrumenta in causis profanis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ius patronatus est pars hereditatis.
- 2 Ius patronatus transit cum universitate bonorum.
- 3 Hereditas non potest pro parte adiri, & pro parte repudiari.
- 4 Testatoris iudicium est indivisibile.
- 5 Nemo potest pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus.
- 6 Ius patronatus ecclesiasticum iure hereditario transferitur ad heredes, non tamen ad illos, qui hereditatem repudiant.
- 7 Ius patronatus transferitur ad heredem extraneum.
- 8 Ius patronatus non deferatur ad filium, qui repudiavit hereditatem.
- 9 Qualitas hereditaria semper est necessaria ad consequendum ius patronatus.
- 10 In iure patronatus non consideratur qualitas sanguinis, sed hereditatis, & nu. 12.
- 11 Melioratio est quid distinctum ab hereditate.
- 12 Femina exclusa à successione, censetur etiam exclusa à iure patronatus.
- 14 Ius patronatus transit in fideicommissarium universalem.

An quis possit hereditatem repudiare, & ius patronatus acceptare.

DECISIO CXXVI.

IN vna Auerfana iuris patronatus delegata per Sedem Apostol. Reuerendiss. D. Vicario; fuit dubitatum si potuisset de iure heredes institutos repudiare hereditatem ipsam retento iure patronatu, & fuit negativè resolutum, ius enim patronatus est pars hereditatis, secundum Fabrum in decif. 6. C. de iur. patron. & sequitur hereditatem sicut canis leporem, vt dixit Aram. in decif. 5. de iudic. Feltrius de iure patron. q. 16. & facit tex. in cap. ex literis huius tit. vbi ius patronatus transit cum universitate bonorum, & non potest ab ipsa separari ex quo nemini permittitur hereditatem partim repudiare, & partim acceptare, l. neminem ff. de acquir. hered. cū testatoris iudicium sit indivisibile, l. quidam Eulogio C. de iur. delib. & non potest quis pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus, l. intestatus ff. de reg. iur. vnde Franc. Marc. in decif. 1137. vol. 1. quem sequitur Curt. Iun. in conf. 5. num. 6.

- 6 voluit ius patronatus ecclesiasticum iure hereditario transferri ad heredes, non tamen ad illos, qui hereditatem repudiant, pro quo facit gloss. in cap. cum seculum cit. tit. vbi ius patronatus deferatur successione, & sic transferatur etiam ad heredem extraneum, secundum Calder. in conf. t. de iure patronatus, Cassad. decif. 1. de iur. patronat. Franc. Marc. decif. 1135. vol. 1. Rot. diuers. decif. 385. & 482. par. 1. de Franch. decif. 85. Ferret. conf. 343. num. 1. quasi quod consideretur solum hereditas, & non qualitas coniunctionis, & consequenter, quod non deferatur ad filium, qui repudiavit hereditatem, Feder. de Sen. conf. 111. incipiens: Quæstio talis est in 5. col. de quo etiam, per gloss. in c. filijs, & in c. considerandum 26. q. 7. & per gloss. in l. si operum ff. de oper. liber. facit quod habetur per Bar. in lvt iuris iurandi 6. filij liberi ff. de oper. libero. qualitas enim hereditaria semper necessaria est ad consequendum ius patronatus, vt voluit Innoc. in c. 1. de iure patronatus, per tex. expressum in cap. significat de testibus, c. 1. de iure patronatus, Spino in Specul. testamentorum glo. 4. num. 48 vbi etiam si alios patronus filios reliquerit, non ex hoc transfinitur in eos ius patronatus, nisi sint heredes, quia non consideratur qualitas sanguinis, sed hereditatis, quando in hereditate ipsa ius patronatus consistit, sic intelligitur tex. in c. filijs, vel nepotibus 16. q. 7. cap. considerandum ead. causa, & quæst. text. in cap. constitutum 16. q. 1. communis resolutio secundum Gugliel. Benedic. in cap. Raynucius verb. eodem testam. el primo. num. 261. de testam. Bart. in l. vt iuris iurandi 5. filij liberi num. 4. ff. de oper. libero. expendit Molib. j. de primog. Hispan. cap. 8. num. 6. Vnde si quis reseruat ius patronatus tibi, & filijs suis, intelligitur de filijs, & heredibus, tenent plures, quos refert & sequitur Coua. in c. Raynucius §. 9. nu. 1. 2. & lib. 2. variarum resolucionum c. 13. nu. 7. Bene tamen verum est valere ordinationem factam à testatore, vel fundatore, vt ad heredes sanguinis transeat solummodo hoc ius patronatus, & non ad extraneos, vt resolut Bald. l. 2. nu. 1. C. de in sua vocat. Dec. in c. significatum nu. 10. de prab. Inus de benefic. 3. par. q. 1. nu. 15. Paris. conf. 48. num. 6. vol. 4. Hinc fit, quod si filius sit melioratio in tertia, & quinta bonorum parte, si acceptet meliorationem, & repudiet hereditatem, non succedit in iure patronatus, ea ratione quia cum melioratio illa non sit sibi hereditatis, sed particularis prælegati, non capit illam filius tamquam heres, argum. lex facta §. vnde scio quæsitum ff. de hered. instit. quem tex. explicat Ias. in l. si quis in fun. di. vocabulo §. 1. ff. de leg. 1. Suarez in l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. 7. q. le gis R.egni. Ma. 11 ximè quia melioratio est quid distinctum ab hereditate, vt explicat Tell. Ferdinand. l. 1. Tauri num. 11. Matienzo l. 5. tit. 6. lib. 5. recopila. sequitur igitur quod ius patronatus non pertinet ad huiusmodi filium, semper enim vt supra dixi, est consideranda qualitas hereditatis in successione iuris patronatus, quod adeo procedit, quod si testator in suo testamento excludat feminas a successione hereditatis, & quod solum ad masculos perveniat, ex tali successione videtur femina

mina exclusa à successione iuris patronatus, quia solum transmittitur in quem transit hereditas, cui inest ius patronatus, sic tenet Innoc. in rubr. de iur. patr. in si. & est communis, secundum Rochū de Cus., de iur. patr. verb. ipse vel is, q. 6. Paulus de Ciudadis eod. tract. 9. part. q. 1. & Lopez l. 8. tit. 15. par. 1. glo. 4. ius enim patronatus semper consideratur cum vniuersitate bonorum, secundum Bal. in rubr. huius tituli, licet requiratur apprehensio, vt ad heredes transferatur, Verall. in decif. 135. num. 1. & in decif. 410. lib. 2. Cald. conf. 12. de iur. pa. idem Verall. decif. 211. lib. 3. Franc. Marc. dec. 145. & in decif. 1135. vol. 1. & propterea transit in fideicommissarium vniuersalem, vt non rabiliter vult Cuius. Pap. in decif. 507. & idem Franc. Marc. in decif. 1136. vol. 1.

Non obstant glo. in c. constitutum in glo. fi. 16. q. 1. & cap. considerandum 16. q. 7. volentes quod etiam si filius se abstineat ab hereditate patris succedat in hoc iure patronatus, quia respondetur ex supradictis, hoc dictū esse falsissimum, & sic summa cum ratione dicitur effo. reprehendit Card. in clem. plures quast. 7. de iur. patron. Spino citato loco num. 56. & alij innumeri, quos refert, & sequitur Couar. lib. 1. variar. resol. c. 18. nu. 7.

Non obstant secundo, tex. io. l. filij ff. de iure patronatus, vbi succeditur in iure patronatus iure sanguinis, & sic non iure hereditario, & consequenter potest sine hereditate repudiare, & ius patronatus retinere: Quia respondetur dictum tex. procedere, vbi succeditur in iure patronatus liberorum, vt explicant Doctores in l. eorum. l. ad l. Iuliam Marietatis, & in l. si patronus ff. de iur. glo. in clem. plures in verb. liber de iure patron. Bald. in c. significauit de testam. quod secus in iure patronatus ecclesiastico dicendum est, ex quo, vt dixi sequitur ipsum heredem, vt lae resoluunt DD. in c. considerandum 16. q. 7. Cardin. in citata clem. 1. de iur. patron. Dec. in conf. 149. col. 1. vol. 1. Lopez. in c. Joſtaua Hispan. tit. 15. par. 1. & sic secundum Spinum loco citato, hoc ius patronatus ecclesiasticum non competit filio, vt filio, sed vt heredi.

S V M M A R I V M.

- 1 Baptizari his nemo potest.
- 2 Bis baptismum suscipiens de iure canonico peccat mortaliter, & sit irregularis, & de iure ciuili vltimo supplicio punitur.
- 3 Quid debeat facere, qui scienter rebaptizatur pro heresi introducenda, & quid si pro munditia, id est pro salute corporis obtinenda, num. 4.
- 4 Clericus baptismum iterans vltra sacrilegium est excommunicatus, & irregularis, & deponendus ab officio, & beneficio, & tanquam indignus sacerdotio deponitur. nu. 6.
- 5 Baptizantes debent animaduertere, in sciendo si puer sit baptizatus, vel non.
- 6 Sacerdos baptizans cum conditione, si non est baptizatus non est irregularis.
- 7 Qua sit forma, qua praescribitur parochi baptizans ad pueros, de quibus dubitatur si sint baptizati.
- 8 In dubio quis non praesumitur baptizatus.
- 9 Refertur quod nam dicatur dubium probabile ad effectum de quo quaeritur.

Dubium probabile, quod nam dicatur ad effectum, vt Parochus possit baptizare cum clausula, si non es baptizatus, ad ornatum text. in cap. de quibus de baptismo.

D E C I S I O C X X V I I.

- 1 Baptismi reiteratio omni iure prohibita est, ita quod bis baptismum suscipiens de iure canonico peccat mortaliter, & sit irregularis, cap. qui bis de consecr. dist. 4. Institut. canon. lib. 2. §. illi quoque, & §. quod si quis, Nouar. in clem. si furiosus 2. par. in princ. nu. 8. Couar. in suo manual. c. 22. & de iure ciuili vltimo supplicio punitur, l. 2. C. ne sanctum baptismum reiteretur, de quibus loquitur Canon penitent. 46. dicens: Qui scienter rebaptizatur septem annis peniteat, & feria 4. & 6. in pane, & aqua ieiunando tres Quadragesimas faciat, & hoc si fecit pro heresi introducenda, si autem pro munditia, id est pro salute corporis obtinenda tribus annis peniteat, c. qui bis de consecr. dist. 4. cap. 7. de Apollat. Clericus autem baptismum iterans vltra sacrilegium peccatum est excommunicatus, & irregularis, & deponendus ab officio, & beneficio, c. fi. de baptismis. Institut. Canon. d. §. illi quoque Abb. in c. ex tuarum de apollat. & tanquam indignus sacerdotio deponitur, l. 1. C. ne sanctum baptismum reiteretur, quare aduertere debent baptizantes, ne quaquam baptizent sine prauia diligenti indagine, si sit baptizatus puer, vel ne, de quibus est videndus Canon 46. SS. Apost. qui sic inquit: Episcopus, aut presbyter, qui verum baptismum habent iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs, non baptizauerit, deponitur, vt qui crucem, & mortem Domini derident, neque discernant veros sacros dotes, à sacerdotibus impostoribus; si autem puerum sub conditione iterum baptizet, non sit irregularis, vt per Viuald. in suo aureo candelario 3. par. c. 14. nu. 57.

- 25 dicens etiam sententiam cancellatam probare, Bar. in l. acta nu. 6. ff. de re iud. Bal. in Lemancipatione nu. 4. & 5. C. de fid. instrum. Rebuff. in praxi 2. par. tit. de procuratore ad resignandum conf. 16. tuto num. 35. dicens ex eo quod qui est indebitum de matricula cancellatus habetur pro non cancellato, Bal. in l. Schrinarios num. 1. C. de testam. milit. Marfil. in suo tract. de fideiuss. num. 106. di-
- 27 cens, quod licet citatus comparens videatur a iure monitoris, ne recedat illicitus, iuxta tex. in c. si postquam de elect. in sexto, hoc locum sibi vt
- 28 dicat, quoties citatio fuerit valida, nam alias poterit impune recedere quandoqucumque, vt habetur per Sicul. in cap. consultui, de offic. deleg. post Bal. in l. nam ita Diuus nu. 16. ff. de adopt. vt dicitur
- 29 mus, quod & si publicatis attestacionibus nequeant amplius testes produci, cap. praesentium.
- 30 de testibus, hoc non procedit, quando publicatio non fuisse facta rite, & recte, quia cum sit inualida post talem publicacionem poterunt testes produci, glo. in clem. 1. in verb. rite de testib. Bal. a. a. h. at qui semel nu. 5. in fi. C. de prob.

S V M M A R I V M.

- 1 Emphyteusis non transit ad ecclesiam, & assignatur duplex ratio, vt nu. 2.
- 3 Ecclesia non potest alienare.
- 4 In alienacione rerum ecclesiae requiruntur solemnitates, & causa.
- 5 Emphyteusis transiens in Collegium, siue vniuersitatem, dicitur transire ad manus mortuas.
- 6 Quoties venditio sit emphyteuticæ sacri facta ciuitati, tenetur ciuitas propter laudemiam, & alia iura directo domino competentia ponere extra manus ipsius ciuitatis.
- 7 Clausula (pro te, tuisque haeredibus, & successoribus quibuscumque) operatur vt post emphyteusis alienari ad manus mortuas.
- 8 Clausula (pro te, tuisque haeredibus, & successoribus quibuscumque) expulset clausulae, & quibus de-

- 9 Clausula (pro te, tuisque haeredibus, & successoribus quibuscumque) operatur vt secundum, vel emphyteusis transiat ad haeredes extraneos, & etiam ad successores singulares, nu. 10.
- 11 Vis clausulae (pro te tuisque haeredibus, & c.) operatur, vt emphyteusis transiat ad omnes ad quos de sui natura non potuisset transire.
- 12 Vis clausulae (pro te, tuisque haeredibus, & c.) est vt omnia, & singula simul veniant in dispositione, & omnia singulariter comprehendenda, censentur, nu. 13.
- 14 Vis dictae clausulae (pro te, & c.) importat expressionem casus specialis, & operatur, vt secundum, & emphyteusis, vt in restitutione fideicommissi, vt nu. 15.
- 16 Dictio (quibuscumque) vt vniuersalis omnia comprehendit.
- 17 Vniuersale signum operatur vt omnia vniuersaliter intelligantur.

Emphyteusis quae regulariter prohibetur transferri ad manus mortuas, an procedat vbi eius concessio facta est cum clausula (pro se, suisque haeredibus quibuscumque.)

D E C I S I O C X X X V I.

- 1 **L**icet aperta sit iuris conclusio emphyteusim prohibitam esse transire ad ecclesiam, vt tradunt Ias. in l. h. nu. 91. C. de iure emphyteutico, & in conf. 5. nu. 6. Alex. conf. 60. num. 7. Specul. in titul. de locato §. nunc & aliqua nu. 143. Bald. conf. 80. num. 4. & seq. ample post alios de Ponte de potest. proreg. in tit. de assensibus §. 8. num. 8. cuius conclusionis ratio duplex assignatur: Prima, quia non esset spes, quod res possit redire ad dominum per mortem, cum ecclesia non moriatur, cap. gratia de rescriptis in sexto: Secunda, quia dominus directus multum grauaretur, & fraudaretur iure suo, cum enim ecclesiae prohibita sit alienatio, & licet aliquando possit, non tamen sic de facili, vt potest priuatus, quia requiritur quod subsit causa, & interueniant sollemnitates, iuxta mentem extrauag. Ambitiosa de rebus ecclesiae non alien. Cornazanus dec. 74. & dec. 67. Farinac. dec. 106. dec. 110. & dec. 596. Seraph. dec. 508. vnde non sic leuaret dominus recipere laudemium, sicuti quando emphyteusis transferretur in priuatum, quae conclusio amplius procedere etiam quando emphyteusis transferretur in collegium, siue vniuersitatem, quia dicitur transire ad manus mortuas, & propterea dominus directus esset fraudatus, quia res de facili non incidit in commissum, & consequenter cessat spes caducitatis, & tunc fuit dec. in Sac. Conf. Neap. teste de Franch. in dec. 659. quod si venditio rei emphyteuticæ fuerit facta ciuitati, tenetur ciuitas propter laudemiam, & alia iura directo domino competentia ponere extra manus ipsius ciuitatis, & inquit Ias. loco superius citato, quod ecclesia tenetur vendere intra annum, allegando tex. in c. longinquitate 11. q. 2.

- Fuit dubitarum tamen in Curia Archiepisc. si prædicta prohibitio procederet etiam existente.
- 7 clausula in concessione (pro te, cuiusq; hæredibus, & successoribus quibuscumque) & fuit negatiue resolutum ex vi dictæ clausulæ, quæ æquipollet clausulæ, (& quibus dederis) secundum Bal. in l. 1. q. 34. ff. de rer. diuis. Paris. conf. 32. nu. 12. vol. 1. Rip. in l. quæritum §. si quis num. 5. ff. de p. firmilleg. credit. & censuit Rot. in vna Ciuitatis bonorum 7. Februar. 1582. coram Seraphino, &
 - 9 ideo operatur, vt feudum, vt emphyteusis transeat ad hæredes extraneos, secundum Bal. in cit. 10 l. 1. & etiam ad successores singulares, vt per eundem Bal. in l. emporem C. locati, l. in l. quædam §. nihil num. 3. ff. de edendo, Bertrand. conf. 64. vol. 2. Rota Auenion. in decif. 69. nu. 12. imo ex vi
 - 11 dictæ clausulæ emphyteusim transfere ad omnes ad quos alias de sui natura non potuisset transire, notabiliter voluit Paris. conf. præcitato nu. 11. Curt. lun. conf. 4. num. 4. Rolan. conf. 34. num. 64. vol. 1. & fuit resolutum in Rota in vna Ciuitatis Castellæ to. Maij 1577. coram eodem Seraphino, virtus enim dictæ clausulæ est, vt omnia &
 - 12 singula simul veniant in dispositione, vt dicit Alex. conf. 17. vol. 1. & omnia singulariter comm. 13 præhensa censeri, inquit Bal. in conf. 461. num. 6. vol. 1. & sequuntur Dec. conf. 512. num. 6. vol. 2. Decia. conf. 34. num. 39. vol. 2. Curt. lun. conf. 74. nu. 3. & secundum Rol. conf. 1. nu. 3. importat ex-
 - 14 pressionem casus specialis, & continet specificitæ, quæ de iure communi vtique non veniunt Artin. conf. 114. Menoch. conf. 117. num. 7. Item
 - 15 operatur vt feudum, & emphyteusis veniant in restitutione fideicommissi, l. in l. præd. feud. nu. 49. Rolan. conf. 96. num. 37. vol. 1. & censetur data facultas vendendi irrequiescens domino, Paris. conf. 3. nu. 13. lib. 1. Rolan. conf. 54. nu. 34. vol. 3. quæ omnia locum sibi vendicant propter efficaciam dictions illæ (quæ usumque) quæ vti vni-
 - 16 uersalis, omnia comprehendit, Gram. decif. 4. Rueden. de Analog. c. 11. vniuersale enim signū
 - 17 operatur, vt indifferenter omnia comprehendatur, ita quod dispositio quæ alias restrictionem reciperet, non recipiat, Dec. conf. 358. Cacheran. decif. 94. nu. 11. & in decif. 100. n. 43. Boer. dec. 158.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quælibet causa, siue iusta, siue iniusta excusatur à dolo.
- 2 Credens viro digno excusatur, non tantum à dolo, sed à culpa. nu. 3.
- 4 Excusatur qui dixit se scire quod audiuit à fide digno cui credidit.
- 5 Dignum testis non ostenditur, si dicat se scire id quod deponit non per certam scientiam, sed per auditum, vel famam.
- 6 Pro certo scire dicimus quod à fide digno audiimus.
- 7 Excusatur volens prescribere, si credidit viro fide digno aliquid afferenti, in quo fundabatur prescriptio.
- 8 Fmens ab aliquo, qui assertit se procuratorem excusatur, si à fide digno intellexerit illum habere

mandatum, quod amplius, et nu. 9.

- 10 Excusatur Custos Arcis, qui loco sui, virum alias probatæ conditionis subrogauit, si postea subrogatus prodiderit.
- 11 Refertur articuli decisio.
- 12 Assertio in factio proprio non valet.

Deponens scire id quod audiuit à viro fide digno, an possit puniri pœna falsi.

D E C I S I O C X X X V I I.

- 1 Q Vonia vera est iuris conclusio, quod quilibet causa, siue iusta, siue iniusta excusatur à dolo, vt probat text. in l. i. §. t. ff. de liberal. causa, & voluerunt glo. & DD. in l. plagij in verb. iusta C. ad l. Flauian. de plag. Felyn. in cap. cum contingat col. 3. de referrip. Dec. conf. 170. num. 2. Alex. conf. 160. col. j. vol. 7. Ideo cum in Curia Archiepisc. dubitatum fuisset si esset puniendi pœna falsi quidam qui cum audisset à Parocho, sibi fuisse factum legatum 50. duc. à quodam suo penitente, eisdem credentes, in iudicio deposuerunt se audiuisse testatorem huiusmodi legatum ad fauorem Parochi prædicti fecisset, & vicibatur negatiue decidendum, ex quo viro digno credentes excusari, voluit glo. in l. Titin fundus in verb. actiones vers. sed quomodo ff. de condit. & demonstr. Bar. in l. interstatæ ff. de vscap. pro empt. Bal. in cap. Sanctorum vers. dixit de præscript. Boer. decif. 217. nu. 9. Caffid. in decif. 19. vers. de Regul. Cancell. Felyn. in conf. 2. num. 26. Alexan. conf. 190. num. 7. vol. 7. & in conf. 25. col. 3. vers. & sciunt volu. 5. vbi ait ne dum excusari à deho, sed etiam à culpa, vt sequitur etiam Albari. in l. j. in fi. vers. vnum etiam nota ff. de eo, per quem factum fuer. & quod excusatur à lata culpa, si ripit Barbat. conf. 29. col. h. vers. quid autem non fuerit in lata culpa vol. 2. & in proprijs terminis quod excusatur qui dixit se scire, quod audiuit à fide digno cui credidit, sequuntur Anchar. conf. 24. col. penult. Felyn. in cap. præterea in 1. notab. de testib. l. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori colum. 8. vers. tu adde singulariarius ff. de oper. non. nunc. & pro hac decisione facit quod notat Butr. in c. quoties col. fi. de testib. & in c. per inquisitionem not. 5. §. notab. de elect. vbi ait non vitari dictum testis si dicat se scire id quod deponit non per certam scientiam, sed per auditum, vel famam, vel alia indicia, voluit Archid. in cap. in domo l. o. m. j. de penit. dist. 4. pro certo scire enim dicimus quod à fide digno audiimus cui credimus, glo. in cap. cupientes in verb. noticiam de election. in fi. xto, sequitur Germin. in cap. de capulis vers. nota, quod quis to. distinet. Felyn. in cap. præterea colum. i. de testib. Barb. in conf. 12. colum. 13. Marfil. in rub. de probat. colum. 57. & hinc inferitur quod volens prescribere excusatur, si credidit viro fide digno aliquid afferenti, in quo præscriptio fundetur, & quidem Bar. in l. qui fundum §. procurator ff. de vscap. pro empt. voluit quo
- 8 emens ab aliquo, qui assertabat se procuratorem

donu-

domini, excusetur si à fide dignis, fuit sibi relatus illum habere mandatum. Bal. in l. j. col. j. C. de rebus alienis non alienand. qui loquitur in execute, Fely. in cap. de quarta colu. 8. vers. vnde dicit Bart. de prescript. Salice. in d. l. j. circa fi. vers. hæc nota pro eo C. de reb. alienon alienand. quod et

- 9 procedit quando prescribens accepit à fide digno qui habeat titulum ex quo potuit prescriptio induci, Abb. in c. cura col. j. in fi. de iur. patr. Cyn. in l. j. nu. 49. C. de feruit. & aqua, ex dicto enim vnius fide digni per se bona fides, vt dicit Bal. in c. Sanctorum vers. ex dicto vnius de prescript. Areti. conf. 102. enlu. penult. & hinc etiam euenit, 10 quod excusetur Custos Arcis, qui loco sui virum alias probate conditionis subrogauit, si postea subrogatus prodiderit Arcem, & perdidit egerit, Alberic. in l. fi. ff. de Custod. & exhibit. reor. colu. j. Barb. conf. 62. volu. 4. In fin. l. si pecuniam §. sed si accipit in fi. ff. de condit. causat. Boer. decis. 17. num. 9.

- 11 His licet veris existentibus, contrarium tñ censuit Cur. Archiep. ob frequentes rōnes. Primo, ex eo quod dicta verba Parochi dictis testibus prolata, nõ fuerunt probata, sed tantum ipsi ad eorū executionem illa assererant, quo casu eorū assertio non valet, tamquam pro facto proprio, ad tex. in l. omnes, & l. nullus C. de testib. c. in literis de testib. l. etiam C. eod. cap. 1. 2. & 4. & accusatores 3. q. 1. Vini, decis. 66. benintend. decis. 70. Farinac. decis. 354. Secundo, quia fuit probatum, vnum ex dictis testibus habuisse contrariam opinionem bonæ famæ, & integritatis dicti Parochi, quo casu non veniebat excusandus, ex eo quod non habebat dictum Parochum tamquam fide dignum, & sic fuit ei inflicta pena extraordinaria.

S V M M A R I V M.

- 1 Hospitium religiosorum dicitur locus religiosus, & equipollet monasterio.
- 2 Pro loci p̄i. clausuri, & scolarum adificatione, cogitur quis vendere rem suam, simuliter pro ornamento Reipublicæ.
- 3 Potest cogi vicinus ad vendendam seruitutem alius non tollendi, etiam via publica intermedia, ne in vicinario inspiciantur Monachi.

An pro ampliacione hospitij Religiosorum, compelli potest vicinus ad vendendam domum. ad ampliacionem tex. in l. Nec emere C. de iur. deliber.

DECISIO CXXXVIII.

P Lens, & copiosa est Religio fratrum Diui Dominici in Ciuitate Neapolis, vnde cum fratribus eiusdem Religionis Prouincie Sicilie per priuilegiū fuisset concessum, vt in dicta Ciuitate Neap. habere valeat hospitij, ipsorum constructo auctus esset numerus fratrum, ita vt propter angustiam dicti hospitij, non poss. n. ibi. lem. cōmōde permanere iuxta decorem eiusdē Religionis. Comparuerunt pro ampliacione dicti hospitij, in Cur. Archiep. petēdo cogi quādam Re-

ligiosam habitē domum contigua, vt ipsis venderet pro ampliacione dicti hospitij, quare fuit dubitatum quid iuris, & dicebatur, quod licet regula sit, neminem cogi vendere, quod suum est, ad tex. l. in iustit. l. dudum C. de contrah. empt. vbi DD. in l. nec emere C. de iur. deliber. etiam iusto pretio, Boer. decis. j. r2. num. 2. Carp. ad stat. Mediol. 433. nu. 70. Menoch. de arb. iud. cas. 463. nu. 12. Fab. de Ann. conf. 4. num. 41. Couar. var. resol. l. 3. cap. 14. num. 7. Boer. decis. 3. r1. num. 2. etiam quod sit consanguineus, consors, vel vicinus, nisi retractus statutaris, vel conuentionalis, vel consuetudinarius hoc disponat, vt tradit Ansh. conf. 316. Casfr. conf. t. vol. 2. Paris. conf. 38. vol. 3. Ruin. conf. 70. volum. 1. Fabian. de Mont. tract. de empt. & vend. q. 20. num. 41. Tirac. de retract. in presat. num. 11. Jgneus ad l. dudum C. de contrah. empt. Carp. ad stat. Med. par. j. col. 147. Honed. conf. 3. nu. 13. & conf. 7. vol. 1.

Quæ sane regula æquissima est, vt dicit Couar. d. lib. 3. var. resol. c. 14. rōnem habens ex iuris priuicipij petita, quod in re sua quilibet sit moderata & arbiter, & de re propria dominus, liberè, & absolute disponit. Valq. controu. illust. q. 17. nu. 2. q. 9. num. 18. emere namq; & vendere est actus naturalis libertatis, Menoch. lib. 3. presump. 130. num. 54. Papp. conf. 122. num. 10. Fab. de Ann. conf. 47. nu. 41. adeo, vt iniqum videatur quem compelli rem suam alteri vendere, l. nec enim ff. rer. amot. Carp. ad stat. Mediol. 71. num. 2. 7. nec est contra emere quis cogitur, In fin. l. in. num. 2. 7. C. de iurisd. omn. iud. Gabr. tit. de leg. conclus. 3. nu. 17. Carp. ad stat. 433. nu. 92. Cauagad. decr. Montiserr. 18. §. j. nu. 3. Ideo nec fiscus compellitur priuatis emere res confiscatas per eum subhastidas l. licitatio 4. ad conducendū ff. de public. Nat. conf. 100. num. 7. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. nu. 44. Grat. discept. 149. num. 33. leuius tantum casibus exceptis, quos in tract. propediem edendo de princip. potest. in actus humanos l. c. 8. copiosius recensimus.

Tamen pro contraria opinione, quod scilicet compelli potuisset supra dicta vicina ad vendendam domum, si ciebant infrascripta.

- 1 Primò, quia hospitij Religiosorum dicitur locus Religiosus, & ecclesiasticus cap. ad h. & c. de Zeno doct. b. j. de religiosis domibus, & equipollet Monasterio, cum Monasterium dicitur Monachorum statio, secundum Archidiacon. in clem. de regular. de statu Regularium, quæ sequitur In cl. 2. 9. appellata ff. si cert. petat. sed vicinus Monasterio, pro cōmoditate illius poterit ad vendendum compelli, vt latè decidit Gram. decis. 75. & voluit Rox. h. Curt. in tract. de iur. patr. 9. contraxit num. 19. Anton. Padill. in Laltus num. 21. C. de feruit. & in proprijs terminis hanc limitationem post Paris. A. sicut. Gomez. & Gregorium Lopez, nouissime confirmat Petr. Aug. Motla. Doctor Valentinus in suo Empor. lur. tit. 9. q. 1. nu. 7. post Cuiac. lib. 3. obseru. c. 22. Reuard. lib. 3. var. c. 3. §. i. §. iur. vt pro ampliacione hospitij.

- 2 Tum et cundò, quia si pro quouis loci p̄i. reatū ficarione cogitur quis ad vendendū, Franc. Marc. decis. 536. par. 1. Giurd. decis. 86. Gasp. Thes. quest. 64. par. 1. Costa de remed. subsidiar. cap. 65. quanto

quanto magis pro ampliacione hospitij, qui locus religiosus nuncupatur, vt supra dixi.

Tertio, quia cogitur quis vendere pro claustro, vel scholis fabricandis, idem Marc. dec. 534. nu. 5. par. 1. Scot. conf. 3. n. 19. Cof. de remed. subd. ar. remed. 76. n. 9. Molin. disp. 341. n. 2. & pro dormitorio extendendo Socc. regu. 433. fallen. 8. Scot. d. conf. 3. num. 17. Gramm. decif. 75. Ball. pragm. 1. num. 4. & pro Monasterij viridarij, eiusdemq; viridarij ampliacione, Cof. d. remed. 76. nu. 9. Mar. Ant. Macer. lib. 1. resol. 113. caf. 19.

Quarto, quia et pro ornamento Reipublice cogitur quis vendere domum suam, Gasp. Thef. in d. quæst. 64. & propterea officialis domus priuati potest destrui pro decore Ciuitatis, vt dicit Paris de Put. in tract. de sind. 9. iudicij suprema potestas nu. 26. Rom. fing. 710. Rip. in rub. de damn. in fec. num. 5. & nobilis pauper habens palatium, destruitur, compellitur illud vendere diuiti volenti edificare, vt dicit Thom. ad Alex. in d. nec emere, & Rip. in d. num. 5. qua propter in multis Italia ciuitatibus extat statuta disponencia, quod habens rem paruam apud confinia illius, qui maiorem habet, tenetur vendere, quorum statutorum validitatem defendit Iaso. in d. l. nec emere nu. 4. post B. l. d. & Ioan. de Plat. in l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 12. & istis rationibus motus sicut, record. Emanuel Philibert. Dux Sabaudie simile priuilegium concessit Ciuitati Taur. ad instantiam Decurionum, secundum Thef. loc. cit.

- 3 Tandem dicebatur, qd similiter cogi potest vicinus ad vendendum feruiturum altius non tollendi, etiam via publica intermedia, Padill. in l. alcius nu. 19. C. de feruit. Franc. dec. 223. nu. 4. Ball. in pragm. 1. num. 10. cui pro necessaria viridarij sui clausura palmum terræ vicinæ licet capere, ne viridarium ipsum profic omnibus, aut in eo inspiciantur Monachi, vel quod tui sint, Scot. d. conf. 3. num. 10. atque pro omni eo, quod conuenit, efficit Monasterio, Mac. d. caf. 29. quidquid sit in Capella, vel Oratorio, Carot. dec. 26. n. 17. Tiraq. de priuil. pia cause priuil. 67. Franc. dec. 213. n. 5. & Couar. declarat. d. c. 14. ver. ff. & tertius, dummodo Ecclesia id pro se petat, non vt alijs complaceat, Franc. decif. 123. num. 7. sic in directo, qui in alterius vtilitate, præferri vult, Rip. in l. 1. col. 2. de priuil. cred. Guad. Pap. decif. 41. t. Cann. in cap. volentes fol. 202. & in retrahente pro alioxq; Benedetto, & Tiraquel. notat Rend. de iure prothom. 9. causa vto num. 12. Muta in Rit. 194. num. 18. & in eo, qui pro alio retrahit à vicino, vt ad ornatum vrbis adificet, Verall. decif. 143. par. j. Supradictis tamen sic discussis fuit resolutum nõ potius esse compelli dictam vicinam ad vendendum, & consequenter priuilegium concessum cogendi vicinos ad vendendum ecclesijs, non extendi ad hospitium.

S V M M A R I V M.

- 1 Multa ratione qualitatis, & notorietatis personarum permittuntur, quæ alias denegarentur.
- 2 Examinati ab vniuersitatibus, & approbati, non debent iterum ab alijs examinari.

3 *Personæ notæ, & alias approbatae, non debent examinari pro susceptione ordinum.*

Regula, quod præsentatus ad beneficium iuris patronatus debeat exhiberi personaliter, & sensibus corporis coram Ordinario, an locum habeat in personis notis, & valdè qualificatis?

DECISIO CXXXIX.

R Ecepta, & indubitata est apud omnes cõclusio illa; Præsentationem debere fieri præsentialiter, id est sensibus corporis illius cui fit præsentatio; adeo vt præsentatus debeat exhiberi Ordinario personaliter, nec sufficeat Patrono mittere instrumentum præsentationis Ordinario, vt probant latissimè Burf. conf. 29. vol. 1. & Alciat. conf. g. t. num. 10. & seq. cum alijs quos probat Selna de benefic. part. 3. q. 1. nu. 6. & idem in q. 2. num. 45. & Rota in proprijs terminis in decif. 3. de iur. patron. in nouis, & ex his dicebat Achill. de Grassis in decif. 12. de iur. patron. quod præsentatio intelligitur tantummodo quod fit personaliter Superiori, alioquin dicitur magis nominatio, quam præsentatio, quam opinione ante eum tenuit Rot. in dec. 19. eod. tit. in nouis, Franch. in c. 1. 5. verum in vltim. notab. de iur. patron. in sexto, Roch. de Curt. in eod. tract. quæst. 43. circa fin. Nicol. Milis in eius auro repertorio verb. patronatus, & iuxta habet opinionem censuram eadem Rota in vna Absclutana Parochiali 13. Ianuar. 1548. coram Augustino.

Quia conclusionis fide firmata fuit dubitatum in Cur. Archiep. an procederet in personis notis, & valdè qualificatis; vnus ex dominis dicebat affirmatiuam opinionem, motus qd dicta exhibitio est forma, & de substantia præsentationis, & ideo eius omisio visat præsentationem, arg. tex. in c. quæritur 6. Episcopus 22. q. 2. Gram. in dec. 79. nu. 14. Viui. dec. 135. forma enim dat esse rei, c. quia propter de electione, & vbi deficit forma, deficiat esse rei, non sunt liberi ff. de statu hominum, Viuius dec. 336. Hinc est quod quando cõtamen est pro forma assignatus, nullatenus omitti potest, quãuis promouendus esset persona nota, & valdè qualificata, Dec. conf. 50. num. 6. & conf. 262. nu. 4. conf. 459. nu. 1. Paris. conf. 12. num. 43. & in terminis Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. cum agit de prouisione Parochialium; Nam cum ibi requiratur examen pro forma, necessario fieri debet per concursum, vt fape censuit Sacra Congr. Gonzalez glo. 4. nu. 93. in 8. reg. cancell.

- Sed cõtarium fuit resolutum, ex regula, quod multa ratione notorietatis, & qualitatis personarum permittuntur, quæ alias denegarentur: hinc est, quod examinari non debet, qui est notorie literatus, & habilis, c. qui Episcopus iuncta glof. 1. 23. dist. c. nullus 24. dist. & ibi glo. vnicã, Fely. post alios in c. fi. nu. 28. plura cum iuris de praesumpt. Dec. per tex. ibi in c. consuetus 46. nu. 3. not. 4. de appell. Lambert. de iur. patron. par. 1. q. 6. ar. 3. nu. 1. Lupus

Lupus in l. 1. tit. 16. par. 1. in glo. 2. latè per Mandocin reg. 24. de male promotis q. 3. nu. 4. cum plurib. seq. & in graduatis, qui excusantur ab examine cum iam examinati sint, & approbati ab Vniuersitatibus, nè fiat iniuria ipsi Vniuersitatibus, tradit Rebuskin 1. tit. de rescript. in forma pauperum pro graduatis nu. 3. & 4. & de priuileg. scolar. priuileg. 86. per tot.

Hinc est quod quando ordinandus est persona nota, & valde qualificata, & approbata ab Vniuersitate, non debet examinari de nouo, vt probat text. & quod ibi latè animaduertit Panorm. in c. fraternitatis de cler. non resid. Non obstant contraria, quia procedunt quando apparet fuisse certam formam assignatam, vt tradunt DD. sup. cit.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius non potest dare consensum pro erectione iuris patronatus.
- 2 Vicarius non potest conferre beneficia.

An Vicarius possit prestare consensum ad fundandum ius patronatus.

DECISIO CXL.

Vit dubitatum si Vicarius potuisset prestare consensum ad fundandum ius patronatus Episcopo absente, & decreuimus non posse, quia cum non possit conferre beneficia, ita nec et poterit erigere, cum in generali de off. Vicar. in 6. Card. in clem. 2. in 3. q. in fide procur. Dec. in cõf. 121. & conf. 224. Bertach. in vltima par. reperit. in verb. Vicarius dicitur vers. 14. & 4. idem Bertach. in tract. de Episc. in 7. par. 4. lib. in rub. de Vicar. Episcop. nu. 13. Lambert. in tract. de iure par. ar. 1. q. princip. 3. par. 2. lib. fol. 206. Roch. de Curt. in verb. cõpetens in eod. tract. n. 66. Calder. in conf. 1. de offic. Vicar. Bellamer. in dec. 93. Paris. in conf. 80. num. 12. & 17. volum. 4. Bero. in conf. 83. num. 2. t. vol. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Immunitate ecclesiastica gaudent, qui non reperiuntur expressè prohibiti.
- 2 Constitutio Gregorij XIII. de immunitate, non est extendenda ad casus similes propter dictionem taxatiuum tantum.
- 3 Potest concedi licentia patri, vt extrahatur eius filius ab ecclesia ad quam confugit cum non sit ad effectum puniendi.

Filiusfamilias confugiens ad ecclesiam, nè corrigatur à patre, an gaudeat immunitate ecclesiastica?

DECISIO CXLI.

In anno 1616, in Curia Illustris. Nuncij huius Regni Neap. fuit dubitatum, si potuisset prædictus Dñs concedere licentiam cuidam patri familias extrahendi ab ecclesia filium, qui

nè corrigetur ad eam confugerat: vnus ex Dominis negabat, posse impartiri licentiã ad extrahendum Nam ex regula iuris gaudet immunitate ecclesiastica, qui expressè non reperiuntur prohibiti, vt late tradit Villaut in tract. de extensione legum c. 135. in princ. & hanc esse communem Doctõrum sententiã, testatur Clar. q. 30. nu. 8. & 9. de iure etiam gaudet tali immunitate clericus, vt communiter testatur Bernar. Diaz in pract. criminal. Canon. c. 115. relatus per Hispanum Villalobos in suo Erario mille communium opinionum lit. P. nu. 22. licet de consuetudine non seruetur, secundum eum ibi, sed seruetur opinio Arch. imò relatorum per Mencha de success. creatio. 9. 27. nu. 54. & ex hac communi, & regula generali, inferitur pro nullo crimine, etiam grauissimo debere quic extrahi ab ecclesia, nisi ex causis expressis in iure, secundum Couar. c. 10. lib. 2. var. resol. nu. 6. ver. septimo deducitur, per legem secundam expressã ad hoc. tit. xj. par. 1. Quidquid in contrarium, & malè, voluerit Ang. de malef. & eius additio in verb. quod fama publica nu. 59. Auenda. c. 22. nu. 9. in princ. lib. 1. de exequen. mandat. vnde cum suprãdictus casus non sit in iure expressus, videbatur dictum, suprãdictum debere gaudere immunitate, & consequenter non posse etiam extrahendi concedi. Item dicebatur in Bulla Greg. XI. V. exceptuari aliquos casus, quare in reliquis consuetur facta omnium exclusio, per regulam, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, l. nam quod liquidè 6. fin. ff. de penu leg. 2. vt autem lex, auth. de non alieni aut permitt. c. domus 32. q. 7. glo. in l. in his fide leg. 3. DD. in rub. de reg. iur. in sexto, Dec. in l. 1. num. 17. ibiq. Aposiff. eod. idem Dec. conf. 148. n. 5. & conf. 520. n. 9. Panor. in c. 2. nu. 2. de coniug. leprof. Fely. in latiff. in c. qm sequentes in princ. vt

lite non contest. & constitutionem hanc non esse extendendam ad alios casus vitra exceptos etiam similes, comprobat Farin. conf. 76. n. 13. cui assentit Falcon. in sua informatione inserta post dictum conf. Farin. in 16. ca. rone, quia Pontifex Maximus excipit casus prædictos, apponit dictionem taxatiuam tñ, cuius natura est impedire extensionem, iuribus per eũ adductis, ac et quia in constitutione nostra exceptio fit per modum formæ, vt patet ex illis verbis ibi addi, aut minus pot. sed debet obseruari ad vnguẽ, & citat Paris. & Rola. quib. add. do. tex. in l. 9. opus noui fide nou. oper. nũc. & Bal. in l. quosies circa princ. Cde suis, & legit. & infra per dicit Farin. ibid. q. in constitutione hac adest clausula, oẽm profrus extraneas in interpretatione excludens, per tradita à Dec. conf. 90. nu. 1. Aym. conf. 201. nu. 43. & Pute. dec. 80. nu. 5. lib. ij. & vitra prædictos tenet hoc idem expressè Ioa. Frãc. Leo in Theaur. fore. eccles. c. 13. sub nu. 27.

Sed contrariũ fuit resolutũ, nã huiusmodi extrahitio non conceditur ad effectum, vt puniatur, sed potius, vt paterno affectu, & amore corrigatur. Additur etiam quod de iure validum est argumentum de filio ad seruum, gl. in l. liberi C. de liberali causa, & seruus confugiens ad ecclesiam, potest à Domino extrahi, l. si seruus C. de ijs qui ad ecclesiam confugiunt.

SYMMARIVM.

- 1 Filius ergo heres intelligitur quando filius agit.
- 3 Diſta regula non procedit quando filius agit pro ſue ceſſione in bonis matris.
- 3 Diſta propoſitio filius ergo heres, non procedit in filio emancipato.

Filius, ergo hæres, quomodo intelligitur procedere?

DECISIO CXLII.

Petenti in Curia Archiep. Neap. memorie ſuper quadam hæreditate, opponebatur quod eum non eſſet perſona, qui pateret intereſſe, nõ debant eidem cõcedi, cumque replicaret ſe eſſe filium & per conſequens eſſe hæredem, & ſic habebat intereſſe, ex regula iuris, filius ergo heres agendo, Aret. conf. 176. in prin. Anguiſſo 1 conf. 196. nu. 5. Simon de Præſis conf. 141. nu. 28. Ludovic. concluf. 16. col. 37. fol. mibi 49. Magon. dec. Rot. Lucent. in decif. 38. nu. 24. & 62. nu. 14. Carroc. dec. 43. Cartar. dec. 16. qui dicunt hanc conſequentiã, filium ergo hæredem, valere indiſtincte de omni iure. tum Diuino, vt teſtatur D. Paulus ad Gal. c. 4. tum canonico ex tex. in c. quicumque 17. q. 4. tum etiam de iure naturali, & ciuili tex. in l. maximum vituſ C. de liber. præter.

- 1 Declara primo ſupradictam regulam, & intellige veram eſſe in filio agentis enim nõ tenetur hic probare aſſumptum tamquam fundamentum ſuz intentionis. ſ. qd fit heres, prout eſt cõmuni opinio, de qua teſtatur Imol. relatus à Rola. conf. 20. nu. 17. lib. 1. vti etiam dicit hanc eſſe magis communem, ſecundum Socc. conf. 60. col. 3. lib. 1.
- 2 Limita ſecundo, non procedere reſpectu ſucceſſionis matris, Rot. Lucif. d. dec. 62. nu. 14. ratio eſt, quia non habet ipſum in poteſtate, & ſic reputatur extraneus, Alex. conf. 3. nu. 1. vol. 3. Corn. conf. 385. nu. 12. vol. 3. Carroc. loc. ſupra cit.
- 3 Limita tertio, non procedere in filio emancipato, vt probat Alexan. conf. 34. num. 5. volum. 3. Magon. in d. dec. 38. nu. 24. Rot. Lucent.

SYMMARIVM.

- 1 Meretrix licet turpiter agat, non tamen turpiter accipit.
- 2 De rebus illicitè acquiſitis, non debet ſolui decima, intelligitur quando pro his competet reſeſſio, & dominium non tranſfertur.

Meretrix, an teneatur ſoluere decimas?

DECISIO CXLIII.

Tres meretrices recuſabant ſoluere decimas eorum Parocho, & cum eas cõueniſſet dictus Parocho, vt ſoluere dicit decimas ſuz dubitatum, ſi de iure adtringi potuiſſent, ad qd ſuit dictum, de hac materia laicè tractare D. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 2. Sor. lib. c. de iuſt. & iu. ar. 3. q. 3. Cin. in l. 1. C. de condit. ob turpem cauſam, ſaſ. & Caſtr. in

l. 4. ſ. ſed quod Meretrici ſe eod. tit. & ultra notata per eos, dubitabatur pro opinione negatiua per ea; quæ in tex. in c. ex tranſmiſſa de decim. vbi quis de omnibus quæ licite acquirunt, decimas erogare tenetur, ergo à contrario videtur concludendum de illicitè acquiſitis, nõ debere decimas ſolui, arg. text. in cap. non eſt putanda 1. q. 1. & ſic meretrix de ſua meretricio, non tenetur ſoluere decimas, iuxta illud, non accipies mercedem poſtribuli, & Eſai. Non accipias mercedem, nec pretium ſanguinis; de illo honorabis Dominum Deum tuum, nempe de iuſtis laboribus, vt in d. c. non eſt putanda: licite. n. acquiſita, nõ ſunt in bonis nſis l. cum duobus ſ. ſi. ſi. pro ſocio; vnde glo. in cap. ex tranſmiſſa de decim. tenet de nullo illicitè acqſiro poſſe fieri elemoſinam, vel etiam decimam ſolui, & ideo nec meretrix, nec aleator, nec ſymonia-cus, nec hiſtro poſſunt facere elemoſinã, nec dare decimam de tali lucro propter dicta argumenta: hinc tex. in c. 1. 96. diſt. dixit Sacerdotem non debere recipere decimas à meretrice, ne videatur ei impunitatem præſtare, ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 86. art. 3.

Contrarium tamen ſuit reſolutum, ſ. meretrices teneri ad ſoluendum decimas, cuius deciſionis ratio fuit, nam in dubio, nemo cenſetur immunis à prædicta præſtatione, niſi expreſſè receptat indulgentiam Caſtr. in conf. 190. vol. 1. Burſa. conf. 17. vol. 1. Mandel. conf. 322. vol. 2. & licet meretrix turpiter agat, vt meretrix, non tamen turpiter accipit, 1. 4. 5. quoties iſde cõdit. ob turpem cauſam, & late Couar. in repetitione regulæ peccatum de reg. iur. in c. ſic; item quia alias delictum præſtaret immunitate, l. religatorum ſ. ſi. de interd. & releg. & in l. ſiue hæreditaria ſi. de negot. geſt. vbi quis non debet reportare premium de eo, qd eſt puniendus: criminoſum enim nõ dimittas, ſed pena ei debet comitari, comitare. l. nequis C. de Decur. lib. 10. & ad hoc conſult illud Euang. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt regiftratur in c. quia pens ſ. ſi. 1. q. 5.

Non obſtant contraria, nam procedunt qd de illis bonis competet reſeſſio, & dominium nõ tranſfertur, quia tunc de illicitè acquiſitis non tenetur quis ſoluere decimas, ſm glo. in cit. c. ex tranſmiſſa in ſi. & ratio eſt, quia aliena non poteſt quis concedere præter Domini voluntatem, cap. tua nobis de decimis, vt in vſuris, & in ſymonia, cap. debitores d. iur. iur. & text. in cap. veniens, & cap. de hoc de ſymonia.

SYMMARIVM.

- 1 Epifcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſua eccleſie.
- 2 Quando cauſa eſt perſonalis Epifcopi, non poteſt ipſemet Epifcopus eſſe iudex.

Epifcopus, an poſſit eſſe iudex in cauſa ſuz Eccleſie?

DECISIO CXLIV.

Fuit dubitatum ſi illiquidam Ordinarius, poſſit aſſiſtere Congregationi Iudicantiũ, & dare

clare votum in causa, vbi agebatur de interesse, & mēsa Archiep. vnus ex Dominis negabat, ex re iur. vulgaris; Neminem posse fieri Iudicem in causa propria, l. 1. C. ne quis in sua causa, cum alijs quos probat Bar. in l. 1. C. quae defunt Aduoc. & innumeris, quos cumulat Iason in §. si minus in 3. col. in §. de action. Item quia Episcopus dicitur sponsor ecclesiae, c. inter corporalia de trans. Episcopus, & vt talis eſſet habendus suspectus, arg. te. in c. accedens vt lit. pend. & in c. cum specialis de offic. deleg. Tandem, quia si Vicarius, tquam habens interesse non pot eſſe Iudex in causa Episcopi, igitur, nec Episcopus in causa Ecclesiae; imò quando Vicarius allegatur suspectus non dantur arbitri, sed stylo Signaturae, datur adiunctus, Addit. Ro. in dec. 1. de off. Vicar. in nouis, Fely. in c. cum venisset nu. 3. de iudic. post Panorm. in c. super §. quem verò de offic. deleg.

Sed siur,stantibus praedictis, resolutu contrariu, videlicet, posse Episcopu eſſe Iudicem pro sua Ecclesia, de qua decisione, non est mirandum, sulcitur enim autoritate, & ratione, autoritate probatur ex Bal. in conf. 122. vol. 1. Capyc. in dec. 137 nu. 1. & seq. Zerul. in praxi episcop. verb. Episcopus par. 2. Alciat. in col. 67. ratione probatur, quia clerici non sunt repellendi absq; rationabili causa a ferendo testimonio in causa Ecclesiae suae, c. cum Nuncios de testib. imò sunt admittendi, c. super prudentia 14. q. 2. quanto magis Episcopi ob eius dignitatem propter quam non praesumitur aliquod mali. Est tamen animaduertendum in hac quaestione; quod aut causa est suae Ecclesiae, & tunc reputatur legitimus Iudex, aut est personalis, & tunc nullo pacto potest Iudex fieri, ita Redoan in tract. de reb. eccl. non alienan. q. 78. c. 8. num. 5. Nau. conf. 50. de reſcrip. & in conf. 28. de sent. excom. Capyc. in dec. 124. num. 11. & seq. Zerul. loc. supradict. nu. 31. Flores Dietz q. 13. nu. 6. & seq. & facit tex. cum glo. in c. si quis ergo in glo. vltim. 2. q. 7. & c. qui praedia 12. q. 12. & ita procedunt allegata pro prima opinione.

Non obſtat. tex. in c. 1. de penis in sexto, quia, procedit in causis criminalibus, in quibus Episcopus pro offensione sibi facta, potest malefactores punire, Viui. dec. 99. p. 1.

S Y M M A R I V M.

- 1 Potest ſcipi Parocho, et habitet intra fines parochiae.
- 2 Parochus habitans extra parochiam, diffiſile, potest curam animarum exercere.

Episcopus an possit praecipere parochi, vt inhabitet intra limites Parochiae?

D E C I S I O C X L V.

I Nter cetera capita porrecta contra quendam parochum, corò d. Vicario vnù erat, q; non habitabat intra limites suae Parochiae; ſicut igitur dubitatum, an potuiſſet de iure, parochi eodem praecipere, vt in futurum se conferre debeat ad inhabitandù intra limites praedictos? & dicebatur pro parte parochi; quod cum de praeterito adminiſtraſſet Sacramenta suis parochianis rectè, & vt ſcri Ca nones iubet, & numquam in ijs quae sunt ſu mu-

neris deſeciffet; ideo nihil intererat, an intra, vel extra parochiae limites inhabitaret.

- 1 Praedictis tñ no obſtaibus reſoluimus, potuiſſe fieri praefatum praecipuum: Parochus. n. eſt redditu rationem animarù ſibi commiſſarù, glo. in c. ſi. in ſ. de penit. Monal. col. 29. n. 6. & ſeq. vol. j. & ſic Parochia dicitur portio curae, 1. de eccleſijs monach. & Reſtor Eccleſiae curà habet animarù, c. eccleſia 13. q. 1. Idcirco ſi extra illà inhabitat, diſſi cilè eſſet habere cura animarù, Rub. col. 29. vol. j. Maximè cum Diſceſſari audire debeat ab eorum Parochis verbù Dei, & rudimeta fidei, clem. vni. de Baptiſe. capellanus de ſerijs, Còc. Trid. c. 1. ſeſſ. 24. de reſor. marrim. & propterea Còc. Trid. ſeſſ. 14. c. 9. de reſor. ait, iure optimo fuiſſe diſtinctas Parochias, vt quiſq; ſuarù ouium curam haberet, & vt ordo eccleſiaſticus non confunderetur. Omnia igitur quae ſunt, in Deo ordinata ſunt, c. j. 13. q. 1. c. paſtoralis de ijs, quae ſunt à Preſ. & conuenit cum ethimologijs; Parochia enim graecè, latinè portio nuncupatur, ſecùdum Panor. in rub. de parochijs in prm. Sclen. in tract. de benef. par. 3. q. 42. n. 3. Gem. in c. elicit de elec. lib. 6. & Rom. col. 319. & hac ratione Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 13. 9. in hijs, praecipit, q; vbi Eccleſia Parochialis certus non habet fines, eſt promiſcua, petentibus adminiſtratur Sacramenta, vt diſtincto populo in certas, propriasq; Parochias vniciuſq; ſuù perpetuù peculiarem; Parochum aſſignet, qui eas cognoscere valeat, & à quo licitè Sacramenta ſuſcipiant.

S Y M M A R I V M.

- 1 Infames repelluntur à teſtificando, etiam ſi ſint infames reſpiciendo facti.
- 2 Teſtimonium meretricum ſimal cohabitantium, contra clericum, non probat.

Depositiones duarum meretricum, an coniungatur?

D E C I S I O C X L V I.

F Vt dictum in Cur. Archiep. depositionem duarum meretricum, aſſertentium vidiſſe clericum exonerariſſe, ſeu expoſiſſe ſclopetu aduerſus aliquem, non conuincere clericum praedictu, ad ſine probandi dictam exonerationem; In criminalibus enim, probationes debent eſſe luce meridiana clariore, ex l. ſi. C. de prob. quae nullatenus inducitur ex talibus depoſitionibus, ſiſt. la. C. cõter ree ptu in leucatos populos n. 54. C. de ſum. Trin. & ſid. cath. & gl. in l. 3. §. lege in verb. pal. ſ. de teſtib. Atq; eſt adeo veru, vt mille depoſitiones praedictarù perſonarum non probet, diſit Alex. col. 11. vol. j. Alba. col. 17. nu. 6. & ſeq. Mand. col. 19. vol. j. In quo aſſerebatur rō, cur praedictae perſonae non conuincit, & eſt quia cũ ſint in ſames, repelluntur à teſtificando, ita Immo. in c. cũ primu de accuſ. Card. in clem. tanta n. 7. & ſeq. de ſimon. cum alijs quos allegat Perrenot. in tract. de teſt. q. 12. Alex. in citat. col. 1. in princ. vol. 1. qui voluit, Infames etiam ſola infamia facti, vt ſunt meretrices, ſecundum ſupradictos Doctores, eſſe repellendos à teſtificando, & conſequenter non conuincere,

per tex.in l.fiant cuncti C.de probat.& per c.testimonium de testib.vnde Rota Lucenti, teste Magon.in dec.89.vol.1.c.essuit,meretrices,& omnibus alijs similibus personis,in quibus nulla fides, nullam et adhibendam esse fidem; Accedebat qd supradictæ meretrices erant cohabitantes, quæ de iure nec indicium,nec probationem faciunt, Paris, conf.59.nu.74.vol.4.Barb.conf.3.num.16.vol.2.& Magon, citat,decif.num.4. Dicebatur tandem repellenda esse,nam deponunt contra clericum, argum.tex.in c.de cætero de testib.

SYMMARIUM.

- 1 Pro constructione capelle, potest cogi vicinus ad vendendam domum.
- 2 Capella, & ecclesia in multis æquiparantur.
- 3 Ecclesie appellatio continetur omnis locus pius.
- 4 Tempore interdicti quemadmodum in ecclesia non potest celebrari, ita in capella.

An pro ampliacione Capelle, vicinus possit cogi ad vendendam domum. ad intellectum text. in l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer.

DECISIO CXLVII.

FVit dubitatum in Cur. Archie. an regula l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. fun. q. vlt posse cogi vicinũ ad sua domũ vendendã pro ecclesie ampliacione, procederet et pro ampliacione alicuius Capelle, vel Oratorij, & fuit resolutũ affirmatiuẽ, nam appellatio ecclesie, sequit quocq; & ipsa capella, Rub. conf. 19. n. 6. & seq. Hinc est qd capella sicut ecclesia non pot fundari absq; consensu Episcopi, Conc. Trident. sess. 13. c. 3. de resor. Item in capella quemadmodum in ecclesia non pot celebrari Missa, nõ præcedente Ordinarij autoritate, c. negro de consec. dist. j. & c. vnicuiq; eo. tit. & capella sicut ecclesia subest visitationi Episcopi, cap. si. de censib. & tex. in c. autoritate de priuil. in 6. Item capellis cõpetit restitutio in integrũ, quemadmodũ ecclesijs, Abb. in c. nulli n. 4. de reb. eccl. non alien. Fely. in c. si n. 6. de excep. & consertur latẽ tradita per Barz. in dec. Rot. Bon. 64. & prohibitio alienationis, iux. terminos extrajug. ambitioz de reb. eccl. non alien. extenditur quocq; ad bona Capellarum, & Oratoriorum, Magon. in dec. Rot. Flore. 19. Benint. in dec. Bonon. 15. latissimẽ Gutt. lib. 1. Canoniar. quest. c. 9. & capella habet etiam priuilegium immunitatis ecclesie, Abb. in c. inter alia, & in c. ecclesie de immun. eccl. reg. 4. limit. 26. vide de Anch. in c. autoritate de priuileg. lib. 6.

Accedat supradictis, qd cum priuilegiũ prædictũ ampliacionis sit ecclesie cõcessũ, cõgruũ erit extendi quocq; ad capella, ecclesie, nam appellacione cõtinetur omnis locus pius, vt notabiliter voluit Ioa. And. in c. si aduersus nu. j. de restit. in integr. lib. 6. Roch. de Curt. de iur. par. verb. ecclesia nu. 10. & proinde priuilegia cõcessa ecclesijs in genere, cõpetunt etia capellis, & ita qd possit cogi dominus domus vendete pro earum ampliacione, Capella

enim vt dixi, est locus ecclesiasticus, & pius erectus ad diuini cultus appurmentũ, & suffragia animarũ facienda pro fidelibus defunctis, Roch. loc. cit. n. 13. cũ dicitur locus in ecclesia, vel extra Deo consecratus, c. ecclesia de consec. dist. j. c. ad hæc de relig. dom. Paul. de Ciradi. de iur. patr. p. 3. caus. 1. nu. 72. Vnde quemadmodum tpe interdicti non pot in ecclesia celebrari, c. alia mater de sent. exco. lib. 6. ita in capella gl. in clem. 2. vel b. capellis de sent. exco. & ibid. Card. in opin. j. Io. And. in c. c. nu. 5. de hæret. lib. 6. facit et qd quilibet capella, vel altare dicitur etia ecclesia, & ecclesie appellacione continetur, c. c. capella de priuil. in 6. c. j. de capell. monach. Austr. in add. ad dec. Capel. Thob. 57. Rebut. de pacif. pess. n. 89. Vbi. n. est eadem res ibidem debet esse eadem iuris dispositio, l. illud ff. ad l. Aquil. Alex. conf. 53. nu. 3. vol. 4. Ceph. conf. j. n. 3. vol. j. Capella. n. accessoria est ecclesie, & pro inde eius vt debet priuilegijs, glo. in d. c. c. capella vers. in primo casu de priuil. in sexto, quam sequitur, & approbat Alex. conf. 193. nu. 5. vol. 2.

Quare cũ ex supradictis euidenter apparet capellam æquiparari ecclesie, & iura loquentia de ecclesia extendi ad capellam, sequitur necessario, dispositionem d. l. si quis sepulchrum esse extendendam etiam ad capellam, vt pro illius ampliacione possit adstringi vicinus ad vendendam domũ prædictam, & regulũ prohibitiuẽ extensionis, limitati vbi tractatur de fauore pie cause, seu Religionis, prout hic, ita Bal. in l. si verò §. de viro nu. 5. ff. sol. matr. Bar. in l. j. n. 11. C. de sacro. eccl. Aff. dec. 23. circ. 6. In dubio. n. illa sententia præualeat, qd fauet pijs locis, vt probatur in l. sunt persone ff. de relig. & sumpt. fune. c. si duobus de sent. & re iud.

Non obstat dec. de Franch. 113. per quã vult dictũ non esse cogendum quẽdam vicinũ vendere suam domũ pro ampliacione capelle s. Mariae de Pignatellis, & S. Sophie. Resp. enim fuisse hoc denegatum, quia apparebat dictas capellas non pro ipsarum ampliacione, sed vt alijs particularibus complacerent petisse dictam ampliacionem, quo casu est deneganda audientia petentibus dicto modo, ex notand. decif. Guid. Pap. 411.

SYMMARIUM.

- 1 Testis varius dicitur qui contraria deponit, siue in eodem examine siue in diuersis, vel negat, quæ prius dixit, & alijs modis, prænt in nu. 1.
- 2 Si corrigendo primum dictum testis tempus expositum non est audiendus, nam præsumitur velle cum parte loqui, vel de mendacio cogitare.
- 3 Si testis dicat primo se nihil scire, & postea de factis veritate deponat, nihil probat.
- 4 Testis qui unum dicit in iudicio, & postea extra iudicium contrariũ facit, debet sibi dictio in iudicio

Testis varius, quis dicitur?

DECISIO CXLVIII.

IN Cur. Archiep. nõ raro cõgringit dubitari de testibus varijs, ex quo est notandum, qd testis varius dicitur ille, qui vel cõtraria deponit, siue in eodẽ examine, siue in diuersis, vel primo, per verbum credo, & postea astrictuẽ testificatur, vel primo se

nihil scire, ait, postea de facti veritate deponit, vel primo testimonium asserit, deinde se ita deposuisse negat; vel quod extra iudicium asseruit, postmodum contrarium, seu aliud in iudicio, deinde illud idem reuocat extrud de his omnibus, quid veritatis, quidque facti habeant, quidque operentur videndum est. Itaque si testis in eodem examine contrarium deponat, nec contrarietatis causam iustam, seu rationabilem asserit, minime est credendum illi, arg. c. cum ecclesia de caus. possess. & propriet. Alex. conf. 120. n. 3. lib. 4. Coua. lib. 1. var. resol. c. 13. n. 8. q. verum est, si cōtrarium deposuerit circa factum principale, aut circa qualitates substantiales rei iudicandus est, illiusque primo dicto credendum, si coram Tabellione solo deposuit, nō autem circa extrinsecam, Clar. q. 53. vers. quartus est casus; si autem in diuersis iudicijs contraria dixerit, cum vtrumque dictum, adhibito iuramento deposuerit, vel ut peritius, & falsus puniri potest, adfirmant omnes Doctores, nemine contradicente, illisque non esse fidem adhibendam; sed si in secundo examine primum dictum per se ipsum reuocauerit, secundo dicto standum est, Alcia. de presump. regul. 2. presump. 29. nu. 7. quod intelligendum est, si ante triduum reuocauerit, nam post triduum, vltimo dicto illius, non creditur; presumitur enim subornatus, C. de Graf. dec. 1. n. u. t. t.

Similiter dicendum erit, q. si primum examine nequam fuisse validum, secundum autem validum, tunc secundæ huiusmodi testis depositioni, vtiq. standum erit, neq. testi nocere debet, quod contrarium in iudicio (quod nullum erat) deposuerit, gl. in c. cum causam de cōsti. Clar. d. q. 53. vers. tertius est casus circa fin. sed si in secundo examine non dicit se in primo errasse, si illa dicta possunt per Iudicem concordari, concordandum sunt, Imol. in l. qui bona s. si qui stipul. vers. nota ex testi, Abb. in c. cum tu de testib. quod si concordari nequeat, & admonitus ipse testis de huiusmodi cōtrarietate dicat, se velle primum dictū corrigere, in cōtinentiq. corrigat, admittendus est, c. praterea de testib. illiq. credendum, Far. q. 66. n. 27.

2. At si in corrigendo primum dictū tempus expostulet, nō est audiendus, Far. loc. cit. n. 21. sed vt falsus, ac peritius puniendus erit Presumitur enim illum velle, aut cui parte loqui, aut de mendacio cogitare, docet Coua. loc. cit. & eius primo dicto standum esse tradit ibid. Farin. vbi supra nu. 245. Verum testis huiusce deposuit, nō sufficit ad torturam, sed tantummodo ad inquisendum, & illius fides erit diminuta, Farin. loc. cit. nu. 164. & 210. q. si testis primo deponat per verbum credo, deinde loquatur asserit, secundo dicto illius tributur fides, glo. l. de tutela ver. probata. C. de integ. res. minor. Si aut ipse testis dicat primo, se nihil scire, posteaq. de facti veritate deponat, nihil profecto probabit, Clar. d. q. 53. vers. sed qd si testis, Farin. q. 66. n. 329. & seq. eo nōq. casu correctioni locus non est. At vero si testis in secundo examine dicat, se in primo nō ita deposuisse, vel in actis reperitur, licet hoc regulariter in iudicijs nequeat euenire cum in eis nedū Notarius, verū, & Iudices adsint, & ipse testis proprio subscribat examine, si si tractatur de falso teste puniendū, tū ipse testis, si Notarius creditur, Spec. ur. de test. q. 1. vers. sed

pone, Clar. loc. cit. vers. quintus est casus, & eodē lib. 1. §. falsum vers. pone testis, q. si agitur cui credendum? responde quod sit credendum Notario magis, q. testi, Clar. vbi supra; si aut aliquis dixerit extra iudicium, vnum, & postea contrarium in iudicio facturus, si id qd extra iudicium dixit, non fuit iuramento firmatus; standū est dicto posteriori, q. deposuit in iudicio, Farin. d. q. 66. nu. 193. dictū n. iuramento, praterit nō iurato, Alcia. cōf. 73. nu. 8. lib. 3. conf. 222. n. 15. lib. 2. & conf. 66. n. 20. lib. 6. Fely. in c. inquisitionis §. reuoc. in fi. de accus. Coua. lib. 2. var. resol. c. 13. n. 7. huius tamen testis fides debilitata est, Aret. conf. 7. t. n. j. in fi. Boss. tit. de oppos. contra testes nu. 3. Farin. loc. cit. nu. 226. quare torquendus erit, & illi dicto credendum qd in tortura firmauerit, Clar. d. q. 53. vers. primus est casus, post medius; verū si q. extra iudiciū effatus est, iuramento quoq. firmatus, de periurio, & falsitate poterit cōtēnari, Boss. loc. cit. & nullo illius dicto fides adhibenda est, sine tortura; si verū q. in iudicio asseruit, & extra iudicium reuocatur, primo dicto illius iudiciali iuramento firmatus, vtiq. standum erit, Clar. loc. cit. vers. secundus est casus, licet huiusmodi reuocationem in articulo mortis faceret, Bar. in l. si quis in graui s. si quis moriens in fi. ad Syll. Coua. & Clar. vbi supra, C. de Graf. dec. 2. n. u. t. t.

Tamen generalis conclusio in hac materia illa est, quod testi varijs fides haud habeatur, cum ecclesia de caus. possess. & propr. Farin. vbi supra nu. 13. quare vt illi praterit fides, torquendus erit, Clar. q. 25. vers. si testis varius, Far. d. q. 66. n. 98. & 100. Iudicis aut arbitrio, leuior, grauiore tortura, iuxta personę varietatem, ac qualitatem delicti, adhibenda erit; punitur testis varius de falso, Farinac. d. q. 66. nu. 96. & iuxta prædicta passim obseruatur in Curia Archiep.

S V M M A R I V M.

1. *Edicta sunt temporanea, & expirant morte cōditoris.*
2. *Ordinationes factæ in Synodo Diocessana, sine Provinciali, sunt perpetua.*

Pena infligta per edictum Archiepiscopi contra clericos arma portantes, an possit Sede vacante executioni demandari.

DECISIO CXLIX.

Fuit dubitatum, an edictum Ill. Archiep. in quo sancitur pena trireremium per septennium contra clericos arma portantes, habeat locum Sede vacante, & sic mortuo Archiep. in quo articulo dicebatur, quod gl. in c. 6. statuto de cons. in sexto, dicit, Statuta, & Constitutiones Episcoporum esse perpetua, quo modo statuta Legatorum, allegat tex. in c. vltimo, & ibi latissimi Panorm. & reliqui de off. Lega. Bal. conf. 101. nu. 7. vol. 7. Item dicebatur de natura legis, seu statuti esse, quod sit perpetuum, & omnes obligare, & cognoscentes de cons. tit. & tex. in l. sacratissima C. de legib.

Sed in hoc standum est infra dicendis; nam a fuit resolutum contrarium, nempe supradictam

penam non posse infligi, & ratio est, quia edicta sunt temporanea, & spirant morte conditoris, Bald. & Doctores in l. 5. ff. de verbor. significat. Firma. in tract. de Episcopo 2. par. lib. 4. q. 1. §. 1. 26. Secus in statutis legarorum, quæ sunt perpetua. Ratio diuersitatis est, quia quoad Legatum, reperitur in iure cautum; sed in Episcopo nequaquæ, saluti hoc in edictis, seu ordinationibus factis in.

2 Synodo Provinciali, vel Diocesana, quæ sūt perpetua, & non expirant morte conditoris, Nau. in manual. c. 27. nu. 2. Ratio est, quia tunc illa edicta, seu constitutiones habent vim Legis, & Canonis, ac ita intelligitur de excommunicatione, & casibus referuatis in Synodo Prouinciali, seu Diocesana, nam sunt perpetua in Abb. in cap. 4. nobis de te sibi. nu. 1. dicit, nisi reuocetur per Episcopum de nouo creatum, hoc intelligitur, exceptis Synodalibus, prout supra, in l. Niciph. in historia tripartita lib. 1. c. 9. vbi inter cætera ab Imperatore Constantino sancita in fauorem auctoritatis Episcopalis asseruit, decreuisse inconuertibiles esse terminos Synodales, Hostien. in summa tit. de offic. Legat. §. quid peritioct oum. 7. cum alijs allegatis, & §. in quo loco.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacerdos celebrans Neapoli sine licentia est suspensus ipso iure.
- 2 Amisso dimissoriarum, potest probari per testes.

Sacerdos celebrans absque licentia Curie Archiep. qua pœna punitur

D E C I S I O C L.

1 **F**uit pluries resolutum in Curia Archiep. Neapol. Sacerdotem Missam celebrantem in ciuitate, & diocesi Neapol. absque licentia Curie prædictæ, esse ipso iure suspensum, pro qua decet. facit Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. vbi quilibet Peregrinus absq. dimissorijs sui Ordinarij, non debet admitti ad Missarum celebrationem, prout etiam notatur in cap. vnico de clericis peregrinan. quod adco verum est, vt amissis dimissorijs debent arceri ad celebrationes licet per indicia, & testes possit probari amissio ipsa, & consequenter qualitas Sacerdotis, c. 2. & 3. de cleric. pe. reger. c. nullus 98. dist. Cuid. Pap. dec. 445. & in dec. 479. ex quibus omnibus potest argui ad licentiam celebrandi in ciuitate; Nam vt supra dixi, qui celebraverit Missam absque licentia erit ipso facto suspensus; quæ suspensio est imposita in Synodo Diocesana, vt testatur Aflin. consilii. Regni in principio præludij.

S V M M A R I V M.

- 1 Habilitas, vel inhabilitas testium consideratur tempore eorum depositionis.
- 2 Testes testificari potest de eo quod vidit in pupillari ætate, dum modo quædo erat in dicta ætate pupillari cognosceret quod gerebatur.

3 Quando testis adhibetur ad solemnitatem actus, vt in testamento, vel instrumento. debet attendi conditio ipsius tempore actus, in alijs vero attenditur tempus depositionis.

Duo testes qui deponunt de his quæ videntur in minori ætate, an conuincant.

D E C I S I O C L L.

Magna fuit controuersa in Curia Archiepiscopali inter dominos Iudices si depositio duorum testium maiorum, testificantium de his, quæ videntur in ætate minori probet, & consequenter conuincant & ex illis dicebat vnus, partem negotium ex eo, quod testium depositio retrò trahitur, & regulari iuxta tempus actus gesti, arg. tex. in c. forus, & eorū quæ ibi lastissime notantur de verb. signif. vnde cum tempore actus gesti, & sic commissi delicti, reperirentur inhabiles, tamquam minores, Linuiri ff. eod. tit. & l. de minore ff. de quaestio. Propterea videtur dicendum non probare, & consequenter non conuincere.

- 1 Sed fuit resolutum contrarium, & ratio fuit: nam habitas, vel inhabitas testium, consideratur tempore ipsorum depositionis, prout est text. expressus in l. cum lege, & ibi Bart. ff. de testamentis, & hoc est generale in qualibet materia, prout in testamento, in quibus inspicimus conditionem testium tempore ipsius testamenti, l. ad testium. §. conditionem ff. citato titulo. Hinc est, si aliquis tempore depositionis erat bonæ famæ, licet amiserit postea, redditur depositio inualida, secundum Bart. in citata l. ad testium ff. de testam. Bal. cons. 62. vol. 1. & facit ad hoc tex. in l. notionem §. instrumentum ff. de verb. signif. & ex his colligitur, posse cæcum testificari de his quæ in lumine viderat, secundum Specu. in tit. de test. §. t. ver. sed numquid factus pubes, Bart. in citata l. ad testium n. 6. Accedebat quoque, quod voluit in proprijs terminis, idem Spec. in supra cit. tit. ver. sed nūquid,
- 2 vbi asserit puberem posse testificari de eo, quod viderat in pupillari ætate, cuius opinionem referunt, & sequuntur Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. Quod tamen intelligimus procedere solum, si quando viderat erat impubes talis ætatis, quod poterat cognoscere quod gerebatur, & probatur in Lexicopio §. 1. ff. ad Silianianum, & Bar. in citata l. ad testium nu. 6.

Non obstat text. in l. notionem §. instrumentum ff. de verb. signif. vbi conditio testis inspicitur tempore actus, quo celebratur, nam intelligitur quando testis adhibetur ad solemnitatem actus, vt in testamento, vel in alio instrumento, secus quando non adhibetur ad solemnitatem actus, sed alter occurrit vidisse aliquid, vel auduisse, nam tunc inspicitur debet tempus depositionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochiani cogi non possunt ab Episcopo ad missam, conuincemur in parochia audientiam, neq. ad adificanda ibidem Christi ane pietatis iudicia.

An Epifcopus poffit interdiceret, ne alibi quam in Parochia, Miffa, ac Concio audiatur à Parochianis.

DECISIO CLII.

Parochiani cuiufdam Parochia: habuerunt recurfum ad Curiam Archiepifcopalem, de quadà prohibitione, & præcepto factò à quodam Ordinario, qui ftatuerat, vt omnes Miffa, & Concionem non alibi, quam in Parochia propria audirét; fuit dubitatum, fi de iure fieri poffit, dicebat vobis ex Dominis affirmando per tex. expreffum in cap. vt Dominicis de Paroch. vbi habetur presbyteris Parochiarum Dominicis diebus, & feftiuis Parochianos alienos ad Miffam admittre non debere, ex quo patet poffe cogi audire Miffam in propria Parochia. Supradictis accedebat, quod in cafu abfentia licita efl Miffa: auditio in aliena Parochia, cap. Epifcopi 7. q. 1. vbi ex iufta caufa abfens bene poteft audire Diuina in ecclefia ad quam venit, c. Primatus 9. q. 2. ergo regula videtur in contrarium, & pro hac eadem opinione adducitur tex. in cap. nullus de Paroch. vbi Epifcopus Parochianum alterius, fine ipfius licentia ordinare non poteft, ergo neq; ad Miffam alibi audendam, quam in propria Parochia debet admittre. Sed fuit refolutum contra vige: declarationis Sacra: Conge. de qua per Victorell. ad Nau. cap. 15. cuius tenor efl, Parochianos cogi nò poffe ab Epifcopis ad Miffam Concionemue in Parochia audendam, neque ad addifcenda ibidem Chriftianæ pietatis rudiméta.

S V M M A R I V M.

- 1 Itineris arreptio habet vim appellationis, dummodo itineris arreptio fit infra decem dies, & feruentur alia neceffaria ad appellationem.
- 2 Si arreptio itineris ad Papam fiat ante caufam ceptam, fufpenditur iurisdicção Iudicis inferioris, quando caufa efl probabilis.

Itineris arreptio, an obtineat vim appellationis.

DECISIO CLIII.

Fuit pluries dictum in Cur. Archiep. itineris atreptionem habere vim appellationis, qñ fit post caufam ceptam, & grauumen illarum, vel faltem comminarum, fiue fiat in propria perfona, fiue non, aut per Nuncium, dum tamen ex caufa apponatur, Ioa. Andr. de appell. c. dilecti, quod procedit quando certum efl, quod propter hoc adit fuperiorem, vt de grauumene conquaratur, & proceditur contra fe habitum petat reuocari, & iter arripitur infra decem dies, à die grauuminis, & omnia feruet, fecundum naturam appellationis, quia iter arripiens, non poteft de facili habere copiam Iudicis à quo appellat, alias itineris arreptio non haberetur pro appellatione

nifi metu Iudicis, quis non auderet appellari, vel effer tanta occupatio, quod non poffet ferbere, appellationem, & formare: & tunc debet dicere, hoc verbo in præfentia Iudicis, vel faltem Iudicis, vel Aduerfario, feu eorum alteri, infra tempus appellandi, intimare; alias itineris arreptio, non haberet vim appellationis iudicialis, licet quifdoq; poffit valere, vt extra iudicialis. Tu dic, quod habet vim iudicialis dummodo feruentur illa, quæ poffunt interuenire fecundum naturam appellationis, Dom. Anto. de appellationibus cap. vt debitus 7. col. ver. fappono fecùdum hoc, vbi autem itineris arreptio fit ad Papam, ante caufam ceptam, tunc fit in propria perfona fufpentione iurisdiccionem inferiori sententia: fiue fit Ordinarius, fiue fit Delegatus, & hoc per titulum de clericis peregrin. Non ex eo, quod habeat vim appellationis, fed quia ex caufa itineris ad Papam eximitur ab inferioribus Iudicibus, quifdo caufa efl probabilis: qui autem fine ea cont, non gaudet hoc privilegio, fed poffunt citari domi, & ferri fententia contra eos, vt notatur in d. c. vt debitus. Quod autem dicitur itineris arreptionem fufpendere ante caufam ceptam iurisdiccionem, limitata quando arripitur ante notitiam literarum, fecus fi post notitiam habitam, quia tunc dolose facere videtur. Item fecus quando iter arripitur, nò in propria perfona, fed per Nuncium, Anton. de appellat. c. m. c. minimus, quod limita, quando Nuncius micitur pro reftitutione aduerfus fententiam, quam non poteft inferior concedere. Itē habet vim fufpentionis, & expectabitur Nuncius, ne prius mandetur fententia executioni, & hoc maxime in ijs, quæ confueuerunt impetrari per Nuncios, vt Collegia magni Prelati, Principes, & Senatus. Item fi Nuncius micitur pro confultando fuper dubio noue occurrente, & non confuetè, quo cafu debet expectari refponfum, vt notat Anton. in dicto cap. vt debitus de appellat.

S V M M A R I V M.

- 1 Noua iudicia funt illa quæ differunt à primis in fpecie.
- 2 Si teftes repetantur, non dicuntur noua ad eflè iudicia.
- 3 Si noua iudicia funt in pertinencia noui debes repeti quæftio.

Iudicia noua, quæ dicantur, vt tormenta iterari poffint?

DECISIO CLIV.

IN Curia Archiepifcopali fuit fæpe dubitatum, quæ dicantur noua iudicia, vt poffet iterari tormenta, & fuit dictum, quod Angel. Arce in tract. malef. in verb. fama, in materia torura 3. q. princip. ver. quo zero quæ dicantur, tenet, dici noua iudicia, quæ differunt à primis in fpecie, & fubftantia, & ponit ibi exēplum ficur de nouis capitulis cap. fraternitatis de teftib. & ideo fi teftes prius

- 3 prius examinati super fama, iterum fuerint repetiti super eodem iudicio, tunc non dicitur esse noua indicia, sed portus noua probatio, ideo non poterit repeti id tormentis, si tamen noua indicia essent in pertinentia, non propterea debet repeti quæstio, secundum d. Ang. in tract. malef. vbi supra, de quo etiam habetur per Brun. in tract. torturæ in 2. par. principali quæst. vltim. circa fin. Hæc ex Franc. Marc. decif. 180.

S V M M A R I V M.

- 1 *Statuta laicorum quamuis generalia, non ligant in foro ecclesiastico.*
 2 *Ritus de liquidatione instrumentorum, fuit approbatus per Constitutionem Synodalem Neap.*
 3 *Clericus citatus super tenore instrumenti, si comparet, & allegat solutionem, & offert cautionem de soluendo debitum, & poenam nisi ostenderit satisfactionem, non carceratur.*

In liquidatione instrumenti contra clericum in Curia Archiepiscopali, an feratur Ritus Magnæ Curie Vicariæ 166.

D E C I S I O C L V.

Licet Bar. in leuictos populos C. de sacros. eccles. vlt. quod si ex statuto laicorum, instrumenta habent executionem paratam, debet tale statutum feruari, etiam in foro ecclesiastico contra clericos. Nihilominus hæc Bar. doctrina communiter reprobat; nam statuta laicorum, quantumcumque generalia, & rationabilia, non debent feruari in foro ecclesie, nec ligat clericos, vt tenet expresse Anto. de Butr. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de confit. col. 5. Nauar. conf. 4. num. 5. de confit. lib. 1. vbi annectit etiam, sententiam Bar. communiter damnari per Canonistas, Felyn. Anchar. & alij concorditer sequentes doctrinam Hostiens. in c. fin. extra de solutio. & in summa in rit. de confuet. 9. de veritate, eademque sententiam Bar. damnauit, Saly. in auth. cassa C. de sacrosan. eccles. & reliqui communiter in c. quod clerici de foro comp. post Bal. in c. cum causam de re iud. Lapus alleg. 106. Socci. conf. 56. & conf. 14. vol. 4.

In Curia tamen Archiep. Neap. practicitur dictus Ritus M. C. V. quod instrumenta liquidantur, & habent executionem paratam contra clericos, si ruata forma dicti Ritus, qui est approbatus, per constitutionem Synodalem 54. cuius approbationis ratio est, non ex eo quod habeat aliquam vim obligandi ecclesiam, & ecclesiasticas personas, sed quia cum continet in se quid honestum, & conforme æquitati, rationabile fuit dictam æquitatem ab ecclesia inter clericos stabiliri, & ideo ligat clericos non quia ritus est, sed quia lex ecclesiastica sit, & ad prædictam facit rex. in c. cū venissent de eo, qui mittitur in possessionem, sequitur Covar. pract. quæst. 8. nu. 5. qui m. refert Galter. de de liquid. instrum. par. secunda secundæ partis principalium. 4. & conferunt discussa per Cara-

uit. in d. Rit. l. 66. nu. 37. & 39. ex quibus omnibus concludo posse agi remediis dicti Ritus in Curia Archiepiscop. contra clericos, stante quod est approbatus à Synodo Diocesana, maxime cum sit clericus in dicta Curia Archiep. citatus super tenore instrumenti, si compareat, & allegat solutionem, & offert cautionem de soluendo debito, & penam casu quo non ostenderit satisfactionem, non carceratur, sed cum cautione prædicta datur ei terminus, decem, viginti, aut etiam triginta dierum, ad probandum solutionem, sed si allegat alias exceptiones, quæ in promptu non impediunt liquidationem non auditur, nisi in vinculis, vel facto deposito; & quoad hoc antiqua obseruantia Curie derogauit dictam constitutionem Synodalem 54. quæ concedit terminum comparenti, ad probandum qui liquidauerit contra instrumentum, & ita feruatur tam in clericis, qui erant clerici tempore instrumenti, quam in laicis, qui postea fuerunt effecti clerici.

S V M M A R I V M.

- 1 *Seruus si in fraudem, & se seduceret à seruitio domini, clericus percussus, debet ire Romam pro absolutione.*
 2 *Filius familias si percussus clericum, & viuis seorsum à patre, debet ire Romam pro absolutione, secus vero si est in familia paterna, nisi hoc fecisset in fraudem patris.*
 3 *Serui qui non sunt seruis conditionis, percussientes clericos, tenentur ire Romam pro absolutione.*

Filij familias, aut serui pro iniectioe manuum in clericos, à quo absolui debent?

D E C I S I O C L V I.

Pluries fuit dubitatum in Curia Archiep. de filio familias, aut seruo, qui non fuit sui iuris, an pro violenta manuum iniectioe in clericum possint absolui ab Episcopo, an verò debeant accedere ad Romanam Curiam? fuit dictum quod in seruo, est distinguendum secundum cap. relatum de sentent. excommun. videlicet, aut fecit hoc in fraudem, nempe vt se seduceret à seruitijs domini sui, aut non primo casu potest absolui ab Episcopo, & in recompensationem laborum itineris debet eis alia satisfactio iniungi, & hoc verum est, nisi excessus sit grauis, & enormis, verò alias euenit, debet accedere ad Romanam Curiam, cum sit plus Deo, quam hominibus dectendum d. cap. relatum de sentent. excom. Sed in filio familias aliter iudicabitur, nam debet mitti ad Curiam, nisi sit infra pubertatem, secundum glo. & Innoc. in cap. Mulieres de sentent. excom. licet Hostiens. ibid. teneat in filio familias, sicut in seruis fecit Ioa. Andr. distinguit, aut filius familias viuit seorsum à patre, & tunc debet accedere ad Curiam, aut est in familia paterna, & tunc procedit opinio Hostiens. quia non debet iniqua conditio huius, esse nocumto patri, Anto. de Butr. distinguit etiam, aut filius familias habet aliquid ex suo proprio iure, & tunc tenetur recedat secus, si d. Panor. ibi

tenet contra Bueri. quia alias in homine sui iuris, quando non haberet vnde expenderet, non teneretur adire Curiam, c. quamuis de sent. excom. & pariter non procedit opinio Ioa. Andr. quia filius familias in delictis obligatur, sicut si esset sui iuris, cum in delictis non attedatur patria potestas, & tam ex contractibus ff. de iudic. iuxta notata per glo. & DD. in l. cum non solum §. necessitate m. C. de bonis qua liber. quia ad id responderetur secundum Panorm. in d. c. Diuus Anton. in summa. 3. par. tit. 2. c. 1. §. 3. tenet in seruis debere intelligi, quando sunt seruilis conditionis, secus de famulis seruicibus, isti. n. tenentur petere Romam, filij vero familias, si sint impuberes, & doli capaces debent absolui ab Episcopis; si vero sint adulti debent adire Curiam, sed Panorm. in d. c. mulieres tenet contrarium, de quo supra dictum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnis constitutio de sui natura est retractabilis, & mutabilis, habito respectu ad temporis mutationem.
- 2 Cessante causa, cessat privilegium.
- 3 Qui condit legem, potest eam destruire.

Capitulum Ecclesie, an possit reuocare statutum iuratum.

DECISIO CLVII.

Sape fuit dubitatum inter Dominos Canonicos Capituli Ecclesie Neap. si potuissent reuocare quadam eorum statuta facta pro ipsorum regimine iurata; & prima facie videbatur negative concludendum, quia nemo potest in facto proprio disponere, authorizando, clem. 2. de rebus eccles. non alienan. & sic debet esse distinctio inter agentem, & patientem cap. fin. de instit. & ibi Abb. Panorm. num. 4. notabiliter, ubi etiam alia adducit.

- 1 His non obstantibus contrarium fuit dictum ex infra scriptis. Primo, quia omnis constitutio de sui natura est retractabilis, & mutabilis, habito respectu ad temporis, & conditionis mutationem cap. non debet de consanguin. & affin. cap. 1. §. hec sancta de Sum. Trinit. & iuramentum constitutioni adiectum, in tantum durare debet, in quantum natura constitutionis, tamquam principalis durat, nec debet durare ultra constitutionis tempus, cap. ex literis de consul. c. venerabilem in fi. de elect. & nec de tali tempore videtur cogitatu, & sic non venit extendendum ad incognita, cap. Quintauallis, & clerici de iur. iura. sicut etiam.
- 2 Cessante causa, cessat privilegium, c. ad audiendam

de eccles. adific. cap. & hoc diximus 16 q. 7. Secundo facti, qui enim potest condere legem, potest eam destruire l. omni innovatione C. de sacros. eccles. & sic Constitutio mutatur voluntate conditoris c. certe 12. q. 1. Nam par est vis ligandi, atque soluendi, cap. verbum de peni. facit text. in c. cum ex iniuncto de heret. in fi.

Predicta tamen intelligenda sunt cum moderatione videlicet, si singuli Canonici iurauerunt, ita vt iuramentum concernat obseruantiam singulorum, tunc enim collegialiter statum reuocari potest, & non peccant; si vero iuramentum stringit singulos collegialiter, tunc non possunt contrauenire nisi ex causa, Abb. notabiliter c. dilecti de prob. d. num. 17. vsq; ad fin. Idq; etiam ampliatur, vt procedat in statu Canoniorum confirmato à Sede Apostolica; nam adhuc à Canonici reuocari potest, dummodo concernat fauorem Canoniorum, & nõ fauorem publicum, Felij. in c. cum accessiissent n. 4. de consul. & confirmatio non fuerit necessaria, Felyn. ibid. limitatur tamen quando actus tenderet ad culum diuinum, vel quando verba Domini Papæ confirmatis sonarent in preceptum; tunc enim non potest reuocari, Crescent. decif. 1. de pact.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus potest causam pendentem coram suo Vicario ad se auocare.
- 2 Gestà à Vicario post auocationem cause non valent.
- 3 Episcopus non potest ad se auocare causam pendentem coram Ordinario inferiore.

An Episcopus causam pendentem coram eius Vicario, possit ad se auocare?

DECISIO CLVIII.

Fuit dubitatum, an Episcopus possit causam coram eius Vicario pendentem ad se auocare, & prohibere illi, ne iudicet in ea causa, & fuit dictum posse, vt scribit Gemin. in c. licet num. 11. de offic. Vic. in sexto, dicens quod Vicarius non potest postea se intermittere, quia facultas cognoscendi dictam causam habetur pro reuocata, & post Lapum ibi relatu, sequitur Fraca. colu. 2. vers. secundo limita, Calder. conf. 2. de off. Vic. & Abb. c. vt nostrum num. 2. Franch. not. 3. Dec. in princ. extra de appell. Felyn. in c. quoniam in fi. extra de offic. Ordin. dicens Episcopum habentem Vicarium non prohiberi causas per se cognoscere, Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 16. Cap. Gaballin. in addit. ad consil. Egid. lib. 3. c. 17 nu. 4. post Rip. in casum M. nu. 195. extr. de consil. Couar. lib. praef. quaest. q. 1. c. 9. Bero. conf. 2. nu. 34. col. 2. moti ea ratione, quia Episcopus potest ex toto reuocare Vicarium ad libitum, ita etiam ex parte prohibendo illi ne iudicet in causa, l. que de toto ff. de re iud. c. pastoralis §. item cum tota de offic. dek. g. prout etiam quia quilibet inferior.

anocando ad se causam coram Vicario suo pendente, videtur eius iurisdictionem suspendere, quoad illam causam, Abb. d.c. vt nostrum nu. 3. vbi etiam Dec. & alij, & notatur in c. 60. de offic. Ordin. in sexto.

Ampliat, vt non solum prohibere possit Vicario, ne procedat in causa, verumeriam Delegato sui cuiusdem Vicarij, Bertach. de Episc. lib. 4. par. 5. tit. de Pote. & Author. Episc. circa Iud. num. 51. post Bar. in Iudicium soluitur ff. de iudic.

Ampliat, vt non possit ad se auocare causam causa post auocationem, vel prohibitionem ab Episcopo factam, non valeat, Capell. Tholof. q. 480. vbi etiam Aufr. & Dec. d.c. vt nostrum in princ. vbi Fraoch. oot. 3. in vers. vltimo.

Declaratur, vt non possit ad se auocare causam vt tentem coram alio inferiore Ordinario, vt Archidiacono, vel Abbate, Bertach. d. tr. act. de episc. lib. 4. par. 5. tit. de episcopis circa Iudic. num. 4. t. post Archid. in c. de persona 1. t. q. 1. Ioa. de Imol. in c. pastoralis extra de offic. Ordin. Franc. in c. vt nostrum not. 3. vers. vltimo de appell.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici regulares ex decreto Greg. XIII. & declaratione Sacre Congregationis, non possunt obtinere beneficia secularia, etiam ad tempus absque dispensatione Apostolica.
- 2 Regulares non possunt obtinere beneficia secularia, nec etiam in commendam.
- 3 Capitulum quod dei timorem de statu monachorum, hodie est correctum.

Canonicum Regularem esse incapacem obtinendi beneficia curata, latè ostenditur. ad limitationem text. in cap. quod Dei timorem, de statu monachorum.

DECISIO CLIX.

FVit in Curia Archiepisc. incidenter resolutum, Canonicum Regularem esse incapacem obtinendi beneficium curatum, cuius decisio est, quia beneficia Regularia, secularibus non sunt conferenda, c. cum de beneficio de praben. in sexto, & expressè disponitur per Concil. Trident. sess. 14. c. 30. & sess. 25. c. 21. de regular. Hinc statuitur, si beneficium Regulare impetratur à clerico seculari, non facta mentione de regularitate, erit gratia nulla, Felyn. in c. nostra num. 11. de rescript. Ioan. de Sel. de benefic. par. 3. q. 11. nu. 122. Cassad. dec. 4. à num. 1. de praben. sicut è contra non teneret collatio facta monacho, de beneficio seculari, non facta mentione secularitatis, cum secularia beneficia secularibus, & regularia regularibus conferri debeant, vt probatur in d.c. cum de beneficio de praben. lib. 6. Bellame. decis. 171. incip. collatio facta canonico, & hodie nulli Regulares etiam, si sint Canonici, habere possunt beneficia curata absque dispensatione Apostolica, nec in perpetuum, nec ad tempus, & ita obseruari

videmus, & insuper est quedam declaratio Sacre Congreg. Conc. Trident. cuius verba sunt hæc: Sanctissimus Dominus Gregorius XIII. voluit licere Canonici Regularibus Congregat. Lateranens. etiam de licentia sui Superioris absque permisso Summi Pontificis assumere curam animarum, etiam ad tempus, multoq; minus beneficium curatum ad tempus, dicit etiam Mandof. in praxi Signaturæ gratiæ in tit. de dispens. monach. pro obtinendis beneficijs, quod licet olim daretur monachis dispensatio ad vnum beneficium curatum, contra c. monachi in princ. de statu monach. hodie tamen non admittitur, nec dispensatur, prout in Bulla Pauli IV. continetur, quæ est constitut. 28. ipse in Bullario, & in constitut. incip. Postquam Diuina bonitas, sub datum 13. kalen. Augusti. anno 1558. vbi etiam disponitur priuari quibuscumq; beneficijs, etiam curatis Regularum, qui absque Apostolica dispensatione illa obtinere, & licet dicta constitutio Pauli IV. fuerit redacta, ad viam iuris communis per Pium I. in sua constitut. 8. quæ incip. Sedis Apostolicæ solertia, sub datum 3. nonis Aprilis anno 1560. Tamen praxis semper admittit, quod sine Apostolica dispensatione Regulares talia beneficia obtinere non valeant, stante decreto Gregorij XIII. & prædicta declar. Cooc. Trident. nec non regula Cancell. 42. generaliter prohibente, ne dum titulum, sed etiam commendam beneficiorum secularium, Regularibus dari. Non obstat tex. in c. quod Dei timorem de statu monach. vbi Canonici Regulares dicuntur capaces obtinendi beneficia curata, quia correctio expressè apparet ex supra citatis nouissimis iuribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici pro debito civili non carcerantur, nec reuocantur nisi in quantum facere possunt.
- 2 Clericus spoliator non reuocatur super fructibus nisi in quantum facere potest, sed super præbenda, quæ a se spoliatus.
- 3 Pendente iudicio, num clericus debeat gaudere beneficio cap. Odoardus, nec potest carcerari.

De obseruantia Curie Archiepiscop. de non carcerando clericos pro debito civili.

DECISIO CLX.

Praestitatur in hac Cur. Archiepisc. quod clerici pro debitis civilibus non carcerantur, per tex. in cap. Odoardus de solut. & c. peruenit de fideiussorib. Aff. super const. Reg. lib. 1. rub. 66. de cler. conuen. nu. 6. glo. in c. dilectis de appell. & ex hoc oritur, clericis habere priuilegiū ne reuocentur, nisi in quantum facere possunt, Capell. Tholof. deci. 245. vbi vide etiam Ad. dent. Ann. in const. 124. num. 8. lib. 2. quæ obseruantia procedit tam in clericis constitutis in sacris, quam in minoribus, imò etiam prima consensura, dummodo deserant habitum, & tonsuram, & inseruent alicui ecclesie, secundum Sac. Conc. Trident.

Trid. feff. 13. c. 6. de reform. Ann. conf. 124. nu. 4. & 6. Menoch. de arb. iud. ca. 183. imò habet locum in clericis còuentis rone gabella, cafu quo ad tales teneretur, & qd. Thom. in tract. de mune. feff. feu 5. incip. videndū nunc est n. 15. Item procedit in clerico fpoliatore, qui fi conuenitur pro fructibus rerū, quibus fpoliauit, non tenetur, nifi in quibus facere potest, Rot. Rom. dec. 23. de reftit. fpoliat. in antiquis, quod habet locum tantum in fructibus, non autē præbendis quibus fpoliauit, Marchef. in pract. cõmiff. lib. j. c. 8. n. 60. & ceftat quando fpoliator fuiſſet in dolo, idem Marchef. loc. cit. & Rot. Rom. ibid. extenditur etiam hac obferuatia contra ftatutum, Paris in tract. de ſind. in verb. mandatu col. 1. in fi. Imò gaudet clericus hoc privilegio etiam pro debito cenfus, & extenditur in clerico, qui voluntariè, & nulla neceſſitate cogente, & caufa locri debita cõteraxit, Ferret. conf. 145. & in ſuper procedit dictum beneficium & fi eſſet obligatus vigore instrumenti quæretigati, Ann. in cof. 124. n. 13. lib. 2. vbi n. 12. dicit, vt nec poſſit carcerari pendente iudicio, an debeat admitti ad beneficium d. c. Odoardus, ad quod comprobandum allegat text. in l. 1. C. qui bon. ceder. poſſ. & quod ibi norant DD. Bal. in §. fin. num. 6. inſtitut. de act. Panorm. in d. c. Odoard. nu. 8. & in tantum ſupradicta ſunt vera, quod procedit etiam in debito iurato, Triuif. dec. 8. lib. 1. Monald. con. ca. 8. nu. 5. lib. 2. Couar. lib. 2. variaz. reſol. c. 1. nu. 9. Jicit contrarium tueatur Farinac. in q. 27. num. 70. & Foller. ſuper conſtitu. Regni in tie. de epifcopis, & clericis, & alij quos ipſemet recenſet, & etiam ampliat, vt hoc beneficium poſſit deducere clericos, & de eo opponere tam coram iudice à quo, quam coram iudice ad quem, Monald. d. conf. 28 nu. 9. lib. 2. & ratio eſſe potest, quia hæc exceptio dicitur modificatoria, ex quo reſpicit modum executionis, Rebuff. de exception. nu. 59. & 60. & ſic ſequitur, qd poſſit opponi in qualibet parte iudicij, & in executione ipſius ſententiæ, imò poſt ſententiam, ſecundum Doctores ſupra allegatos, vide quæ dixi ſupra in decif. 59.

S V M M A R I V M.

- In probatione iuris patronatus teſtes omnes in vniuerſum ſufficiunt teſtificari de requiſitis per gloſ. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. & non eſt neceſſe, vt quilibet teſtis deponat de ſiſis quatuor requiſiti.
- In antiquis, teſtes conſiſtinguntur ad probandum ius patronatus.
- In probatione immemorabilis per teſtes in materia iuris patronatus, ſufficiunt duo teſtes de viſu, & auditu, reliqui vero de alijs requiſiti.

Teſtes de immemorabili deponentes, an ſit neceſſe, quod deponant requiſiti ſinguli de ſingulis, an verò ſufficiat omnes in vniuerſum?

DECISIO CLXI.

Praſtitatur quotidie in Cur. Archiepifcop. in probandis iuribus patronatus, iuxta formam

Cõc. Trid. ſuper probatione immemorabilis per teſtes, vt. ſde omnibus illis requiſitis glo. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. ſufficiat vt omnes teſtes in vniuerſum, teſtimonium reddant, non autem ſit neceſſe, vt quilibet teſis omnia illa quatuor requiſita deponat, ex Zaſo qui hanc opinionem originaliter tenuit conf. 6. volum. 2. quam ſequitur de Franch. decif. 56. num. 19. Ann. ſingul. 5 66. Fab. de Ann. conf. 59. num. 19. vol. 1. & in conf. 11 t. num. 64. vol. 2. cuius teſionis ratio colligitur. Primo, quia teſtes in antiquis coniunguntur ad probandum ius patronatus, Ann. cit. ſing. 516. qui voluit omnes teſtes iniungi ad probandum antiqua, & ſufficere omnes in vniuerſum deponere illa quatuor, de quibus in c. 1. de præſcriptiõibus in ſexto. Nec requiritur, quod vnusquique deponat omnia illa, & hanc ſententiã ſequitur Cœuet. conf. 73. num. 20. volum. 1. Riminal. iur. conf. 23. num. 133. vol. 1. Tum etiam quia, quando probatio eſt difficilis, admittitur ſuppletio, ſecundum Bald. in l. 2. C. de bonor. poſſiſ. Bur. in cap. liceat caufam de probat. ex quibus inferunt ſecundum Dec. conf. 42. num. 8. & in conf. 146. num. 6. vol. 1. ſufficere in hac materia, vt duo teſtes de viſu, & auditu, reliqui verò de alijs duobus deponant. Tãtãdem, quia per regulam iuris reperitur cautum, præſertim in materia probationis, quod vbi non profunt ſingula, multa iuuant l. 1. ff. de prob. glo. in c. 1. de appell. & maxime vbi probationes diuerſi generis tendunt ad idem totum perſcudendum, ſecundum Bart. in l. 1. C. quo numero tutelæ, & hæc opinio nempe ſemper fuiſſe veram, & ſeruata in Sac. Cõc. Neap. teſtatur vterq; Ann. locis ſupra citat. licet cõtrarium ſeruaent aliqñ Reg. Cam. Sum. nempe quod ſinguli teſtes deponant omnia requiſita, de quibus in c. 1. de præſcriptiõibus in ſexto. Cuius Regiz Cameræ opinio limitari poteſt non procedere quando ſumus in materia viſuorabili, vel non odioſa, vt ſunt paſca, ſicut etiã in materia non ſoluendi collectas, tunc enim non eſt neceſſarium ſingulos teſtes deponere de omnibus requiſitis, ſecundum Carſiam in tract. de expenſis, & meliorationibus c. 9. nu. 11. quem referit, & ſequitur Ann. conf. 9. num. 18.

S V M M A R I V M.

- Tot abſolutiones ſunt concedendæ, quot iuramenta fuerint emiſſa, quod ſi abſolutio ab vno iuramento impetratur, non ſufficit.
- Tot requiruntur abſolutiones, quot promiſſiones cum iuramento reperitur.
- Commiſſa caufa cum facultate abſoluedi à iuramento, licet plura ſint iuramenta poteſt ab omnibus abſolutio obtineri, quia vnum iuramentum eſt tranſlatum in aliud.

Abſolutio à iuramento in contractu donationis appoſito, petita abſque vlla mentione alterius iuramenti appoſiti in ratificatione eiufdem donationis, an dicatur ſubreptitia?

DECISIO CLXII.

Anceps fuit quaestio in hac Curia Archiep. Neap. an qui donasset certam pecuniarum quantitatem cum valuatione iuramenti, & post aliquod temporis spatium ratificasset dictum contratum, iterum interposito iuramento, si deinde donans se grauatum sentiens, petat absolutionem à iuramento, sine vlla mentione alterius iuramenti appositum in ratificatione eiusdem donationis, sit illa absolutio surreptitia & vnus ex Dominis dicebat, non esse surreptitiam, ex eo quod licet duo videantur contractus, rei tamen veritate, vnicus censeri debet ob correptionem prae dictorum actuum, iuxta dec. Cref. 1. de simon. & Verul. in dec. 1. 60. par. 1. qui voluit quod ratione correptionis, resoluatur pluralitas actuum in singularitatem: Item quia omisso eius, quod si fuisse expressum, fuisse aequè concessum, non vitiat l. 1. C. si contra ius, vel velit, publ. c. super literis, & quod ibi communiter notatur de rescriptis, & late Mohed. in dec. 31. & 32. de consil.

His non obstantibus, fuit resolutum contrarium in dicta Curia, videlicet quod absolutio sic petita sit surreptitia, nō euidenter constat, plura interuenisse iuramenta, vnum scilicet in contractu donationis, alterum in contractu ratificationis, & propterea etiam tot absolutiones concedendas, quot erant ipsa iuramenta, prout ita tradunt Soc. Sen. in conf. 58. col. 4. vers. secundo ista conclusio lib. 3. Paris. conf. 43. nu. 18. & conf. 96. nu. 92. lib. 1. & reliqui quos cumulat Rolan. in conf. 34. nu. 7. lib. 1. qui testatur ita procedere in praxi, Cassan. in conf. 2. 1. nu. 16. & communiter testatur Couarr. lib. 1. variar. resol. c. 4. nu. 6. & ex hoc inferitur, idem procedere debere in excommunicato multiplici excommunicatione, non enim sufficit vnica absolutio, vt etiam scribit in bannito multiplici banno, Parisien. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glof. 9. nu. 39. hinc dicitur, vbi plura obstant, non sufficere simplicem causam derogatoriam, ita Bald. in l. 1. C. de inflit. Castren. in l. humanum C. de leg. in 1. norab. Craueit. conf. 241. col. 9. vers. septimo respondeo, & in proprijs terminis huius quaestio- nis dictum fuit, quod absolutio vnica à iuramento non sufficit, si in contractu plura pacta, & ratificationes adessent, Aff. dec. 220. sub nu. 15. & seq. Paris. conf. 43. vol. 1. nu. 18. & 19. vbi ex mente aliorum Doctorum confirmat tot esse necessarias relaxationes, quot iuramenta fuerunt, Peregrin. dec. Paduae 112. Auz. 21. quem refert Ioan. Bapt. 1. homo in suo auroscopio in verb. Abfoluptio, & facit etiam quod scripsum reliquit Soc. in conf. 59. vol. 3. vbi plene concludit, quod tot requiruntur absolutiones, quot promissiones cum iuramento, quod si reperitur facta habitatio, siue absolutio à iuramento, intelligatur à duobus tantum, & si reperitur obtenta nimis propere, non valet, & nonnulla alia circa subiectum istud surreptionum, ponit Gratianus in conf. 23. vol. 1. vbi etiam dicit absolutionem non prodesse, vbi sunt plura iuramenta; & per Gratianum in conf. ciui. 25. si nō vnus, sed plura sunt iuramenta narrata, & promissum contra ea nō venire, & absolutionem à iura-

mento non petere, & impetrata non vti, & renunciatū exceptioni doli, & enormi lesioni, & cuius legis, & canonum auxilio: postmodum pretendens in eiusmodi contractu se enormiter fore lesum, intendens agere ad illius restitutionem, petit in primis absolui à iuramento, dicas absolutionem fore concedendam, & fore exprimens omnia iuramenta, nō tacitis his, absolutio fit surreptitia, Aff. dec. 220. citata, Fely. in cap. debitorum num. 9. de iur. patr. Nat. conf. 143. lib. 1. inter clausulas apponendas in absolutione à iuramento est, vt dicatur à iuramento, & maxime quando quis iurauerit non venire contra contractum, quia tunc sunt duo iuramenta, vt patet ex supradictis, & ex dec. Aff. 30. nu. 6. Obiit tamen est notandum, si commissa esset causa simpliciter cum facultate absoluedi à iuramento, licet plura sint iuramenta, sufficeret vt ab omnibus absolutio obtineretur, quia vnum dicitur, in aliud esse translatum, Caputaq. dec. 3. q. 2. in §. lib. 1.

SYMARIUM.

- 1 Exemptus aequipollet non subdito.
- 2 In exempto non potest quidquam statui.
- 3 Quilibet potest renuicere privilegio sibi à lege, vel Principe concessio, sed adeo vt non requiratur consensus, vel licentia Iudicis sed parium. num. 4.
- 4 Privati consensus sari Iudicem cum, qui iurisditioni praest.
- 5 Privilegio sari renuicent non habet opus require- re licentiam superioris si tendat in eius fauorem, sed si tendat in fauorem superioris, non secundo casu renuicatio non tenet.
- 6 Privatio praesupponit habitum.
- 7 Vassallus non potest in alterius iurisditionem ex- presse, vel tacite inuito domino consentire, quod si fecerit, nullius est prauidicij prerogatio, sed dōmi- nus eum recte auocare poterit.
- 8 Clericus non potest iurisditionem Iudicis laici pro- rogare.
- 9 Ius publicum, pactis privatorum non derogatur.
- 10 Exemptus, citatus, quando non tenetur comparere.
- 11 Exemptus citatus, non efficitur contumax in non comparando.

An exemptus citatus, non comparando ad allegandum exemptionem, possit vti contumax puniri.

DECISIO CLXIII.

Exemptus aequipollet non subdito, vt voluerunt communiter DD. in l. extra territorium ff. de iurisdict. omo. iud. c. vt animarum de consil. lib. 6. & in eos non potest quidquam statui, firmavit Alex. in consil. 21. volu. 1. Dec. in consil. 557. num. 7. & seq. volu. 2. latissime Rot. diuers. in dec. 307. par. 2. & ideo quatenus quilibet privilegio sari sibi à lege, vel Principe concessio renuicere possit, tex. in l. si quis in conscribendo C. de pact. l. 1. ff. si quis in ius voca. l. si

4. conuenient ff. de iurisd. omn. iud. & in c. significati-
 bus de for. compet. adeo ut non requiratur consen-
 sus, vel licentia Iudicis ordinarij, sed partium suf-
 ficiat, text. in l. t. & l. ff. de iudic. & in l. 1. §. & post
 operis ff. de nou. oper. nunc. l. a. l. ubi nu. 1. priuati
 enim consensus facit Iudicem eum, qui iurisdic-
 tionis praesertim, text. in l. t. & in l. priuatorum C. de
 iurisdic. omn. iud. tamen hoc eatenus procedit si
 6. priuilegium fori principaliter concernat fauorem
 renunciantis, secus est si etiam fauorem su-
 perioris respiciat, quo casu absque eius consen-
 su, & licentia, renunciatio facta non subsistit, cap.
 cum tempore vbi Panorm. num. 2. de arbitr. Do-
 ctiores communiter in d. l. si quis in conscribendo,
 Soccin. in d. cap. significasti num. 44. cum seq.
 de for. compet. ratio autem cur exemptus non
 possit se alterius iurisdictioni sine consensu exi-
 mientis subijcere, est, quia ipse eximientis
 interest ne subditus suus ab alio iudicetur, in-
 terest sua ne talem iurisdictionem amittat, dum
 enim ab alijs iudicibus eum eximit, ex ipso suae
 iurisdictioni immediatè subijcit, Panorm. in
 d. cap. cum tempore, & ibidem communiter Ca-
 7. nonista, quia priuilegium praesupponit habitum, text.
 in l. decem ff. de verbor. obligat. & in l. 3. §. t. ff. de
 8. capitis dimin. sic nec vasallus potest in alterius
 iurisdictionem expressè, vel tacite inuito domino
 consentire, quod si fecerit nullus est praedicti
 prorogatio, sed dominus eum rectè auocare po-
 terit, per text. in cap. imperiale §. praeterea, &
 ibidem glo. in verb. duos de prohib. feud. alien.
 per Feder. Assuet. palchre ibidem num. 24. cum
 seq. Bart. in d. l. 1. §. & post operis nu. 7. In
 ibidem num. 11. in fin. Bald. in d. l. si quis in conscribendo
 num. 2. fallit tamen in multis casibus, quos notat
 Fely. in c. ceterum nu. 6. cum seq. de iudic. vbi 13.
 fallentias ponit, Soccin. in tract. regul. in verb. iurisdic-
 tio, Curt. lun. in tract. fe. par. 7. q. 5. nu. 13. Pari
 9. ratione neq; clericis permisum est iurisdictionem
 iudicis tacite, vel expressè prorogare sine consensu
 superioris, quia tale priuilegium non est perso-
 nale, sed toti ordini ecclesiastico publicè indultu,
 per text. in d. c. significasti, & in c. si diligenti §. fin.
 de for. comp. glo. ibid. in verb. manifesta, Panorm.
 similiter ibid. num. 1. in fi. text. in cap. placuit 11.
 10. q. t. iuri publico enim pactis priuatorum non
 derogatur, text. in l. ius publicum ff. de pact. cum
 similib.

Quibus sic suppositis, cum dubitaretur in Cu-
 ria Archiepiscopi exemptus non comparando pun-
 niri potuissent debet, quod sic, per text. in l. si
 quis ex aliena ff. de iudic. & in l. 1. §. 1. ff. si quis
 in ius vocat. non ierit, in quibus locis habetur
 11. si quis à Iudice etiam incompetenti citatus praetendat
 se ad comparandum non teneri, quod nihilominus
 venire debeat, & allegare suum priuilegium,
 & causas quare non teneatur, facit etià
 quod notabiliter voluit Bar. in l. no videtur ff. de
 iudic. què refert, & sequitur Alex. de Neu. in c. 1.
 de rescriptis, vbi in dubio debet què coparere, qd
 si non comparat potest iudex multare, ex quo ar-
 guitur necessarium esse exempto comparere ad
 allegandum suae exemptionis priuilegium, & pro-
 pterea Ass. in dec. 135. voluit priuilegium cita-
 tum non comparando, declinandi priuilegium.

amittere, quod ante eum voluit Innoc. in c. pre-
 terea de dilationibus, & Florian. in c. super literis de
 rescript.

Ceterum supradictis minime suffragantibus
 12. contrarium fuit resolutum, scilicet exempti cita-
 rum nõ effici contumacem non comparado, quae
 decisio fundatur ex l. contumacia, & ibi DD. ff. de
 re iud. vbi habetur si notorium sit aliquem citari
 à Iudice incõpetenti non teneatur venire, nec per
 hoc incurrit penam contumaciae, & dicit ibid.
 Ludou. Bolog. si quispiam sit priuilegiatus nõ co-
 ram tali, vel tali Iudice compareat, non esse ne-
 cessarium, vt suu priuilegium exhibeat si sit ma-
 nifestum.

Non obstant coneraria, quia pro illorum dis-
 solutione distinguendi sunt tres casus.

Primus est si certum sit citatum de iurisdic-
 tione citantis esse, tunc merito comparere debet nõ
 reddatur contumax, per d. l. contumacia in fin.
 cum similib.

Secundus si manifestum sit, & euident, citatem
 nõ habere iurisdictionem in personam citati, sicut
 Iudex laicus qui in clerico non habet iurisdic-
 tionem, tunc non opus est vel comparere, vel alle-
 gare priuilegium.

Imo Iudex incompetentes & excommunicari pos-
 set quousque desisteret, c. si iudex laicus de sent.
 excom. lib. 6.

Tertius casus est, si sit probabile dubium, an vo-
 catus eximi à Iudice citante, & excusari possit, tunc
 vocatus compareat, & allegare debet suum pri-
 uilegium, vt notabiliter voluit Misinger. cent. 6.
 obferuat. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Periuus non defertur iuramentum in supplicium probationis.
- 2 Semel periuus, perdit officium probandi per iuramentum.
- 3 Non creditur testi, qui alius perhibuit falsum testimonium.
- 4 Periuus non probat, etiam quod deponeret cum tortura.
- 5 In causa heresis periuus admittitur in testem, & in crimine lesa maiestatis.
- 6 In dubio periuus non praesumitur.

Iuramentum suppletorium, an sit praestandum ei, qui alias peccauerit.

D E C I S I O C L X I V.

- 1 Fuit resolutum huiusmodi iuramentum non esse praestandum ei, qui alias peccauerit, praesumitur enim de iure, vt qui semel fuit periuus, adhuc esse peccaturum, 2 t. q. 5. cap. paruuli, cap. literas in fin. eodem. 3 vnde qui semel fuit periuus perdit officium. 4 probandi per iuramentum, secundum Rom. in repet. l. admonendi ff. de iure iurand. facit quod notat Fely. in cap. ex parte colum. 1. de testib. cap. ad reprimendum in 1. colum. de offic. Ordini.

in c. pastoralis in 11. col. vers. secundo limita de
 except. & faciunt similia, de quibus per Bald. in
 authen. cui relictum in 3. col. vers. attende C. de
 iudic. vidui. toll. Ang. in l. qui iudicio ff. de accus.
 glo. & ibi Rom. in l. lex Cornelia ff. ad Syllan. Ca-
 strens. in l. 1. C. de probat. Hippolit. de Marfil. in
 l. maritus penult. colum. ff. de questionib. qui
 ibi egregia similia cumulat, & vide eandem latif-
 sime ad vbertatem huius præsumptionis in rubr.
 de fideiuss. nu. 167. vsque ad nu. 179. & in conf. 78
 salus omnium col. antepen. & sing. 74. tu habes re-
 gulam, vbi multa cumulat, & aliqua per Felin. in
 c. per tuas col. si. extra de simon. & per Nicol. Eue-
 rad. Præsidem in centuria locorum legalium in
 loco de tempore ad tempus, qui est locus 41. vnde
 ex hoc inferitur quod non creditur testi, qui alias
 perhibuit falsum testimonium, de quo in c. testi-
 monium supra de testib. & videtur quod talis tes-
 tis periuirus, non facit indicium nedum ad tortu-
 ram, sed nec ad formandam inquisitionem, c. si-
 cut nobis in si. supra de testib. & ita consuluit Ful-
 gos. conf. 173. & conf. 107. & Dec. conf. 189. & li-
 cet dictum socij criminis faciat indicium ad cap-
 turam, & ad formandam inquisitionem, & in ali-
 quibus casibus ad torturam, vt habemus per Au-
 gust. de Arim. post alios in tract. malef. Ang. in
 verb. fama publica in 5. col. tamen istud non est
 in periuris, in quibus deficit fundamentum tes-
 tum, videlicet fides ipsa, d. c. testimonium, & d. c.
 sicut, supradictis addo etiam quod periurus non
 probat etiam quod deponeret cum tortura, Rui.
 conf. 146. n. 4. vol. 4. Crauzar. conf. 6. n. 16. Ceph-
 al. conf. 133. n. 7. & cōf. 134. n. 1. & Viui. comm. opin.
 in verb. testis nō potest esse periurus nu. 3. nisi in
 negotio hæresis, in quo testis periurus admittitur
 vt ibi nu. 8. admittitur etiam in crimine lese Ma-
 iestatis, vt per Gigant. in tract. prædicto in q. 11.
 n. 8. & in hoc Clarus errauit qui dictam quæstio-
 nem in contrarium adduxit, & totam non vidit;
 Prædictis tandem addo quod semper in dubio fa-
 cienda est interpretatio ne quis periurium incur-
 risse dicatur, Bero. conf. 149. num. 12. vol. 1. & per
 Iudicem laicum quis declarari potest incurrisse
 periurium, quando non est quæstio iuris, sed facti
 Roman. singul. 415. incip. ego coram magnis, &
 Felin. in c. 1. de iur. iuran.

S V M M A R I V M.

- 1 Impetrans tenetur verificare narrata.
- 2 Non tenetur quis verificare, nisi ea, quorum falsitas vitiat gratiam.
- 3 Falsa expressio, quæ non mouet ad facilius concedendum, non vitiat gratiam.
- 4 Surreptio vitiat gratiam, ne dum quando fuit causa iudicialis, & finalis gratiæ, sed etiam si fuit impulsua.
- 5 Qualitas, quæ non mouet Papam ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum, non est exprimenda.
- 6 Qualibet expressio falsi, vitiat gratiam.

Pro correptione Bullarum Apostolicarum
 quo casu iterum ad Vibem mitten-
 dum sit.

D E C I S I O C L X V.

Debituræ sepius in Cur. Archiep. quan-
 do iterum mitti debeat ad Vibem pro
 correptione Bullarum Apostolicarum,
 1 in quo articulo est supponendum impetran-
 tem a Sede Apostolica teneri verificare narrata in sua
 gratia, quæ mouerunt Papam ad concedendum,
 vel ad facilius concedendum, etiam si non nega-
 tur, secundum Bellarm. de c. 30. & iuncta ea
 quæ sepius censuit Rot. præsertim in vna Phe-
 sulana præceptoriz 27. Ianuar. 1563. coram Robu-
 sterio, & in vna Salamatina pensionis 18. Aprilis
 1573. coram Lancelotto, & in Casragustana
 pensionis 20. Decembris 1591. coram Pamphilio,
 & in Ferrarini. parochialis primo Aprilis 1596.
 coram eodem, vnde Rot. in decis. 4. de rescript. in
 2 antiq. voluit non teneri quem verificare, nisi ea
 quorum falsitas vitiat gratiam, & in quorum ex-
 pressio facilius mouet Papam ad concedendum,
 sequitur Bellarm. decis. 4. Caputaquens. decis. 310.
 nu. 5. par. 1. quo fit vt alia præter alia enumerare
 sit impertinens, & propterea nec falsa expressio
 quæ non mouet ad facilius concedendum vitiat
 gratiam, Rot. duers. decis. 591. Casar de Grassis
 decis. 47. & ad hoc facit, quod voluit Abb. Panor.
 in c. postulasti num. 1. de rescript. quod surreptio
 vitiat gratiam, nedum quando fuit causa in-
 ductua, & finalis gratiæ, sed etiam si fuit im-
 pulsua, vt quia Princeps alias concessisset, sed
 non ita de leuis, qui facilius sequitur Crescent. de-
 cis. 8. num. 6. de præben. Caputaquens. decis. 174.
 num. 8. par. 1. vbi loquitur in materia dispensa-
 tionis, & est communis opinio, vt per Nauar. de
 except. num. 3. Cuetierrez lib. 1. canonicar. qua-
 stionum cap. 15. num. 2. 1. & procedit non solum
 in beneficialibus, sed etiam in cæteris omnibus
 generibus; Tiraquell. in tract. cessante causa
 limit. 1. num. 11. & seq. Menoch. lib. 2. de arbit.
 iud. casu 201. nu. 22. Sanch. lib. 8. dispus. 21. nu. 32.
 de matrimonio, ex quibus omnibus cum dubitare-
 tur, si Breue concessum ad petitionem quorundam
 clencorum Turris Octaus, si dicebat Turris se-
 eun. 12. fuisset surreptitium; fuit resolutum pro
 opinione negatiua, ex quo non erat qualitas sub-
 stantialis, quæ mouere potuisset Papam ad non
 concedendum, vel ad difficilius concedendum,
 6 Non obstat quod qualibet expressio falsi vi-
 tiat gratiam, vt per Caputaquens. decis. 49. & dec.
 254. Putc. uoc. 350. lib. j. Mehed. decis. vltim. de re-
 script. Casade Grassis dec. 58. quia respodetur, hoc
 procedere quando est talis, vt mouere potuis-
 set Principem ad concedendum, seu facilius con-
 cedendum, & pro hac sententia facit text. in cap.
 super literis de rescript. vbi habetur quod sur-
 reptio non dolosa, siue in tacendo, siue in expri-
 mendo falsum, non vitiat rescriptum, si aliàs Pa-
 pa esset concessurus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Literæ cambij habent executionem paratam.*
- 2 *Dilationes in caufis executiuis non dantur.*
- 3 *Terminus non eft de iudicij fubftantia, fed vide*
num. 5.
- 4 *Adverfus literas cambij datur terminus.*
- 5 *In caufis in quibus proceditur fola facti veritate in-*
fpecta, terminus eft dandus.
- 6 *In Regno Neapolitano, in quo caufe funt fummariè*
datur dilatio probatoria viginthi dierum.
- 7 *Caufa alimentorum fummariè eft tractanda.*
- 8 *In caufa alimentorum datur terminus, licet bre-*
uior.
- 9 *Venter motam non patitur.*
- 10 *Termini, & dilationis materia, et plurimum Iud-*
icij arbitraria eft.

Aduerfus literas cambij, terminus an fit concedendus.

DECISIO CLXVI.

QUORAM literæ cambij de iure habent executionem paratam, & celerim, vt confultit Bero. in conf. 33. lib. 3. Honded. cof. 29. num. 7. vol. 2. Rot. Gen. in dec. 2. & dec. 9. Marftrill. qui fic decifum teftatur in decif. 9. num. 7. volum. 1. ideo aduerfus literas cambij terminum non effe concedendum prima facie videtur dicendum, vt in proprijs ferè terminis docere videtur Verall. decifio. 62. lib. 1. dum dicit dilationes in caufis executiuis non effe præftandas, & eo magis quod terminum nõ effe de iudicij fubftantia, docet Bart. in l. prolatum in fi. C. de fent. Bal. in l. petenda notab. 3. C. de tempor. in integra refcri. fequitur Alex. in conf. 181. nu. 5. vol. 6. Cartar. in dec. Rot. Gen. 22. nu. 2.

His tamen minime obftantibus contrarium refolutum fuit in Cur. Archiepifcop. & fic fuit datus terminus quatuor dierum aduerfus literas cambij, & hoc fuit in caufa Sebaftiani Cacacijs, & moti fumus ex eo quod etiam in caufis in quibus proceditur fola facti veritate infpecta, terminus probatorius effe concedendus, & dandus, vt habetur per Rot. in antiquis in dec. 378. & dec. 488. & hinc in hoc Regno in quo caufe funt fummariè, datur dilatio probatoria viginthi dierum, vt in pragmat. incip. poft prædictas, Mirant. in fua præf. par. 2. act. 3. nu. 13. & 24. Carau. in Rit. 67. nu. 3. fequitur Cauale. in decif. 46. nu. 330. lib. 1. Vnde licet fummariè tractada fit caufa alimentorum, vt probatur in l. 1. §. Iulianus, & in l. si quis à liberis §. si vel patrens ff. de liber. agnofc. §. in l. 3. §. sciendù in verb. fummariè ff. ad exhibend. Bart. in l. de alimentis nu. 2. C. de transactio. Bal. & Iaf. in l. si quis in C. de inoff. teftam. glo. fin. l. fin. C. de alend. liberatè Surdus in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 2. num. 1. tamen adhuc terminus effe concedendus, licet breuior, vt effe text. in l. 2. vbi Bart. eolum. penult. verf. item effe, & aliud ff. de iudicij, Gigas de peffionibus quæft. 51. num. 23. Caphak

in conf. 485. num. 85. Foller. in præf. cenfual. §. iuris moderando rigorem num. 85. Menoch. de arbit. iud. cafu 52. num. 12. & in tract. de adipifc. poffeff. remed. 2. num. 60. & alij penes Surd. vbi fupra num. 6. & fic effe intelligenda opinio eorum, qui voluerunt dilationem nullam dari in caufa alimentorum, quia venter motam non patitur, vt fequuti funt Simon de Præf. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 11. num. 3 r. Barz. in decif. Bonon. 90. num. 5. argum. text. in l. fin. ff. de appellat. recipiend. eo magis, quia terminus, & dilationis materia, vt plurimum Iudicij arbitraria effe, Bertoz. inter confil. Burfa. 74. num. 135. vol. j. Menoch. de arbit. iud. lib. 3. caf. 52. num. 2. Viui. in decif. 11. num. 9.

S V M M A R I V M.

- 1 *Verbis editi non effe recedendum.*
- 2 *Verba legis funt ad vnguem feruanda.*
- 3 *Paria funt venire contra verba, & mentem legi-*
git.
- 4 *Edictum per quod ius tertij leditur, ftrictè effe intel-*
ligendum.
- 5 *Finalis caufa prohibitionis editi, effe continua ar-*
morum afportatio.
- 6 *Statutum non extenditur de cafu ad cafum, etiam*
habentem eandem rationem.
- 7 *Momentum temporis, non habetur in confideratio-*
ne.
- 8 *Quis non dicitur fpoliatus, cum in continenti reflit-*
uitur.
- 9 *Non dicitur foluere, qui fic foluit, et flatim repe-*
tit.
- 10 *Frufta petii ille id, quod flatim effe reflituitur.*
- 11 *Non dicitur alienare, qui flatim recuperat.*
- 12 *Qualibet caufa, excufa à dolo.*
- 13 *Dolus regulariter non præfumiur, nifi probetur.*

Edictum Curia Archiepifcopalis contra clericos arma portantes, an locum fibi vendicit in clerico, qui accipit cultrum, vt ferret illum magiftro accommodandi gratia.

DECISIO CLXVII.

CLERICUS quidam fuit repertus à Curforibus Curia afportans cultrum trium palmorum contra formam editi, & vnde captus, & carceratus in eadem Curia, pro eius defenfione dicebatur cultrum prædictum accepiffe à quodam, vt illum ferret magiftro, gratia accomodandi, quare fuit dubitarum an dicta caufa ei fuffragaretur. Prima facie videbatur quibusdam minime fufficere ad eius excufationem, fequidem verba editi funt clara, ibi portare arma, & proinde non effe recedendum ab eius verbis, non alter ff. de leg. 3. Bald. conf. 91. nu. 6. & feq. vol. 1. Alexan. conf. 10. & in conf. 19. nu. 2.

- 2 Dec. in conf. 559. vol. 1. verba enim legis sunt ad vnguem seruanda, l. 1. §. is qui nauem vbi Bar. latissime ff. de exercitatoria actione, & cum in eius verbis nulla sit ambiguitas, non est de eius mente disponendum, l. ille aut ille ff. de leg. 1. vbi enim verba statuti sunt clara, cessat illius interpretatio, Ioseph Ludou. in decif. Peru. 55. & in decif. 48. statuti enim verba diligenter sunt obseruanda, Bar. in l. 1. §. & parui num. 5. ff. quod vi, aut clam. Iaf. in l. filio patre ff. de leg. 1. & si tenaciter est inpendendum, Orluc. in decif. 59. licet duris, Bald. conf. 122. vol. 1. Verall. in decif. 213. par. 2. vbi statutum nil aliud disponit, quæ id q. loquitur, Dec. in conf. 634. & 688. & qñ statuti non includit nisi casu expressum, & non distinguit, nec non distinguere debemus, & si nullum casum excipit neque Iudex excipere debet, Iaf. in l. non dubium C. de legib. cum eius verba necessario trahantur ad id, cui verba ipsa conueniunt, Ludou. dec. Lucan. 12. & si fieret huiusmodi interpretatio daretur materia delinquendi, Crauec. conf. 137. num. 2. quod non est concedendum, l. si conuenit ff. de pactis dotalibus, & paria enim sunt venire contra verba, & mentem legis, non dubium vbi Bald. C. de legib. l. contra legem ff. eod. latè DD. in c. fraus de regul. iur. & c. quia de priuil.
- 3 Ceterum supradictis non obstantibus Curia Archiepif. op. ex causis bene visis, & ponderatis censuit contrarium; nam edictum per quod ius tertij leditur, stricte, præcisè, & proprie est intelligendum, Rot. Peruf. cit. decif. 25. ita vt quanto minus fieri possit, legat. Ofafe, decif. 21. nu. 12. decif. 17. nu. 3. & dec. 59. nu. 5. & cū finalis ratio prohibitionis edicti sit continua armorum asportatione vt ex verbis eius patet, non debet extendi ad portantes per momentum temporis, Cacher. in dec. 4. nu. 9. & in dec. 21. & 22. Rot. Gen. in dec. 20. Cail. lib. 2. obseru. 33. Roiz. in decif. Lituan. 2. post Bar. in l. 4. C. de iur. fis. ex regula statuti quæ vult non esse extendendum de casu ad casum etiam habet similem rationem, Bar. in l. viro §. de viro ff. solut. matrim. Iaf. in §. omnium num. 29. de actionib. neq. de casu ad casum non comprehenduntur, Cacher. in decif. 67. Ludou. in dec. Peruf. 73.
- 4 Aff. in dec. 21. momentum, n. tēporis non habetur in consideratione l. si. §. fin. C. de bon. que liberis, l. legatum C. de legatis, Gama in decif. 258. facit tex. in l. si pro patre §. versum ff. de in rem. verso, vbi nō dicitur versus quod non durat versus, & nō dicitur amittere ille, qui statim est recuperaturus, l. non videtur ff. de acquir. poss. sicut non dicitur spoliatus, cui incontinenti restituitur, l. & si me ff. de vi, & vi armat. latè DD. in l. si quis ad se fundum C. ad leg. lul. de vi publ. & in c. rein te granda 4. q. 7. nec dicitur solui se ille qui sic soluit, vt statim repetat, l. qui sic fide solutione, & frustra petit ille id quod statim est restitutus, c. fructu reg. iur. c. dolo facit eod. ut hinc est quod
- 5 non dicitur alienare qui post alienationem incontinenti rem recuperat, Camer. in c. impentalem n. 77. de probat. seu. alien. per Feder. quā notabit ad imitationem extraneam, ambitio de rebus eccl. non alien. Addebatur etiam pro excusatione dicti clerici, ipsum non fuisse in dolo cum de iure quælibet causa etiam minima iustitia, atq. tēpo-

ria, fatua, seu bestialis excusati à dolo ipso ipsum pro, l. igitur §. potest ff. de liberali cautis l. 2. ff. de plagiar. & l. 1. §. deinde ff. de ambige. Verall. in dec. 108. par. 2. Viuili. in dec. 80. post Bero. in conf. 428. in fi. vol. 4. & in conf. 146. eod. vol. & sic dolum regulariter non presumitur nisi probetur l. dolum C. de dolo, l. quonies §. qui dolo vbi Doctores ff. de probat. & edictum prædicti contra clericos arma asportantes dolum requirere nō dubitabatur statè verbo illo *ce presume portar armi*, quod quidem verbum secundum Nauar. in conf. 59. de reb. eccl. non alien. non includit bonam fidem habentem, ex quibus omnibus, & ex nonnullis alijs per dictam Curiam optimè ponderatis, fuit supradictus clericus excusatus à pena edicti ordinaria, sed fuit extraordinariè punitus, vt exulet per septennium.

S V M M A R I V M.

- 1 *Homicidium proditorium quid sit.*
- 2 *Occidens amicum reconciliatū, non dicitur proditor.*
- 3 *Amicus reconciliatus aequalis inimico.*
- 4 *Amicus reconciliatus est fugiendus vsq. p. fistis.*
- 5 *Amicus reconciliatus repellitur à iudicando.*
- 6 *Amicus reconciliatus repellitur à testificando.*
- 7 *Pax ad eandem qualitatem productionis, debet pleri, & eundem probari.*

Occidens amicum reconciliatum, an dicitur proditor.

DECISIO CLXVIII.

- 1 **V**ERA, & indubitabilis est iuris peritorū omnium exclusio, homicidium proditorium tunc dici quous ad amicum nulla præcedit terrixa perterritus, vt dixit Bar. cōmuniter receptus in l. respiciendū §. delinquent ff. de pign. loa. And. in c. j. col. 5. de homicid. in 6. quem sequitur Bal. in sub. iur. nulla C. de episc. & cler. & Aff. in dec. 265. n. 64. quo fit vt ille qui dederit potionem venenatam, cū fiat occulte, & non pōt præcaueri, dicatur proditor, vt notabiliter voluit Iac. Butric. in l. athletas §. calūniator ff. de infamib. Bald. in l. nemo clericus C. de sum. Trin. & fid. cath. Ad. ad Ang. de malef. in verb. insultu col. 6. & Fel. in c. 1. de homicid. Burf. col. 196. vol. 2. volens clām præcipuum prædicti criminis esse amicitij, taliter q. sine ea amittit nomen proditoris, vt dixit Plaza in epist. delict. c. 21. in prin. Couar. lib. 2. var. resol. c. 6. n. 7. Farin. quest. crim. q. 18. n. 76. & 77. & propterea iure optimo Bar. in l. respiciendum §. delinquent ff. de penis, censuit occidētem inimicum retro non esse proditorē, quia debet præcauere ob inimico suo, quæ sequatur fuerit Gerar. ling. 14. Ang. loc. cit. n. 6. Gomez c. 3. de homicid. n. 5. Suarez. recept. sent. verb. homicidij n. 6. & hanc esse verā, indubiā, & ad omnibus receptam sententiā, testatur Baiar. §. homicidij nu. 2. & c. q. quibus supra enarratis veris existentibus, cū dubitaretur in
- 2 Cur. Archiep. si occidens amicum reconciliatū dicitur proditor, fuit cōi omnij voto cōclusum minime potuisse dici proditorē, ex quo sū Kubi. in.

- 3 in dec. 91. amicus reconciliatus equipollet inimico, vnde dixit Bar. in l. j. ff. ad Sillan. inimicu reconciliatum vti poffe esse fugiendu, femper. n. remanet reliquie inimicitie in amicis reconciliatis, Bald. conf. 91. vol. 1. & proinde In. in Laperiffimi col. 3. C. de iudicij notabiliter dixit, tales personas habere iustam causam inimicandi, & poffent recufari ad iudicando, ex quo cenfetur inimici prefumpsi, Inno. in c. cum L. & A. de fenten. & rei iudicata, quere refert & fequitur Bal. in l. prefcriptione C. fi contra ius, vel vtilitate publicam, idem Bal. in authen. testis C. de testib. & in l. 1. in princ. ff. eod. Roman. in repet. rubrica ff. de arbitris q. 5. imo fortius tenet singulariter Bart. in l. 1. in fi. ff. de his quibus vt indignis, quod etis si ignorant commiffam esse causam inimicitie, adhuc poffunt tamquam fufpecti repelli, & in proprijs terminis facit quod singulariter voluit idem In. in citat. l. apertiffimi num. 7. quod etiam amicus reconciliatus cum quo de recenti est facta pax potest repelli vt fufpectus, cum non fit idoneus testis, allegat text. in cap. accusatores 7. q. 1. Inno. in cap. cum oportet de accusat. quod comprobatur apertè ex Bart. in citato §. de his quibz, vbi femper quod in amicis aliquis rancor remanet, si inter eos fequatur homicidium non potest dici proditorum, quia rancor ille fecundum eum, includit inimicitiam, & excludit amicitiam, quæ vt supra dixi, est precipua causa inducendi prohibitionem, Addebatur etiam fupradictis quod cum non conflaret plenè de pace ipsa, quæ ad euitandam qualitate prohibitionis debet plenè, & euidenter probari, fecundum Grat. in conf. 47. num. 11. volum. 1. Vulpell. in conf. 85. num. 6. Malfcard. concluf. 1161. prouide debeat sumi in dubio interpretatio, quæ delictum excludit, l. merito ff. pro facio.

SYMMARIUM.

- 1 Facti species.
- 2 Vbi agitur de peccato euitando, et pias de probando impedimento matrimonij, statuit dicto vnus.
- 3 Fama impedit matrimonium contrahendum.
- 4 Plus facit fama, quam vnus testis vbi iuramentum interuenit.
- 5 Dictum vnus, sicut & fama impedit matrimonium.
- 6 Fama et concludat, debet probari ante litem motam super eo, super quo probatio fame requiritur.
- 7 Famae matrimonij iudicij qualibet fame species.
- 8 Fama publica cum vno teste de veritate, non probat, sed declarat, et num. 9.

Impedimentum affinitatis, qualiter, & ex quibus probatum censetur.

DECISIO CLXIX.

- 1 **E** Matris publicationibus per quedam Parochum causa celebrandi matrimonium, inter quosdam, iuxta terminos c. cum inhibito de clan. desponsatione, & text. in c. fin.

- qui matrimonium accusare possunt, comparuit quidam coram eodem Parocho asserens impedimentum affinitatis inter predictos, ex quo sponsus cognouerit carnaliter matrem sponse, cum quibus fuit dicta causa deducta in Curia Archiepif. fuit dubitarum quid iuris, & fuit resolutum per eandem Curiam, quod dictus sponsus procuraret dispensationem Apostolicam, quæ decisio habuit fundamentum primo quia vbi agitur de peccato euitando, vt puta de probando impedimento matrimonij contrahendi, statuit dicto vnus, c. super eo de testib. c. prateria, & quod ibi coiter notatur de sponsalibus, Ant. de Butr. in c. veniens, el primo, nu. 8. vers. primo qñ agitur, de testibus, In. in Ladmonendi n. 197. ff. de iur. iu. Rom. sing. 612. Crot. & Campegg. in tract. de testibus ille nu. 113. iste vero regula 197. n. 12. Monticell. in repertorio testium, rubrica impugnatione testis quia vnus fol. 191. vers. 1. & 2. Fann. q. 63. in tract. de testibus, Corrad. in sua pract. fol. 115. nu. 5. col. 1. in 13. ampliat. vnde cum in presentiarum apparet de asserione vnus fide digni dicentis audiuisse ab eodem sponso se carnaliter cognouisse matrem puellæ, proinde non erat dubitandum quæ censetur probatum predictum impedimentum per iura supra adducta, Reddebatur pariter secundo loco, clara & euidenter probatio dicti impedimenti ex publica voce, & fama vicinia, vnde succedit regula iuris, quod fama impedit matrimonium contrahendum, c. cum in tota de sponsalib. & plus facit fama, quam dictum vnus testis, vbi iuramentum interuenit, d. c. prateria de sponsal. alias dictum vnus, sicut & fama impedit matrimonium contrahendum, cap. super eo §. 1. de testib. quod procedit etiam si non adesse fama, sed simplex rumor, vt probat text. expressus in c. super eo, de consangu. & affin. Tertio pariter reddebatur probatio indubitabilis ex petitione dispensationis Apostolicæ scilicet per dictam matrem puellæ, quo casu arguitur contra eam, ad glo. in c. exhibita de homicid. c. fama vt concludat, debet probari ante litem motam super facto in quo probatio fame requiritur, c. licet ex quadam ibi ante litem motam de testibus, & ibid. Abb. nu. 3. Rom. sing. 775. Dec. in conf. 82. nu. 1. Corne. conf. 62. nu. 13. vol. 1. & in conf. 146. nu. 1. Cepollin. in ciuilibus conf. 31. n. 9. & Verall. in decif. 9. par. 2. qui modus probandi deficiebat cum habuisset originem ex dicto patris puellæ hoc asserens, quia responderet fauore matrimonij sufficere quamlibet fame species, quomodocumque probata, Abb. & reliqui communiter in d. c. super eo.
- 8 Non obstat secundo, quod fama publica cum vno teste de veritate non probat, glo. in c. veniens el primo de testib. quia hæc dux semiplenè probator. non coniunguntur, Alex. conf. 143. vol. 7.
- 9 Dec. in c. 429. n. 9. quia responderet iudicij verè esse in criminibus, secus in ciuilibus, vt p. Anan. in conf. 9. Dec. in conf. 59. & 120. Verall. in dec. 8. p. 2.
- Non obstat tertio, quod testes de fama dependentes non dicant à quo suderint, quia hoc non est necessarium, fame enim probatio fit et si testes dicant, quod publice dixerunt, licet non specificet à quibus audierint, nec alia requisita posita per Bar. in l. de minore

nore §. tormenta ff. de questio. & Rot. in hoc seruat dictum Bal. in c. per tuas in princ. in verb. publicè de prob. & in c. praxera col. 1. in princ. de 3 testib. de qua testatur Cassad. in dec. 3. de prob.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia Iudicis inducit plenam probationem.
- 2 In dubio semper presumitur Iudicem omne quod fecit, de iure scilicet.
- 3 Vicarius quilibet non presumitur, nisi probetur.
- 4 Vicarius officium non conferatur à natura.
- 5 Instrumentum confectum per Notarium mortuum, debet probari per comparationem literarum.
- 6 Qui se fundat in tempore, necesse est quod limitatè probet de tempore.
- 7 Scriptura confecta extra Regnum, non probatur in Regno, nisi sine sigillata, & autentica manu Officialis illius Civitatis in qua confecta sunt.

Sententia Vicarij Ultramontani asserentis mulierem aliquam non habere maritum, an sufficiat ad effectum vt possit contrahere matrimonium in Civitate Neapolis.

D E C I S I O C L X X.

Mulier quaedam Iberna morà Neapoli facta, cum vellet matrimonium contrahere cum quadam persona, & ad D. Vicarium huius Civitatis pro obtinenda licentia accessisset, produxit scripturam, in qua Vicarius suæ diocesis decernebat matrimonium quodam, quod ipsa contraxerat suis nullum, & attulit etiam testem asserentem dictam sententiam esse à predicto Vicario confirmatam. Quare dubitatum fuit in Cur. Archiep. an dicta sententia induceret plenam probationem, ad effectum probandi quod illa mulier non haberet maritum in suis partibus, & Vicarius illa sola probatione posset illi licentiam impartiri, & videbatur dicendum prima facie quod sic, quia iudicis sententia inducit plenam probationem, Cresc. in dec. 10. de probat. ex presumptione, quæ sub se continet iudicialis autoritas, Menoch. cõf. 110. vol. 1. Turret. cõf. 60. nu. 6. & seq. Alban. cõf. 123. & in cõf. 13. nm. 4. pro iudice enim semper presumitur vt quicquid fecit iure scilicet dicatur in c. præsentia de renunciatione, & latissimè omnes in l. pacta nouissima, & ibi Iaf. in 3. col. C. de pact. & in l. Herennius 9. Causa ff. de evictioibus Curt. Iun. cõf. 23. & hoc maximè dicebatur procedere in casu nostro, cum dicta scriptura videretur authentica. Addebatur etiam quod & si prædicta sententia conneret exemptionem adhuc probat quando est solenne, auth. si quis in alio C. de edendo.

Cæterum prædictis minime suffragantibus contrarium censuit Cur. Archiepisc. scilicet prædictam sententiam non suffragari ad impetrationem licentia, & mori suum ex eo quod debebat plenè, & sufficienter probari, illam scripturam esse

manu propria dicti Vicarij, ac etiam probari illud esse legitimum Vicarium: vera enim est iuris conclusio, quem non præsumi Vicarium nisi probetur, cum hæc qualitas siue officium Vicariatus non conferatur nobis à natura, Crauett. post alios in terminis cõf. 72. col. 2. & quod probari debeat quando opponitur, quem non esse Vicarium, voluit Spec. in tit. de instrum. edit. §. restat, DD. in c. j. extra de fid. instrum. Crauett. d. cõf. 72. cõf. 123. num. 16. cõf. 150. in princ. & in tract. de antiq. temporum in 3. par. in verb. videmus num. 3. & seq. Roland. à Vall. cõf. 32. num. 3. & seq. lib. 2. vbi nu. 6. dicit onus huius probationis, incumbere producenti scripturam, & nu. 13. dicit debere probari illum Vicarium, sicut in simili dicimus quando Notarius est mortuus debet probari per comparationem literarum, quod scriptura ex qua sumitur instrumentum sit manu talis Notarij, si quis Decurio C. de fals. glo. in auth. & si contractus C. de fid. instrum. Alex. cõf. 97. num. 3. lib. 7. nec sufficit probare quem esse Notarium, nisi probetur fuisse Noarium tempore cõf. cõf. instrumeti, Alex. cõf. 166. col. 2. lib. 2. & d. cõf. 97. nu. 4. 6. Rol. à Vall. d. cõf. 32. num. 9. quia qui se fundat in tempore, oportet quod articulatè, & limitatè probet de tempore, cum actum ff. de nego. gest. nec sequitur, hodie aliquis est Vicarius, ergo fuit heri, vel pridie, Bald. in l. ex persona col. 2. C. de probat. & in l. qui adulterij C. de adulter. Alexan. cõf. 198. col. 2. lib. 2. Rolan. d. cõf. 32. num. 11. vbi num. 12. post Io. Andr. Butr. & alios dicit esse capituladum, & probandum, quod tempore quo fuit confecta talis scriptura de quo est questio, talis qui illa conficit sinegebatur officio vicariatus, argum. leg. 3. ff. ad Maced. & ponit Port. Imolen. vbi testatur de eõs lib. 2. commun. opin. concl. 11. in 3. limit. in fi. quæ obiecta maximè videntur in casu nostro, cum non sumus in antiquis, Iaf. post alios in l. Barbarius col. 2. vers. tertio notabiliter limita ff. de off. Prator. & cumulatè Crauett. in tract. de antiq. tempor. in 3. par. d. nu. 2. 3. & 6. dicunt tunc probari quem Vicarium vicariatumque, cum antiquitate temporis, concurrat cum munis opinio, & fama, quem esse Vicarium, Ionoc. in cap. veniens de verb. sign. Bal. in d. l. Barbarius col. 9. vers. qualiter autem probetur, Dec. cõf. 36. col. 2. post medium, & cõf. 47. col. 2. subdit Crauett. vbi supra nu. 9. post Iaf. in d. l. Barbarius in 3. limit. quod supra dicta procedunt, quando producantur aliæ scripturæ Vicarij, supra dictis addebat quod scripturam cõf. cõf. extra Regnū non creditur in Regno nisi asserantur literæ testimoniales Civitatis, vel Officialis illius sigillata authentico sigillo, & ita servatur in practica quotidie in omnibus Curijs Regni, vt dicit Aff. in cõf. Regni instrumentorum robur q. 9. num. 10. in fi. Cai. au. Rit. 188. Georg. alleg. 37. quod etiam cautum reperitur de iure communi, quod instrumenta de longinquis partibus non probant, nisi producent habeat literas testimoniales publico sigillo sigillatas qualiter ille qui scripsit ea, est publicus Notarius legalis, & fidelis, vt dicunt Bald. & Salyc. in l. comparationes, ille nu. 24. vers. C. nus format, & iste num. 17. vers. iuxta vrlrem C. de fid. instrum. Corn. cõf. 142. videtur volum. 3.

Lanfranc. in c. quoniam contra in verf. inftrumtorum producciones colu. 2. de prob. Angel. in a.uth. de Tabellion. verf. & fis cautus; & Dec. in cap. 1. nu. 5. 1. de fid. inftrumti.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Ecclesia debet esse in maxima veneratione.
- 2 In ecclesiis debet fieri humilis ingressus.
- 3 Executio, & qualibet ordo iudicialis, est prohibita fieri in ecclesia.
- 4 Quae religioſis adherent, religioſa ſunt.
- 5 Mans dignum, trahit ad ſe minus dignum.
- 6 Vbi eſt pars nobilior, cenſetur ibi eſſe totum.
- 7 Ex auditu, à quo habetur frequentior acceſſus, iudicatur de domo cui nam cedat.
- 8 Apotheca non deſeruiens hoſpitali, non gaudet immunitate, qua gaudet hoſpitale, redditur rō. nu. 9.

Faciens executionem in bonis ſui debitoris, exiſtentibus in cameris eccleſiæ, a quibus habetur aditus tum intus eccleſiam, quam per plateam publicam, aſſeratur facere in eccleſiā.

DECISIO CLXXI.

FVit in Curia Archiepifcopali, inquisitus quidam clericus, quod fuiſſet auctor, vt Birroarij Curiaſeularis executionem feciſſent in bonis debitoris dicti clerici exiſtentibus in Cameris ſupra eccleſiam, à quibus habebatur porta, tam per eccleſiam, quam per plateam publicam, quare ſuit dubitatum, an ei veniret aliqua pena inſurgenda tamquam executio facta in eccleſiā.

- 1 ipſa, & dicebatur eccleſiā in maxima debere eſſe veneratione, Inemo vbi Bar. C. de ſacrofan. eccl. c. 1. & quod ibi notatur de immunitate. eccleſiā, Bal. in conf. 29. vol. 1. facit tex. in c. decet eod. tit. in
- 2 ſexto, vbi in eis debet fieri humilis ingreſſus, &
- 3 proinde executio, & qlibet iudicialis ordo prohibitus eſt, l. preſenti C. de ijs qui ad ecclie. cōſug. item dicebatur quod & ſi in eccleſiā non fuiſſet facta executio, ſed in cameris exiſtentibus prope eccleſiā nihilominus iudicari pōt, ac ſi in eccleſiā
- 4 ipſa facta eſſet; nā que religioſis adherēt, religioſa ſunt, l. que religioſis ff. de rei vend. latē Aſin. in l. ſi. nu. 6. 1. & ſeq. ff. de relig. & ſumpt. funer. Bard. in ſuo tract. de tempore vtili, & continuo q. 13. num. 21. & ſeq. Alban. conf. 1. 2. num. 7. & maius dignum trahit ad ſe minus dignum, c. quod in a. dubijs de conſec. eccl. l. ſi communem vbi Bal. & reliqui ff. cōia preſent. latē Couart. pract. queſt. q. 13. & ad prædicta facit q. notabiliter voluit Ang. ad Bar. in l. 1. ff. ad municip. q. ſi aditus eſt à parte anteriori in domo, & à parte poſteriori, & indiſſerēt ingreditur quis quōdoq. ab anteriori, & qñq. à poſteriori, & nihilominus camera cenſetur de illo loco à quo habetur aditus à parte anteriori, ex quo
- 6 illa pars cenſetur nobilior, & vbi eſt pars nobilior cenſetur eſſe totum, l. cum in diuerſis ff. de relig. & ſumpt. funer. & ita etiam pulchrè notatur in c. in

eccleſiaſtico 13. q. 2. ſequitur Gomez in ſ. ſi mihiſ Inſtit. de adion. Calcan. conf. 90. num. 9. Tiraq. de iure primogenit. q. 17. 4. oppoſ. num. 17. Alcia. conf. 55. nu. 7. conf. 65. num. 2. & in conf. 460. nu. 1.

- Ad deſenſionem dicti clerici adducebatur quod exequio habuit originē per ianuum extra eccleſiam, & ab illa Birroarij habuerunt ingreſſum, & conſequenter iudicari debet, ac ſi extra eccleſiam facta fuiſſet, vt notabiliter voluit Artaman. cōſ. 91. Aditus enim magis frequentatus erat ille ex parte plateæ publicæ, & propterea ab eo debet ſumi denominatio ad tex. in c. oſtus de eccl. l. 1. & ibidē laſ. ff. de verb. oblig. l. ius ciuile ff. de iuſt. & iur. Bar. in l. 1. ff. de albo ſcribēdo, ex adit. nu. 2. à quo habetur frequētior acceſſus, iudicatur de domo cui nā cedat, l. ſi cui ades ff. de leg. 3. l. prædijs §. balneas ff. eod. tit. vnde ſi domus ex vna parte eſt de domo Parochiæ S. Martini, & ab alia eſt de Parochiā S. Mariæ, ſi quis habitet in prædicta domo cenſetur de illa parochia, ex qua frequētiorē habet aditum, vt notabiliter voluit Bar. in l. quod conſueuo nu. 6. ff. de damno infect. ſequitur Farinac. de carcerib. & carcerat. q. 18. de Pont. in dec. 35. & ex prædictis reſert fuiſſe decifim in Collat. cōſ. 2. poſthecā non deſeruiens ſoli Hoſpitali, ſed cōmunē omnibus in qua publicè emunt, & vendunt omnes de populo, non comprehendi ſub priuilegio, & immunitate hoſpitali conceſſa, ſed eſſe locum merè profanum, allegat Caſtrenſ. & Alex. quos ſequitur laſ. in l. pleriq. num. 17. ff. de in ius voc.
- 9 qui volunt immunitatem conceſſam domui eccleſiæ, vel hoſpitali, non comprehendent ipſius apothecam, eñ quod ab ea haberetur aditus ad domum eccleſiæ, ſeu hoſpitalis, cumq. porta ſpecialiſ apothecæ eſſet in via publica, per quam publicè cōmerciū exercebatur, iudicanda propterea erat vti publica, & profana, publico ſeruitio deſeruiens, maxime cum locata reperiretur ab hoſpitali pro annua peſione ad publicū mercionarij exercendū, ſicut dicimus de eccleſiā, qua habet duas portas in diuerſis parochijs, vt ea iudicetur de parochia in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus, decifio eſt Bart. communer recepta in l. prædijs §. qui domū ff. de leg. 3. qui allegat bona iura hoc probantia, & ſic limitatur doctrina eiuſdem Bart. in l. quod conſueuo ff. de dam. infect. tradentis, domum exiſtentem in duabus parochijs eſſe illius parochiæ, per quam habetur ad domum aditus, vt demum non procedat quando adeſt alius principalis, & magis frequentatus, de quo etiam per Fely. latius in c. omnes de maior. & obed. cauſa aliter non ſunt decifia, ſed dictus Clericus ſuit aggratiatus, per Illuſt. D. Archiepifcopum in viſitatione gratiaſe ſtante eius probabili ignorantia, & alias in hac Curia declaratum ſuit talia ædificia gaudere immunitate, præſertim reſpectu furni in ſeminario exiſtentis.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Nulla maior eſt probatio, quam proprij oris confeſſio.
- 2 Confeſſus habetur pro iudicato, & in eum nulle iuris Inducti paries.
- 3 Contra propriam confeſſionem, non eſt quis audiendus.

- 4 Confessio est tanta efficacia, ut nunquam intelligatur reiecta.
 5 Confessio est maior quocumque instrumento publico.
 6 Testes, & instrumenta cedunt confessioni.
 7 Credens confitens in sui praeiudicium.
 8 Confessio facta Deo, non probat in foro exteriori.
 9 & pro tanto confessionis condemnatio ad mortem, facta a Confessore, de licentia ipsius condemnati, non valet.
 10 Confessio, est de iure Diuino.
 11 Papa super iure diuino dispensare non potest.
 12 Sacerdos inductus ad deponendum super eo quod habuit in confessione, non probat.
 13 Confessio facta non coram Iudice in figura Iudicij, sed coram Notario causa, non praeiudicat.

An ex cartula peccatorum reperta penes aliquem delinquentem, possit sumi indicium contra ipsum ad pœnam infligendam.

DECISIO CLXXII

C Apto, & exacerato quodam clerico ob præsumptionem delicti, & eo perquisito, fuit reperta penes ipsum quedam cartula suorum peccatorum per ipsum scripta, vi melius sua peccata confiteretur, & inter cætera facinorosa reperit fuit scriptum se pluries comississe peccatū contra naturā, quare fuit dubitatum si potuisset procedi contra ipsum de supradictō crimine ibidē scripto.
 1 Et prima facie videbatur affirmadum, nulla enim est maior probatio, quam proprij oris confessio, l. 1. de confessis, Rot. Genou. in decis. 18. l. certū ff. eod. vbi confessus habetur pro iudicato, & dicit text. in Lquia proinde §. 1. ff. ad leg. Aquilin. in confessum nullas esse iudicis partes, sequitur Bal. in conf. 29. vol. 1. A. lex. in conf. 73. num. 6. & seq. Alc. in conf. 63. num. 10. & 22. & contra propriam confessionem non est quis audiendus, dicit Iureconsult. in l. contra C. de non numer. pecun. quicquid dicat Mago. 4 in dec. Rot. Flor. 26. n. 22. confessio enim est tanta efficacia, ut quicumque intelligatur reiecta, & ideo semper opponi potest etiam contra præsumptionem iuris, & de iure, auct. & si, vbi Bald. & reliqui C. de donat. ante nupt. nam confessio partis eandem iuris præsumptionem, Ioseph Ludos. in 2. decis. 5. Rot. Lucens. & est maior quocumque instrumento publico, & quibuscuque testium depositionibus, Bal. in decis. 91. Rubin. in decis. 77. & vbi est confessio, ibidē est releuato oneris probationis, Alc. in conf. 1. o. nu. 4. nec iudex potest iudicare confessionem nullā esse, A. ban. col. 71. & est excellēter omni probatione, idē Rota Lucens. citat. decis. 5. Crauet. conf. 61. nu. 3. conf. 175. & in col. 272. nu. 15. & testes, & instrumenta cedunt confessioni, idē Crauet. conf. 3. nu. 42. & facit text. in l. cum te C. de transact. vbi idē operatur confessio, quod publicū instrumentū, confessionē enim debere interpretari cōtra confidentē, Rot. Geouz. in decis. 60. nu. 8. & Ve. null. in dec. 189. par. 1. & cōfessio praeiudicat cōtinenti quoad omnes, Rot. Gen. decis. 172. nu. 8. hinc est quod credatur contenti in sui praeiudicium, non autem communi, Franc. Marc. in decis. 695.

Cæterum supradictis minimē suffragantibus contrarium fuit resolutum in dicta Curia, non esse. f. procedendum contra dictum clericum, cuius decisionis fundamentum fuit, ex eo, quod illa cartula censetur facta Deo, & non homini, & consequenter non probat in foro exteriori, tamquam emanata in diuerso iudicio, argum. text. in cap. causam quæ de testib. Farin. in decis. 19. facit etiam text. in c. & si clerici de iudic. confessio enim facta sacerdoti non probat in iudicio, c. si sacerdos de offic. Iud. ordin. quia talis confessio fuit facta in penitentia, & propterea non probat, Iosn. de 3. Anan. in d. cap. si sacerdos num. 6. & latē Bal. in l. Archiergerentes C. de Episcopali audient. num. 2. Thomas Triuisan. Rot. Venetæ 3. par. 1. vnde Caroc. in tract. de reuelat. confess. q. 6. dubitat quid si sacerdos de licentia penitentis reuelauerit in iudicio aliquid in confessione auditum, quam fidem faciat, occurrit enim sepe in factō, quod condemnati ad mortem cōstituti eorum peccata, postea confessor pro salute condemnati dicit iudici innocentiam suam, utiq; nullam fidem faciet, quia sciuit dictus Confessor, vt Dei minister, d. c. si sacerdos de off. Ordin. & ita tenet Bal. & ibi sequitur Paul. Cass. in d. l. Archiergerentes C. de Episcopali audient. Felyn. in c. 1. colu. 7. de excep. R. ip. de remed. ad curand. pœnem in fine operis num. 104. Abb. in c. si de success. ab intest. Addit. ad Papient. in prima form. actōem, in verb. compellatis num. 5. Mascard. conclus. 387. in prin. quod ampliatur, vt procedat, etia si talis reuelatio esset à testibus idem deponentibus aduocata, Ios. Andr. in c. fin. de tempor. ordin. Tindar. de testib. nu. 20. Fuff. in singularibus suis in verb. confessio nu. 176. licet in probata emendatione peccatoris probet, Confessio matrimonial. diuers. in conf. 47. Item dicebatur prædictam cartulam scriptam fuisse gratis confessionibus sacramentalibus subsequēdæ, & proinde publicari non debet in iudicio, cōfessio. n. est de iure Diuino, super quo nec Papa 2. dispensare potest, Ricar. in 4. dist. 21. art. 4. q. 3. vbi S. Thomas quaest. ult. art. 1. Neui. in Sylu. nupt. lib. 3. in verb. monitorij, ampl. 5. Sum. Ang. in 2. verb. confessio vlt. num. 3. Bero. quaest. familiar. 12. Vvii. in Sylu. var. opin. opm. 143. num. 3. Card. in clem. fin. de celebrat. missar. Bellon. in 6. lib. 1. last. de hered. quæ ab intestato destruntur, hinc 12 est quod sacerdos inductus ad deponendum super eo, quod habuit in confessione, non probat Hipp. sing. 42. Carroc. in tract. de iuramento litis decisorio quaest. 4. q. 8. principali, & hoc locum sibi vindicare etiam in crimine simoniz, & criminis lesæ maiestatis, Gabriel. de malefic. conclus. vlt. Angel. de malef. in verb. est has adulterato la misa donna num. 18. Marf. in l. vtrum nu. 5. ff. de quaest. Gigas de crimi. ne lesæ maiestatis, tit. qui accusare possunt q. 18. Decia. in tract. crimin. tom. 2. lib. 10. c. 34. n. 19. Tandem dicebatur supradictam confessionem vti incidenter factam, nullū grauamen inducere, ex latē traditis per Ass. in dec. 107.

Non obstant contraria, & præsertim illud de confessione, quia procedit generaliter in alijs casibus, vt voluit Bal. in conf. 91. volum. 1. confessio enim facta non coram Iudice in figura iudicij, sed coram Notario causæ, non praeiudicat, Guid. Pap.

Pap. in fing. 173. Raven. fing. 94. Gerard. fing. 76. & ante omnes Bar. in l. cum fcimus C. de agri. co. fis. & cenfus lib. 2. & licet regulariter quis contra fuam propriam confeffionem venire non poffit, fallit quando per Iudicem fuit confeffio impetrata, vel non per partem expreffè acceptata, Mifing. obferu. 51. cent. 4.

S V M M A R I U M.

- 1 Homicida in dubio prefumitur feciffe delictum, cum dolo, & ex propofito, nifi contrarium probetur.
- 2 Occidens aliquem sine armis, ut puta manu ipfius strangulando, tenetur pena homicidij ordinaria.
- 3 Percutiens aliquem manu armata in capite cenfetur percutere aliquem occidendi.
- 4 Occidens aliquem manu vacua, punitur itidem, ac fi gladio occidiffet.
- 5 Animus delinquentis prefumitur ex qualitate instrumenti, armorumq; delatione.
- 6 Animus delinquentis prefumitur proyiciendo lanceas, & sagittas, fecus fi pugno, vel calce.
- 7 Animus, & mens delinquentis, infpicenda fiont in criminalibus.
- 8 Animus delinquentis ex coniecturis, & prefumptionibus probatur.

Homicidium fequutum ex appofitione manuum ad guttur, an dicatur cafuale.

DECISIO CLXXXIII.

Quidam clerici dum ligulas, quas vulgo *stringas* appellant, emere vellent a quodam mercatore, orta inter eos, & venditorem altercatione impofitis in ipfius venditoris guttur manibus ex faucium fuffocatione dictum venditorem occiderunt quare fuit dubitatum an huiusmodi delictum fit cenfendum cafuale, an verò deliberatum; & prima confideratione videbatur cenfendum, fuiffe deliberatum, ex eo quod in dubio prefumitur qd homicida fecerit delictum cum dolo, & ex propofito, nifi contrarium probetur, Gomez de delict. c. 3. nu. 17. & Blanc. de iudic. homicid. tenet quod dolo prefumitur in actu delicti, non autem ex propofito, & fic quod animus deliberatus non prefumatur, & ita declat. ibi n. 54. & 56. & quod dubium eft. an quis interfecerit animo occidendi, an non, fi conflat quod alias aliquem occiderit, prefumptio refultat quod animo deliberato illum occiderit, Gand. in tract. de malof. rubr. de homicid. col. 5. Marf. in l. 1. §. Diuus Adrianus nu. 39. ff. de ficar. & Foller. in pract. in verf. recipiantur defenfiones num. 29. Tiracq. de pen. temperan. cauf. 10. num. 6. quibus adde videndum Menoch. de arbit. iud. ca. 361. vbi enumerat iuxta viginti coniecturas, quibus animus ille deliberatus, & penitus occidendi conijcturatur, & ibi n. 30. opinio, Caffon. conciliat. cum Clar. & ad hoc vide etiam Ber-

taf. conf. 85. & Mafcard. de probat. concluf. 98. & 864. fed ficus tenetur probare coniecturas, Boff. tit. de homicid. nu. 46. & erit locus torturæ fuper hac qualitate animi deliberati, Carrer. in pract. in §. homicidij num. 34. hoc late profequitur Burf. conf. 271. num. 36. cum feq. in tantum quod perftringendo fermonem noftrum, vno verbo cõclu- dendum eſt, quod occidens aliquem etiam manu, videlicet fi forte illum manibus ipſis ſtrangulauit, tenetur pena homicidij ordinaria, l. qua actione poſt princ. ff. ad leg. Aquil. prout percutiens manu armata aliquem in capite, cenſetur & percutere animo occidendi, & puniendus eſt tunc lege Corn. de ficar. ſecuto homicidio, vt per Frac. Aret. conf. 146. viſa conſultatione num. 9. & ſeq. ficuti ad penam hanc condemnauit quemdam ruſticum Regia Audientia Capitanatæ, Apulie, Comitatusque Moſij in anno 1583. qui tunc percuſerat ſuum inimicum cum manopola, quaſ ſecum deferrebat pluriſibus percuſſionibus in capite illum vulnerando, ex quibus diem ſuum clauſerat extremum, vt ſcribit Viui. in decif. 75. imò ſecundum eundem dicto loco, occidens aliquem manu vacua, punitur itidem, ac ſi gladio occidiffet, cum dolo hoc fecerit, ita Bal. in c. 1. iniuria in fi. de pac. iur. firman. ſed non punitur profecto tunc occidens pena homicidij ordinaria, vt conſuluit Fulgoſ. conf. 134. viſis denunciationibus, Dec. conf. 9. & pro tenui ſacultate mea ſub n. t. & ſeq. Signorol. de Honde. conf. 50. verſ. hinc deduci videtur, & in facti contingentia ſe vidiffe obſeruatum Peruſij ſuperioribus annis dum ibidem auderet, quod exiit condemnatus quidam iuuenis, qui tunc Magiſtrum Octavianum Piſtorem vno ſolummodo ihato pugno in eius perſonam interfecerat.

Cæterum ſupradictis non obſtantibus, contrarium cenſuit Cur. Archiep. ſcilicet ſupradictum homicidium fuiſſe cafuale, animus enim delinquentis prefumitur ex qualitate instrumenti, armorumq; delatione, vt per gl. Bal. Præpoſ. & alios omnes in c. 1. mercator de pac. tenend. Bertran. conf. 112. pro faciliori demonſtratione num. 2. volu. 8. & tandem animus prefumitur ex armis, & loco percuſſionis, Ruin. Iun. conf. 88. num. 42. lib. 2. proyiciendo enim lanceas, & ſagittas, prefumitur animus occidendi, ſecus ſi pugno, vel calce, l. diuus ff. de ficar. & l. ſi non conuicij C. de iniur. c. ſignificat. il ſecundo, de homicid. loz. de Amic. conf. 23. n. 13. & conſequenter animus percutientis arma demonſtrat, l. j. ff. ad leg. Corn. de ficar. Bal. & alij omnes in l. 1. C. de emend. feru. Marf. conf. 7. num. 44. cum animus, & mens ipſa hominis infpicienda ſint in criminalibus, l. qui iniuria ff. de iur. Dec. conſil. 487. num. 13. Caphal. conf. 76. num. 28. volu. 1. Nauar. conf. 38. nu. 3. de temp. ordin. lib. 3. & hinc eſt, quod iniuria non dicitur aliter fieri, niſi animus, atque conſilium dehoneſtandi hominem, vel in euidentem maſiam eum adducti interuenierit, Lillud vbi DD. omnes ff. de iniur. & lſi non conuicij C. eod. Ruin. conf. 145. num. 10. volu. 5. & Dec. conf. 478. nu. 13. & 15. & ſic denique animus ex coniecturis, & prefumptionibus etiam probatur, vt per Pet. de Baſio in tract. de elect. in 3. par. c. 35. n. 9. Innoc.

Innoc. & alios omnes in c. ecclesia, il secondo, de elect. Menoch. in conf. 334. cum causa num. 62. cum alijs seq. vol. 4. Taliter quod aduertendum est, quod ex frequentibus colligitur qualis fuerit animus in procedentibus, sed & Iulianus §. proinde ff. ad Maced. §. pauonum Infit. de rerum diuis. Quintil. Mandof. conf. 76. spectabilis nu. 7. vol. 1. Dec. conf. 336. Bart. & alij in l. cetera §. fin. ff. de leg. j. Rimin. lun. conf. 254. Prima num. 28. v. lu. 3. & conf. 496. Dicendum num. 23. volu. 5. Gabr. conf. 32. Ad decisionem num. 15. & conf. 172. Puto sententiam nu. 11. vol. 2. Tiber. Decia. conf. 104. circa primam nu. 4. & 16. vol. 3.

S Y M M A R I V M.

- 1 Exceptio peremptoria, in executione sententiae opponi non potest.
- 2 Priuilegium immunitatis ecclesiasticae, est minus.
- 3 Ecclesia spoliata, ante omnia est restituenda.
- 4 Extractus ab ecclesia blandis verbis, vel minis iudicis, est restituendus.

An exceptio immunitatis ecclesiae, possit opponi in qualibet parte iudicij.

D E C I S I O C L X X I V .

Condemnatu ad penam mortis quibusdam delinquentibus per Magnam Curiam Vicariae, & cum in executione ipsius sententiae opposuissent exceptionem immunitatis ecclesiae, allegantes fuisse capros inus quamdam ecclesiam, fuit dubitatum an ob id, quod praedictam exceptionem non proposuerunt in principio coram capto, & fuerunt passi se iudicari, possint ad praesens illam opponere; & dicebatur quod exceptio opposita erat peremptoria, quae aliter admitti non poterat in executione sententiae, ad text. in l. peremptoriae C. sentent. rescin. non poss. Marant. in suo specul. par. 6. memb. 9. num. 1. cum similib. & maxime ubi ante sententiam fuerat huiusmodi exceptio opposita, & discussa, vt dixit glos. in Nescenium §. vit. ff. de re iud. Bart. Bald. & Imol. in l. ex diuerso §. vult. ff. solut. matrim. las. in l. 1. sub n. 19. C. de iur. & fact. ignot. Rolan. Vall. de iuent. par. 5. vers. exceptio inuentarij n. 7. scilicet mibi 173. Phanut. de inuent. §. 3. nu. 2.

Ceterum supradictis minime suffragantibus, cotarium fuit resolutum in nostra Curia ex eo, quod immunitas ecclesiastica fuit concessa locis sacris, c. inter alia de immun. eccles. & proinde licet extractus passus fuerit condemnari in holumi nus cum iniuria sit illata ecclesiae, non potest afferre praedictum per ipsius tacturitatam eidem ecclesiae, vt voluit Anchar. in c. de immun. eccles. Villagut. de extensione legum c. 6. nu. 4. & seq. priuilegium enim praedictum cum sit minus, ecclesiae nimirum, & personae concessum, ob id minime potest renunciari in praedictum ecclesiae, vt conclusit licet inuoluit Tiber. Decian. repro-

bando Ioan. Vise. in tract. crim. lib. 6. c. 26. nu. 12. Petr. Pech. in tract. de arrest. & de iur. sistend. c. 9. n. 3. & in fi. vers. ego vero, ubi ait hanc esse verissimam opinionem, Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 14. nu. 79. qui adducit in argumentum, quod sicut clericus non potest renunciare beneficio fori, quia priuilegium illud datum est ordini, & non personae tantum, ad text. in c. diligenti de for. comp. Bar. in conf. 225. quem sequitur Soc. in c. 1. nu. 23. in fi. de for. comp. & post alios tradit Alex. Ambrosin. in tract. de immun. eccles. c. 16. nu. 13. ita & pariter dicendum videbatur in casu isto, quia ecclesia spoliata ante omnia est restituenda, c. quarente, & c. item cum quis de restit. spoliat. Remig. de immun. eccles. quae ff. fin. Suar. de Paz in sua praxi Neap. cap. 21. sub nu. 6. & maxime si per satellites seculares blandis verbis, vel impunitate promissa etiam cum iuramento, vel minis iudicis ductus, ab ecclesia exierit, quia tunc restituendus est ecclesiae, cum corruptione, & violentia sine facta ecclesiae, constitutum 17. q. 4. ibi & ipse reus auctus timore de ecclesia discesserit, igne in l. j. num. 4. ff. ad Syllan. Remig. in d. tract. de immun. eccles. q. 11. & in fallen. 26. in fi. vers. vnde, qui ad hoc allegat Syluest. in summa in verb. immunitas 3. quae ff. 6. Burgos Suar. de Paz in loco praerogato nu. 166. & 167. Gomez in 3. tom. de delict. c. 13. nu. 7. Co-uarru. var. resol. lib. 1. c. 20. num. 16. Plaz lib. 1. de delict. c. 17. Clar. in §. fin. q. 55. num. 6. circa princ. Azued. in l. 3. num. 13. & seq. tir. 3. lib. 1. recopil. Bobadill. in polit. d. c. 14. nu. 79.

S Y M M A R I V M.

- 1 Votum solenne impedit, & dirimit matrimonium.
- 2 Quoad Deum, pars virtus est voti simplicis, & solennis.
- 3 Promissio de ingrediendi religionem, etiam si quis habitum non suscepit, impedit matrimonium contrahendum, licet non dirimat iam contrahendum.
- 4 Susceptio habitus professorum a non habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum.
- 5 Sub voto religionis, tacite continetur votum castitatis.
- 6 Votum castitatis de praesenti, impedit matrimonium contrahendum.
- 7 Votens ingredi certum monasterium, si ibi non recipiatur, excusatur a voto, si non uiuit in genere.
- 8 Votens non obligatur ad plura, quam sua verba, & intentio se excusant.
- 9 Obligatio est restringenda.
- 10 Actor agens, non operatur ultra eorum intentum.

Votens certum Monasterium, seu certam Religionem intrare, si ibi non recipiatur, an liber manet, ita quod possit contrahere matrimonium.

DECISIO CLXXV.

E Miferat quidam votum ingrediendi certum monasterium cuiusdam arctæ religionis & cum à Capitulo, & Priore eiusdem monasterij reiectus fuisset, ex eo quod non erat apertus gratia eiusdem religionis ob eius corporis fragilitatem, cumq; cuperet contrahere matrimonium, & iam publicationes factæ fuisset per Parochum comparuit quidam proponens impedimentum dicti voti; quare causa delata ad Cur. Archiepiscopalem; fuit dubitatum si ponisset dictus contrahere matrimonium dicebatur quod non, ex eo

- 1 q; votum religionis istud, impedit matrimonium, c. meminimus qui cler. vel vouen. c. vnico de voto in sexto, & nouissimè Conc. Tri. sess. 24. de matrimonio c. 9. Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 27. n. 2. imò quo ad Deum par virtus est voti simplicis, & solemnis, cap. rursus cit. tit. qui clerici, vel vouentes, Monald. conf. 27. Turrett. conf. 90. nu. 7. & seq. Ennq. conf. 13. nu. 6. imò dicit tex. in
- 3 c. meminimus sepius citat. tit. q; etiam promissio de ingrediendo religionem, quous si habitus non sit susceptus, impedit matrimonium contrahendum, & in c. cõsuluit habetur, q; susceptio habitus professorum à non habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum insuper dicebatur q; sub prædicto voto religionis tacite continebatur votu castitatis, ad late tradita in c. vnico de voto in sexto; proinde licet excusaretur ab illo ob difficilem eius receptionem in dicto monasterio, nõ propterea reddebatur liber à voto castitatis, & consequenter posse matrimonium contrahere, vt probatur expressè in c. veniens, qui clerici vel vouentes, vbi votum castitatis de præsentì impedit matrimonium contrahendum, ecclesia tamen, ex causa matrimonium contrahi quandoq; permittit.

Cæterum prædictis nihil in præsentì casu obstantibus, Cur. Archiep. censuit contrarium, posse s. supradictu admitteri ad matrimonium contrahendum, quæ decisio recipit fundamentum ex eo, q; votuens ingredi religionem in certo monasterio, si dictu monasteriu non vult eum recipere, potest declari absolutus à voto, iuxta cõmunem sententiam, quam refert, & sequitur Nauar. in manual. cõfess. c. 12. nu. 48. & in conf. 2. volu. 1. in tit. de voto, qui etiam dicit secus esse in eo, qui vouit religionem in genere, vel in specie, non se restringendo ad ali quod monasterium, quia tunc obligatur querere alias religiones, vel alia monasteria eiusdem religionis, licet ab aliqua, vel ab aliquibus repudietur, vt notabiliter voluit Caiet. in 2. 2. q. 188. art. 3. col. 3. vers. in eadem responsione, facit tex. in cap. porrectum de regular. & idem Nauar. in conf. 2. 1. de voto in nouis quem refert, & sequitur Sayr. in in decif. 40. eiusdem tit. quorum ratio communis est, quia vouens non obligatur ad plura, quam sua verba, & intentio se extendunt, vt colligitur ex D. Thom. in 2. 2. q. 189. art. 3. & 4. idem Nauar. loc. cit. Rolan. conf. 27. Alsan. conf. 16. & probatur ea ratione quia obligatio esse restringenda, & quicquid adstringendo illud verb. oblig. & cum iura de reg. iur. in sexto, vnde actus agentium non operatur vltra intentionem eorum, l. nõ om-

nis ff. si cert. pet. c. si. de prob.

Ad supradicta cõfirmanda faciebat et refutatio Prioris, & Conuentus dictæ Religionis, quæ sufficit ad ipsum excusandum, c. si. de regular. vbi Archid. acceptatio enim, & admissio volentis ingredi religionem, pertinet ad Prælatum, & Conuentum, glo. communiter recepta in c. si. de regular. in sexto, & consequenter refutatio eiusdem debet pertinere ad eosdem, vt dixit Nau. loc. cit.

Nec obstant allegata in contrarium, quia intelligitur de voto solemnì, vel de voto religionis in genere; vel quando quis vouit religionem in specie, sed non sinit ob eius inhabilitatem exclusus.

SYMMARIUM.

- 1 Per processum ad vltiora censetur reiecta exceptiones propofita, quando adest incompatibilitas.
- 2 Per processum ad vltiora censetur reiecta exceptio propofita, quando de ea fuit cognitum.

Per processum ad vltiora, quando Iudex censetur reiectisse exceptiones propofitas?

DECISIO CLXXVI.

F VIT pluries dictum in Curia Archiepif. per processum ad vltiora intelligi reiectas exceptiones, quod intelligitur in duobus tantummodo casibus. Primo, quando processus ad vltiora non potuisset stare absque decisione incidentis, essetq; incompatibilis; sed quõd potuisset procedi absque decisione, seu reiectione incidentis, tunc illud nõquã intelligitur reiectum, nec decifum; hęc est communis schola Doctorum, posita per glo. Bart. Odostr. Alberi. & omnes in l. si Iudex ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, Paul. de Castr. in l. col. 3. C. de ord. n. Iudic. cum alijs innumers, quos adducit Anto. Gabr. in tract. cõmun. conclus. lib. 2. in tit. de except. concl. 1. nu. 2. vbi dat hanc pro communi limitatione ad regulam.

2 Secundo, quando fuit cognitum de ea; Nam, dixit Bal. in l. reiecta C. de const. pecu. non potest dici determinatũ id, quod non fuit decifum, & propterea fit distinctio, quod qñ processus ad vltiora procedere non possit sine cognitione incidentis, tunc quia oporteret esse cognitum, quod dicitur esse reiectum, & decifum, & tunc si non apparet cognitum de eo, non intelligitur tacite reiectum per processum ad vltiora, na Bar. in d. l. si Iudex ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, secus vero quando procedere potest, licet alij dicant, quod quando est summam cognitum, non intelligitur reiectum, vt tradit Ioan. Andr. in cap. inter monasterium colum. penult. in fi. de re iud. ad; late declarat Felyn. ibid. limit. 3. n. 2. & quando Iudex causa non cognita procedit ad vltiora, ille actus non nocet opponenti exceptionem rei iudicatæ; secus vbi causa cognita, & ad hoc adducit innumeras decisiones dictas per Gabrielin dicto loco limit. ex quibus apparet hęc esse communem, & licet referat alios censuisse.

contrarium, tamen non respondent rationibus adductis pro hac opinione communi; & præsertim quod si non est cognitum, nec discussum, nõ potest villo pacto præsumi iudicatum; Nam omnis huius articuli disceptatio consistit in præsumendo, an Iudex cognouerit procedendo ad vite riora: Hinc aliqui Doctores voluerunt concordando opiniones quas refert prædictus Anton. Gabr. quando processerit tantum temporis spatium, infra quod potuerit Iudex cognoscere de exceptione, tunc censetur reiecta, ex eo quia præsumitur cognitum, alius secus; hoc est, quod tradit Fely. in c. subverta in l. limit. de re iud. ergo tota vis consistit in præsumptione cognitionis, & consequenter dum nõ est certum esse cognitum, non potest dici tacite, quod indicatum, aut reiectum esse; Iudex non cognouit, non potest præsumi factum.

SYMMARIUM.

1. *Emptor cui non dum res est tradita, non potest se opponere pro suo interesse, & impedire, ne tertius in possessionem mittatur.*
2. *In ecclesiam transfertur dominium ipso iure sine traditione.*
3. *Ecclesia non sonet fraudem in suis contractibus.*
4. *Spiritualis consensus, est fortior, quam laicalis.*

Text. in l. quories C. de rei vendicat. an procedat ecclesia vendente?

DECISIO CLXXVII.

Dispositio istius tex. est, quando eadem res venditur, vel donatur in solidum, ille præsertur in dominio, cui prius res fuit tradita, non attento, cui prius fuit vendita, vel donata, concordat tex. in l. siue autem §. si duobus ff. de publican. & ad ampliationem supradictorum addde, quod emptor cui non dum est res tradita, non potest se opponere pro suo interesse, ac impedire ne tertius in possessionem mittatur, doctrina est Bald. in cap. 1. in l. col. per illum text. in tit. quid sit inuestitura quoad iura feudorum; & consequenter emptor cui non est res tradita, non potest per Iudicem petere inhabilitari, quominus alteri vendat, & tradat; possit tamen dari cautela ad hoc evitandum; & est vt emptor prius appellet à venditione facienda, dum tamen in appellatione inserat causam talem, qua necessario cõcludat videntorem alteri vedere non posse, vt per Inno. in c. bonæ de appell. & potest poni exemplum, quando creditor iurauit, iuxta tradita per glo. in l. si pe curia in prin. in verb. necesse habes ff. de condit. ob causam.

Fallit tamen huius text. conclusio in hoc casu nostro, prout fuit resolutum in Curia Archiep. Neap. & ratio occit. est, quia in ecclesia transfertur dominium ipso iure, sine traditione, prout vult text. in l. h. C. de sacrosan. eccles. & idem procedit in personis ecclesiasticis vendentibus, quia tunc

erit semper potior primas emptor, licet secunda fuerit tradita res, prout concludunt Hostiens. & Ioa. Andr. in c. continetur de his que sunt à Prelatis sine consen. Capit. per tex. in c. cum inter Canonicos de elect. Item quia ecclesia non dicitur foare fraudem in suis contractibus, cap. per tuas de donat. neque alicui laicum injicere; sed secus est in laicis, quibus permissum est se inuicè decipere, in causis 2. s. penult. ff. de minor. l. c. v. de derem, & l. item si pretio ff. locat. glo. pulchra in cap. etenim §. hoc ius ponit 1. o. q. 2. quæ dicit quod licet laicis se inuicem decipere in contractibus, tamen istud idem non licet ecclesiasticis personis, quam glo. allegat, & sequitur Anton. & Abb. in cap. 1. de vsuris. Item mouer, nam spiritualis consensus fortior est quam laicalis, vt patet in cap. vltimo de sponsalibus, scit etiam, nam licet personis laicis concedatur tali modo variare, vni vendendo, deinde alteri, istud tamen est prohibitum ecclesiasticis, vt probat text. in c. cum autem de iure patron. vbi dicit Papa, quod licet sit permissum patrono laico plures præsentare, & ille præsertur qui primus est in possessione, tamen in personis ecclesiasticis, quæ sunt patronæ, qui primo est præsentatus, potior est in iure. Item in personis ecclesiasticis ab omnibus, & improbatum est variatio, clem. bona illuso de renunc. vbi citat Ioa. de Imol. Ludou. Rom. in cons. 298.

SYMMARIUM.

1. *Subcolletores ad hoc vt gaudeat privilegio fori, debent esse vnicui in ciuitate, vel diocesi.*
2. *Exemptus in vno loco, non est exemptus in alio.*
3. *Exemptus ratione certæ rei, & loci, non est exemptus ratione alterius rei, & loci.*
4. *Subiectus ratione rei, est subiectus et rone beneficii.*

An Subcollector deputatus in vna Diocesi delinquens in alia, sit exemptus à iurisdictione Ordinarij?

DECISIO CLXXVIII.

Capro, & carcerato Clerico subcolletores in Curia Archiep. sub prætextu consensionis monetæ; fuit pro eius parte petita remissio ad Illustrissimum Nuncium huius Regni, stante quod erat Subcollector Apostolicus; Quare fuit dubitatum, an esse remittendus; & dictum fuit quod cum circa Commissarios, vel Subcolletores Illustrissimi Nunci in hoc Regno Neap. exemptio non sit generalis, ex quo gaudeant exemptione ab Ordinarijs tantum singuli, & vnicui in singulis Diocesisbus constituit, & consequenter cum dictus Subcollector reperiretur esse alterius Diocesis, quam Neapolitanæ, propterea hic delinquens non debeat gaudere beneficio remissionis, ex iuris conclusione: exemptus enim in vno, non est exemptus in alio loco, c. 1. de priuileg. in sexto, Abb. num. 8. & Butri. num. 19. c. rursus de priuilegijs, latè Couarr. pract. quæst. c. 11. nu. 5. & secun.

fecundum Soethn. in c. cum Capella per illum text. de privilegij, exemptus ratione certe rei, & loci, non dicitur exemptus, ratione alterius rei, & loci, fequitur Io. Andr. in c. per exemptionem citat. tit. Rot. diei. in decif. 744. num. 2. & 3. par. 1. Marra in dec. 159. nu. 11. Nifi ex proprietate vocabuli alter locus, vel res cõtineretur, pura, fi exceptio effet facta bonis, quia eorum nomine venit quocumque beneficiũ, c. 1. de præben. Rebuff. in prax. in tit. de simoniaca resignat. nu. 31. sicut exemptus, vel subiectus ratione rei, dicitur exemptus, vel subiectus ratione beneficii, Gemin. in c. 2. nu. 25, de conslit. Rot. in dec. 54. par. 2.

SYMMARIUM.

1. Canonici Iudex, est suspectus in causa sui Concanonici, quia sunt fratres.
2. Canonici habent inter se societatem, et familiaritatem.

Canonici, an possit esse Iudex in causa sui Concanonici.

DECISIO CLXXX.

Fuit phuris resolutum in Cur. Archiep. Neap. Canonicos Iudices Curie, esse suspectos in causis tangentibus Cõcanonicos, per text. expressũ in c. cum R. Canonici de offic. Deleg. ubi habetur, qd Canonici in causa Cõcanonici, delegatus possit recusari vt suspectus; cuius decisionis ratio videtur illa, qd Canonici dicuntur fratres, c. quãta, & c. novit de his, que fiunt à Prælatis sine consensu Capituli, c. accedens vt lic. non coartest. & de iure clarum est, fratrem repelli à iudicando in causa sui fratris, secundum Ias. in Lapertissimi C. de iudicij; aliam rationem tradit glo. in d. c. cum R. Canonici, asserens hoc euenire propter societatem, quam inter se obtinet Canonici, item propter familiaritatem, quæ aliquando solet impedire veritatem, c. accusatorum videatur Ioa. Bapt. Thoro in suo eureo Compend. verb. suspitio.

SYMMARIUM.

1. Carcerati possunt examinari ad probandum aliquod factum.
2. Testes de vniuersitate admittuntur ad aliquid probandum contra, vel pro vniuersitate.

Carcerati, an admittantur in testes pro altero carcerato?

DECISIO CLXXX.

Agebatur in Curia Archiep. Neap. de probando quãdam promissionem factam per carceratum cuidam presbytero, exiuenti extra carceres, per quem cum fuisset instans examinari carceratos, qui hoc audierunt, fuit dubitatum, an de iure sint admittendi prima vice dubitatur quod non, ex eo quod carceratis, & criminosis personis, nulla fides est adhibenda,

c. testimonium de testib. Liquoniam cum ibi notatis C. eodem, latè Farinac. de testib. q. 22.

Ceterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum in quadam causa in eadem Curia, in qua certi carcerari intendendo, velle probare certam suam actionem, induxerunt in testes nonnullos ex ipsismet carceratis, qui iurati, & examinati deposuerunt, & concludenter probauerunt intentionem, vel actionem eorũ, & sic eorum depositiones fuerunt admittæ per regulam iuris, quod edictum de testibus, est generale, l. 1. & ibi Bald. ff. de accus. & ideo quilibet admittitur in testem, nisi expressè reperitur prohibitum, l. 1. ff. de testib. Dec. in conf. 163. in fin. Alexan. in conf. 21. volu. 1. Alberic. in l. testimonium ff. de testib. Iguens in l. 2. hoc autem num. 32. ff. ad Syllaniam, sciebat etiam quod testes de vniuersitate admittuntur ad probandum pro, vel contra vniuersitatem, secundum Bald. in l. parentes C. de testib. num. 4. & in cap. cum venissent de consuetu. num. 1. & conf. 438. lib. 1. num. 3. Abb. in cap. insuper de testib. nu. 2. & in cap. 1. de procurat. num. 4. Cuman. conf. 69. per tot. Sicul. conf. 51. num. 2. volum. 2. Luc. de Penn. in l. 1. num. 8. C. de Decurion. lib. 10. Afflic. decif. 400. num. 1.

SYMMARIUM.

1. Regula illa, antiquus conductor preferatur nouo, pro eodem pretio, limitatur in prædijs ecclesiæ.
2. Dominus potest rem suam cui vult locare.
3. Si primus conductor pretendit relocationem, debet eam probare per scripturam.
4. Text. in l. congruis C. de locat. præd. lib. 11. procedit in prædijs fiscalibus.

Text. in l. congruit C. de locatione prædiorum lib. 11. an procedat in prædijs ecclesiæ.

DECISIO CLXXXI.

Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Neap. locauit quoddam territorium per triduum quibusdam personis rusticis, quo tempore elapso, fuit per idem Capitulum, territorium prædictũ locatum quibusdam alijs personis: Mox comparuerunt veteres conductores allegantes ipsos esse preferendos nouis conductores pro eodem pretio, quare fuit dubitatu quid iuris, & dicebatur de hoc esse text. expressum, & particularè in Leongruit C. de locat. prædior. ciuil. lib. xj. ubi cautũ reperitur, veteres conductores esse nouissimis preferendos, & hanc opinionem amplectuntur Calcao. conf. 8. n. 56. Affl. in conslit. sancimus in 3. prm. Cor. in memorat. verb. conductor, & tenuit Sac. Conf. Neap. teste Affl. in dec. 238. item dicebatur in Colono ecclesiæ, text. in terminis in cap. ad aures ext. de reb. eccles. non alien. ubi antiquus conductor pro eodem pretio, præfertur secundo

3. Caterum supradictis minime suffragantibus contrarium fuit resolutum posse. s. Capitulum astrictare dictum territorium cui voluerit; nam fuit dictum regulam illam. s. veterem conductorem esse nouo preferendum, non procedere in a pradijs ecclesie, ne alias ecclesie per indirectum priuaretur dominio, & potestate liberè disponendi de re sua, vt tradit de Pont. in conf. 23. vol. 1. & Ann. conf. 76. vol. 1. Et pro secundo conductore allegabatur etiam tex. in l. ne cui C. locati, vbi dicitur huius potestatem sui cui vult locare, & concordat l. conductores C. eod. tit. ita vt primus conductor transferri non debebat, vt tradit Boer. in dec. 107. Missing. cent. 4. obseru. 23. Gomez. variaz. res. fol. tit. de contract. c. 3. nu. 5. imo si primus conductor presentis relocationem, debet eam per scripturam probare, de Franch. in dec. 277. & tandem dicebatur quod si hæc practica pralationis introduceatur, & omnes alij quasi priuaretur rebus semel locatis; nam qui videt primum conductorem habere pralationem, non accederet ad conductendum, & sic vilissimo pretio res conductæ semper remaneret penes primum conductorem, & propterea iure optimo dicebat de Franch. in decif. 406. esse maximum onus in re ecclesie, quod semel locando numquam posset expellere Colonum offerendo tantundem, & quando vellet expellere, quod ecclesia, vel clerici cogereatur colere, & domos inhabitare, & quod inter laicos maxima posset esse collusio.

4. Non obstat tex. in *Lesgruis C. de locatione pradij* c. in iudic. quia est casus specialis in pradijs fiscalibus, in quibus pferitur primus conductor, & ea ratione, vt Cyn. & Bal. in d. l. ne cui tradunt, & post eos alij infra allegandi, quia aliquando istem conductores derinuerunt iurari in conductione, Licetem ferro s. qui maximo fit, de publican. & esse casum specialem tradunt glof. & DD. in d. l. ne cui, Boer. in d. decif. 107. Missing. cent. 4. obseru. 23. de Franch. in d. dec. 406. & de Pont. dict. conf. 23. quæ ratio non militat in pradijs ecclesie, in quibus inuitus conductor in conductione persistere non teneatur tempore finito, in inuitus C. locati, & sic nec Ecclesia inuita est cogenda ratione æqualitatis seruandæ, vt tradit idem de Franch. cit. decif. nu. 6. ex quibus liquet opinionem Luc. de Pen. in d. l. congruit, qui tenuit contrarium esse penitus falsam, & contra tex. in l. ne cui, vt a pte tradit ultra alios, prædicti de Franch. & de Pont. loc. supra alleg.

Non obstat decif. Affl. 238. vbi tenent in prædio rustico præferri veterem conductorem, quia sua opinio est contra tex. in d. l. ne cui, & contradicere omnibus supra allegatis, & ipsam non procedere de iure, tradit de Franch. dicta decif. 406. & Anna citato consil.

SYMARIUM.

1. Professio ipso iure nulla ex legitimis causis, non ratificatur, nisi data sit sententia nullitatis professionis.
2. Professio inualida, non ratificatur, ex eo quod taliter professus, admissus fuerit ad actus professionis, etiam conuentu.
3. Testes aliqui, & consanguinei debent admitti in,

ca nullitatis professionis, sicuti & in matrimonio. Concilium Trid. sess. 25. c. 9. de regularibus, videtur tollere etiam ordinariam dicendi de nullitate professionis, non tamen etiam extraordinariam.

De intellectu Bullæ annullationis professionis, in qua apponitur clausula (cummodo expresse, vel tacite non ratificaverit professionem.)

DECISIO CLXXXII.

Quotidie contingit dubitari in Cur. Archiep. Neap. super intellectu Bullæ cõmissionis annullationum professionum religiosorum, in quibus adijcitur clausula cummodo non ratificauerit expresse, vel tacite professiones & dubitatio versatur pferentem in eo, qualiter inducatur ratificatio prædicta: In qua dubitatione animaduertendum est primo, professionem ipso iure nullam ex legitimis causis nõ ratificari, nisi data scientia nullitatis professionis, ex eo quod de iure est expeditum, ratificationem nulli operari effectum, non data vera scientia actus ratificati, sicut Menoch. in conf. 439. n. 56. & seq. vol. 5. & in conf. 565. nu. 10. vol. 6. adeo quod procedit etiam si per dictum profectum recipitur aliquod officium in religione cõferri solitum solis profectis, quia ex hoc nõ inducitur ratificatio non confitendo de prædicta scientia cum cõsensu eius qualitatibus, vt in terminis dixit Crauet. cõf. 197. n. 1. Nat. cõf. 362. lib. 3. l. l. cõf. 329. col. vt. lib. 3. Ruin. conf. 48. num. 12. lib. 3. Paris. conf. 47. nu. 97. lib. 1. Menoch. d. conf. 439. nu. 41. & seq. lib. 5. & conf. 822. nu. 75. lib. 9. vbi plures alios adducit nec sufficiebat scientia illa per relationem ad alium scilicet enunciatum, Menoch. d. conf. 439. nu. 43. Rebuff. in probem. confit. glo. vt. nu. 73. vbi refert ita iudicatum, Vrill. ad Affl. decif. 99. nisi fieret mentio de die, mensi, & anno, Mandell. conf. 50. n. 4. lib. 2. item quando actus est nullus, vt erat in casu isto, oportebat quod ratificans esset certioratus de nullitate, capite, & causa nullitatis, Bellame. decif. 798. Corn. conf. 207. prope fin. lib. 3. Mastrill. dec. 121. & Rot. diuers. Bonon. dec. 64. nec censetur ratificata dicta professio, ex eo quod religiosus remansit in religione p plures annos, Card. Caiet. 2. 1. q. 189. ar. 5. Nau. in Man. c. 12. n. 71. & cõf. 23. de regular. 2. vol. 3. nu. 2. Secundo, professio inualida nõ ratificatur, nec fit valida, ex eo quod admissus fuit ad Cõuentum ad actus solis profectis conuenientes, cũ id nullo modo, vel efficacia rone probetur, cũ admissio ad illos actus possit fieri alia rone, quã animo ratificandi, puta per reuerentiam, & verecundiam, & alijs de causis, vt p Caiet. ad S. Th. 2. 2. q. 189. ar. 5. hoc confirmatur, quia dictus religiosus per tẽpus quod stetit in religione durauit impedimentum, & ideo tales actus professionem non indicant, Caiet. d. loc. Nau. in conf. 4. de regular. & quidò defectus cõsentus qui interuenit à principio annullat professionem expresse, debet etiam annullare tacitam, arg. l. 1. §. 6. l. i. de eo si. de pactis, in contractibus. n. par. virtus est expressa, & tacita, cum quod si cert. per glo. in l. expressa si. de reg. iur. & defectus cõsentus interueniens vigore pfectum, nõ validatur per gestum.

stationem habitus, quia professio sine animo est nulla, humana 22. q. 2. nec professio expressa valet sine animo proficendi, arg. c. cuncta per mundum 9. q. 3. c. propositus de concess. prob.

Tertio, valde notandum est, declarationem continentium per ipsum Religiosum factam, quod non intēdebat professionem facere, nec eam approbare, quae est declaratio animi, & operatur, ut actus sequentes intelligatur secundum illam, iuxta cōm omnium in c. cum M. de consir. & in l. nō solum ff. de nou. oper. nunc. & omnes actus per ipsum Religiosum facti, videlicet, quod immiscuit se in actibus professorū, & quod obtinuit Guardianias & similia, sunt sequentes dictam professionem, ergo debent intelligi secundum dictam professionem, & per consequens sunt nulli, Nauar. de regular. conf. 34. vol. j. professio. n. quod nolit esse professus, enervat professionem, & tacitam est cōfessio de eius animo, Nau. cōf. 20. de regula. vol. j.

Quarto, animus praedicti Religiosi satis clarē patet ex dicta professione, ac et ex depositione per eum iurata, in qua declarat se nunquam habuisse animum emittendi votum: & standum est assertioni iuratae, ex traditis per Abb. c. pen. nu. 7. de raptorib. glo. solemnis §. si vis te, inst. de act. c. significasti de homic.

Tandem dicendum, testes affines, & consanguineos in isto casu admitti, sicut in causa matrimonij, & in terminis text. in cap. videtur de his qui matr. accus. poss. imō testes praedicti de aditu probant ex decis. Rot. 119. par. 3.

Considerandum est etiam professionem per dictum Religiosum factam ante aetatem legitimam, & annum probationis, cum adisset vnus testis de visu, & alius de auditu, prout ex dicta decis. Rot. alleg. 119. par. 3. lib. 3. in nouis, & fuit decisum satis clarē praedicto modo probari, & loquitur in terminis nullitatis professionis.

Item nec videtur obstarē quod religiosus praedictus steterit per triginta, & plures annos in dicta Religione, & sic quod procedat dispositio Conc. Trident. sess. 25. c. 19. de regular. ex allegatis per Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 37. nu. 21. ac text. in c. ad id de spons. Considerandum est, in quo Sanchez n. 22. & 29. respondet dicens, ex praedictis esse sublatū remedium ordinariū, non autē extraordinariū, & alleg. Alex. in l. si inter stipulantem §. 1. ff. de verb. oblig. & alios, quod remedium extraordinariū competit ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, ita quoque Cōc. Trident. sess. 25. c. 19. de regul. videtur tollere viam ordinariam, ea forte de causa, ut precluderet viam litibus, noluit autem pracludere viam extraordinariam, ne professum omni remedio destitutum in desperationem induceret.

Accedit quod ex breui particulari Sanctiss. Pape videtur derogatum dictis iuribus, Archid. in c. 1. dist. 27. & ibi Bellam. nu. 4. & Przep. nu. 33.

Quod quidem remedium competit transactis 100. annis, durante tamen impedimento, Nau. to. 4. de Reg. nu. 31. ver. 3. Azor. lib. 12. Inst. moral. c. 4. q. vii. alleg. per Sancti. ibid. nu. 26. impedimentum autē dicti Religiosi durauit vsq; ad praesens tēpus quia fuit paupertas, vt per testes plene probatur.

Nec obstat quod necessario admittenda sit, nisi fuerit ratificata tacite, vel expresse, ex alleg. p. Sanch.

d. q. nu. 24. quia nisi fallor, dicit contrarium per haec formalia verba, videlicet: Hoc tū intelligendum nisi, siue maiores, siue minores intra illud quinquēniū ratificauerint legitime professionem cessante metu, vel alio impedimento, quod eam irritabat, cōsentiendo interius, & exercendo actus animo ex tunc ratū habendi priorem professionem, quā irritam fuisse norant, & sic ad satisfactionem, seu conualidationem dicitur requiri animus consentiendo interius, & admissio ad actus exteriores, quod non est in casu nostro.

Testes etiam consanguinei, & affines in hoc casu admittuntur, vt latius alibi fuit dictum, declaratio. n. fuit declaratio eius voluntatis coactae, & non potest dici contraria factio, imō fuit facta per verba generalia recipiendo tempus futurum, & ideo porrigitur ad omnes actus futuros, argu. si ita stipulatus, la secunda, ff. de fideicomiss.

SYMMARIUM:

1. Enarratur praxis circa recognitionem epoche.
2. Aduersus recognitionem, non datur reuocatio.

Praxis super recognitione apocharum, quae iam sit.

DECISIO CLXXXIIL

Multoties occurrit dubitari in Cur. Archiep. super recognitione apocharum, ideo aliqua practicabilia hic adnotare placuit, & in primis est animaduertendum, quod quando creditor exhibet apocham debitoris, fit preceptū principali, seu eius procuratori cum speciali mandato, vt recognoscat dictā apocham, & cōpareat ad faciendam dictam recognitionem, alias condēnatur, verū procurator principalis ex equitate solet habilitari quod si ad primū, vel infra tantum terminum cōparuerit legitime, & recognouerit, deleatur, & si principalis, vel eius procurator cū mandato, vt supra cōparet, & recognoscat scripturā, & allegat remissionem, Curia antiquius, & similitē praeuincit M. C. V. nūquā cōsuevit remittere, verum aliquādo a paucis annis facta recognitiōne, Curia remisit habenti priuilegium petendi remissionem vassalli, seu subditi, & si nihil opponitur, & est liquida scriptura datur terminus ad solvendum, & si allegatur satisfactio datur certus terminus iuris ad probandū, & sub isto verbo nō retineri potest, & solet probari solutio, vel aliquid aequipollens excludens intentionem agentis, & si dicatur quod est illiquida, & lecta, appareat de illiquidatione, datur terminus iuris ad probandum incumbens iuxta quantitatem debiti, & distantiam loci contractus, vel originis debitoris distantis à Ciuitate Neap. & si recognita fuerit infra sex vncias, auctore petente, potest, & debet committi, alias non committitur.

Et nota quod nulla exceptio impedit recognitionem scripturae, si verū facta recognitione prouiderit super exceptio nibus. iuxta earū naturā, & procurator asserit habere potestatem recognoscendi, si instat in eius exceptionibus, & recusat recognoscere.

Curia decernit, vt recognoscatur citra praeiudicium oppositarum, & facta recognitione prouidebitur super eis, & si est remittens in recognoscendo, sunt debita mandata penalis quod respondeat, & sic cogitur ad recognoscendum, & facta recognitione Curia prouidet super eius exceptionibus, vt iuris est, & parte audita &c.

2. Et nota etiam quod aduersus recognitionem non datur reconuentione, nisi resulsus ex eadem scripturis, & quando est datus terminus ad probandum, alias ad soluendum, & nihil ponit, nec probat, eo elapso fit condemnatio seruata iuris forma, & si producuntur testes, examinantur, vel si producuntur scripturae, & tunc Iudicis est videre de positione testium & scripturas, quod si producuntur non releuant antiquitas absque decreto de exequendo sicut condemnatio seruata forma iuris, sed nunc fit decretum de exequendo, vt supra, verum quando Iudici videbitur, vel partes velint percuntari testimonium depositiones, & scripturas praesentatas, ipsi petentibus datur facultas infra breuem terminum ad percuntandum, & postea si nihil aliud opponitur, si reus est in probatis dicitur quod non molestetur, & absoluitur, si vero non, decernitur fore exequendum, & fit commissio absque insinuatione dicti decreti, & si Procurator sine potestate recognoscendi scripturam negat esse scripturam propria manu sui principalis scriptam, tunc petente actore, seu eius procuratore pignitur terminus quod ratificetur ut principali, alias capitis pignoribus compellitur, & si dicitur procurator habet potestatem recognoscendi, tunc sufficit eius negatio, & non opus erit recognitione principalis, si negat, & datur terminus ad conuincendum arbitrio Iudicis, & quando datur terminus ad probandum, alias ad soluendum, proceditur summarie, & quando solum datur terminus ad probandum, proceditur ordinariè; quando verò committitur similiter ordinariè, vel ad conuincendum, similiter proceditur summarie.

l. j. ff. de iurisd. omni. iud. Bal. conf. 90. vol. j. A. et in conf. 16. n. j. vol. 3. & Paris. in conf. 165. vol. 4. putat officium huiusmodi à dispositione iuris cõis regulari, & ratio est, quia ad bonum Iudicem spectat prouinciam malis, & prauis hominibus purgare, l. congruit, vbi Bar. & reliqui s. de offic. praesid. & lae Canonist. in c. si de transact. quemadmodum sibi Gigan. de residentia Episcop. ad perfectum & sanctum Episcopum pertinet eius depositum rixosis, & scdalous clericis purgare. Item ad bonum Praesidem pertinet procurare pacem, & concordiam, Bal. in l. j. s. de off. Praef. vrb. Oldr. conf. 84. Ferret. in tit. de serijs, & induc. & ibi lae plura de priuilegijs pacis, & de ijs que fieri possunt causa, & ratione pacis, vide Petr. à Plat. in epit. delict. lib. j. c. 7. Hipp. de Marfil. in l. 5. praeterea s. de quær. & facit, quia prudentia pars cautio est, ita imprudentia non cauere, & occurrere scdalous vbi fieri potest, & ad praesidem pertinet, ne fiat turba, & prouidere, ne orientur tumultus, & seditiones in populo, vt per Cagn. & Dac. in regula non est singulis concedendum s. de regul. iur. ita vt ad multos perueniri possit, Ferret. in cit. tit. de serijs col. 6. & quod banniri possit, Capuz. in dec. 543. & per Carreter. in pract. l. obseruare n. 65. item quia magnus est arbitrius in procedendo circa hanc cautionem, idem Iudici fuit tributus propter quietem, & tranquillitatem status Reipublicae. c. 1. l. congruit s. de offic. Praesid. similiter etiam Iudex ex eiusdem, & si eius arbitrio videatur, poterit alicui in terdicerere loco, aut prouincia, vt per Felin. in l. 1. de treg. & pac. col. 6. & Alexan. las. & alios in l. q. iussit s. de re iud. & remissus per Rip. in rub. de damn. inf. quare fuit decisus casus propositus affirmatiue in hoc nostro Archie. Cur. Tribunali per tex. in Lillicitas s. ne potentiores s. de off. Praesid. vbi habetur, quod ad Praesidem spectat, non ius potentes à potentiobus opprimantur.

S V M M A R I V M.

- S V M M A R I V M.
- 1 Circa cautionis materiam, Iudex habet latissimum officium.
- 2 Iudex ex causa potest aliquem loco, vel prouincia interdicerere.

An clerici cogi possint per Episcopum ad prestandam cautionem de non offendendo.

D E C I S I O C L X X X I V.

Orta rixta, & controversia inter quemdam clericum nobilem, & laicum, cum quidam laicus fuisset per eius Iudicem competentem exaceratus sub promissione, & fide Regia de non offendendo dictum clericum insubabat propterea in Cur. Archiep. non liberari clericum, nisi praesita quorundam cautione de non offendendo, vt seruaretur aequalitas, ad tex. in c. in iudicijs de reg. iur. quare fuit dubitatum, an potuisset istud de iure fieri, & dicebatur circa hanc cautionis materiam Iudicem habere latissimum officium, & potestatem, vt notatur eõter in

- 1 In casibus in quibus clericus venit priuandus beneficijs si eges debet ei subueniri de fructibus eorundem beneficiarum.
- 2 Excommunicato prouidetur de fructibus beneficii quando aliunde viuere nequit, & alias esse sane perituros, et si ex propria culpa fuisset excommunicatus.
- 3 Donatio facta filio à patre ob causam clericatus non potest amplius reuocari.

An si clericus committat delictum dignum priuatione beneficii, debeat illo priuati si fuerit ad illius titulum ordinatus, nec aliquid habeat vnde se alimere possit.

D E C I S I O C L X X X V.

Clericus quidam cum fuisset in Carceribus Curiae Archiep. decemtus ob graue delictum per eum patratum, & per eadem Curiam prolata sententia priuationis suorum beneficiarum ad eius instantiam dicebatur dicta sententia fuisse nulla, et eo quod ad dicti beneficii titulum fuerat ordinatus, & conse-

venfequenter ex quavis caufa ab eo auferri minime poffe, iux. difpofit. Conc. Trid. feff. 23. c. 21. Ite quia in cafibus, quibus clericus venit beneficijs priuandis nihilominus si eger, debet tñ ei fubueniri de fructibus eiusdẽ beneficij, quẽadmodum dicitur de excoãdico cui in fubditũ prouidetur de fructibus beneficij qñ aliunde viuere nequit, & alias fame periturus effer, Cardin. clem. vi. hi qui de q̄at. & qualitatẽ Franc. Marc. in dec. 117. p. 2. Surd. de alimen. tit. 1. q. 83. q̄ adeo verũ eſt, quod locum habet etiam ſi ex propria culpa in excommunicationis ſententiam lapfus eſt, & maxime ſi ſit in extrema neceſſitate, quæ ſemper debet conſiderari ne in dedecus clericatus egeat, l. inter eos ad finem ff. de re iud. argum. l. ſtipendia C. de execut. rei iudic. Franc. Marc. in decif. 182. tom. 2. Roderic. in ſuo tractatu de queſtion. regul. tom. 1. queſt. 23. art. 4. qui loquuntur quoad ſuſpenſos, vel depoſitos. Tandem dicebatur de hoc eſſe textum particularem in cap. Diaconi 93. diſti. quod quones clerici ſunt condemnandi, habenda eſt ratio ne cogantur mendicare, & ex tali caufa prouocet illud Axioma Gratiani in diſcepat. forenſ. cap. 159. num. 29. vbi ait donationem factam filio per patrem ob cauſam clericatus, ad cuius titulum fuit factus clericus, non poſſe amplius per patrem reuocari. Coaruaru. in cap. Raynaldus §. 2. num. 7. verũ ipſe tamen hanc donationem opinor de teſtamentis, & ita in ſpecie quod non poſſit reuocari, concludit Diaz in praxi crimin. c. 18. nu. 15. & propterea ex ſupradictis fuit conſuſum non eſſe ſupradictõ beneficio priuandum.

Limita tamen hanc conſuſionem in clerico ſuſpenſo propter concubinatum, tunc enim de illis fructibus non venit ſubueniendus, ita gloſ. in cap. paſtoralis in verb. ſubterahantur de appell. & in hac limitatione habet locum illa regula iuris, quod male meriti publica egeſtate debeant laborare, l. bona fides ff. deſep.

Sublimitatur verõ hæc limitatio quoties eſt talis clericus ſuſpenſus in articulo mortis, vel in alia extremiſſima neceſſitate, quo caſu eſt ei ſubueniendum, & tanto magis ſi non haberet alia bona, etenim in tali caſu habent locum rationes ſupra adductæ.

SYMARIUM.

1. Filius non poteſt carcerari facere patrem, nec liquidare inſtrumentum contra ipſum ſua ritus.
2. Nullus amor vincit paternum.
3. Confefſio facta à patre metu torture a filio inferenda, non nocet.
4. Per clericum filius nõ eximim à patris poteſtate.

Filius familijs clericus, carcerari an poſſit in noſtra Curia Archiepiſ ad inſtantiam patris ob eius malos mores.

DECISIO CLXXXVI.

Q Via clerici ſolent eſſe inobedientes aliquando eorum patribus, ob prauos eorum mores, propterea hæc noſtra Ar-

chiepiſ. Curia ad inſtantiam patrum diſcos clericos carcerare conſuevit, quare fuit dubitatum an id de iure fieri poſſit.

Et videbatur reſpondendum negatiuè ex eo quod quemadmodum pater ad inſtantiam filij carcerari nõ debet, l. inter eos ff. de re iud. cum inhumanũ videatur, q̄ ſi eum à quo poſt Deum habuit eſſe, q̄ inſtitabile donũ reputatur in carcerẽ detrudat, vt voluit Bæz in ſuo tract. de inopẽ debitorum c. 34. ita, & e contra, ex quo euenit inſtrumentũ uerũ à filio contra patrem liquidari non poſſe, concludit de Franch. in dec. 165. Maran. in cõf. 30. n. j. Item dicebatur de hoc eſſe text. particularem in l. milites agrũ §. deſertorem ff. de re milit. vbi cautũ eſt, q̄ ſi pater filium rei ſpontẽ Iudici offereat carcerandum, mitior pena eſt ei inſurgenda, quaſi quod nimis repugnet paternæ pietati filium carceribus tradi, ſecundum Menoch. in ſuo tract. de arb. iud. lib. 2. caſ. 147. nu. 1. Caball. qui plures alios concordantes reſert in reſolut. crim. 294. Cepoll. caur. 7.

Ceterum ſupradictis minime ſuffragantibus contrarium fuit dictũ, & ſic q̄ clericus filius ſamilijs iure poſſit ob eã prædictas carcerari ad inſtantiam patris, etenim vulgari, & cõmuni omnium conſenſu probatũ eſt Axioma illud, ſcilicet quod nullus amor vincit paternum, l. ſin. C. de curatore ſurioſi, l. nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtam. nullusq̄ præſumitur maior amicus filio, quam ipſemet pater, l. quidam cõ filius ff. de hæred. inſtit. imò eum diligere magis quam ſe ipſum à iure præſumitur, l. iſti quidem ff. quod metu cauſa, Caſſan. in cõf. 14. nu. eod. vnde qui tangit filium, tangit pupillam oculi patris, ſecundum Luc. de Penn. in l. vnica C. de public. lectionis lib. 12. & hæc de ratione Salomon c. 6. merito in illa verba proprio: Fili conſerua præcepta patris tui, nam propter maximam dilectionem non tibi præcipiet, niſi bonum, quia ſi dicitur fidelior amico, que in quis habet in mundo, & qui deducit filium de nõ eſſe ad eſſe. Et hinc euenit quod ſi filius torqueatur, pater quoq̄ torquei præſumitur, ſecundum dictũ gloſ. in c. aſſerte de præſump. & ideo ſi eut cõſeſſio delicti ex torta metu torture nõ præcedentibus legitimis indiſijs minime offendit conſententem, etiam ſi ſit perſeuerata, & milles ratiõnes, iuxta notata per gloſ. in lpenult. ff. de quæſt. à ſimili etiam in nihil nocet cõſeſſio facta à patre timore torture filio inferenda, Bal. in l. jan. ff. C. ſe Reitor prouincia, & Menoch. de præſump. c. 56. prædictis etiam accedat, q̄ ſi licitum eſt patri tempore neceſſitatis eum viderẽ, l. c. de patrib. qui filios diſtraxerunt, quanto magis debet licere ei ob legitimam cauſam carceribus illum tradere.

Tandem dicebatur q̄ cum filius ratione clericatus non liberetur à patris poteſtate, vt eſt cõmuni opinio in cap. decorum de etat. & quali. propterea clericum ob cauſam legitimam poſſe carcerari ad patris inſtantiam non videtur dubitandum, & ſic fui reſolutum, prout etiam reſoluit Jaſſed. in dec. 209. vbi dicit, quod ad iuſſũ patris, debet Iudex filium detinere, cum non ſit veriſimile, quod pater qui plus diligit filium, quam ſe ipſum, iſti quidem ff. quod met. cauſ. velit ſũ carcerari facere ſine iuſta cauſa, ſi Bæz. in l. xj. in princ. ff. de vulgar. & pupill. in 4. colum. ſi pater

tamen fit honesta persona, alias non, argum. l. si cum doctem in §. nec non, & seq. ff. solut. matrim.

Non obstant in contrarium adducta, etenim a seorsu dispositio habet locum in diuersis causis, & loquuntur quoties sumus in causa grauis delicti.

S V M M A R I V M.

1. *Es sola taciturnitas veritatis nocet, quæ a iure præcipitur, ut exprimitur.*
2. *De crimine non est faciendæ mentio in impetratione.*
3. *Illæ qualitas est exprimenda, quæ moueret Principem ad non concedendum, vel ad difficultius concedendum dispensationem.*

Si Medicus præbeat medelam ante obtentam dispensationem super eius irregularitate, an censetur subrepticia dispensatio, non facta mentione de dicta medela medio tempore præstita.

DECISIO CLXXXVII.

Medicus quidam deuotionis freuore accensus impetrauit dispensationem à Summo Pontifice, vt posset ascendere ad sacros ordines non obstante irregularitate contracta per medelas ab eo præstitas; cumq; dictus medicus ante dispensationem obtentam, ipsiusq; impetratione pendente nonnullis etiam medicinis præbuisse; & obtento mandato de dispensando directo Vicario Neap. cum clausula dummodo in posterum à medicando abstinens; fuit dubitatum an prædicta dispensatio esset subrepticia, ob non factam mentionem de medela præstita, & fuit resolutum negatiuè ex sequentibus.

1. Primò, quia ea sola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur vt exprimitur, Rot. in decis. 31. de rescriptis in nouis, Mohedan. in decis. 30. & 31. eod. tit. Calder. in conf. 6. de præben. at in casu proposito prædictum factum iura non præcipiunt, vt exprimat, secundum Nauar. in manuali c. 21. nu. 86.
2. Secundò, quia de crimine non est faciendæ mentio in impetratione gratiæ, vel eius concessione, vt docet Innoc. in c. proposuit num. 4. & in c. cum nostri num. 3. de concessione præben. Rotiam citata in decis. 31. de rescriptis. Bellamer. in decis. 47. eod. tit. at medelam contra regulas artis præbere siue ante, siue post dispensationem, est delictum vt patet, ergò de illa non est faciendæ mentio.
3. Tertio, quia ea qualitas exprimenda est, quæ moueret Principem ad non concedendum, vel ad difficultius concedendum dispensationem, alias subrepticia, & nulla est dispensatio, vel alias qualitas concessio, text. est in c. postulasti de rescriptis, Fely. in c. super literis nu. 8. eod. Soc. in conf. 1. 1. volum. 1. R. buff. in praxi beneficiar. pag. 137. sed certu est quod si dictus Medicus exprimeret medelas ab eo præstitas impetratione pendente non præderet Summum Pontificem difficultem ad con-

cedendum dispensationem, prout filius, & communis praxis habet, ergò ea qualitas non est necesse iterum exprimi.

Quartò, quia vbi vnicum obstat impedimentu, facilius concedi solent dispensationes, & rescripta, vt inquit Dec. in conf. 206. num. 9. vol. 1. & in a. c. ad aures vol. vlt. & ibi Ripa num. 37. de rescriptis. Alex. in conf. 195. num. 10. vol. 2. quos refert & sequitur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cens. 3. cas. 103. nu. 13. & Gurrier. lib. 1. canonicar. quæstion. c. 15. nu. 14. & seq. sed hic vnicum tantummodo obstat impedimentum, scilicet medela præstita, ergò.

Non obstat clausula illa dummodo in posterum abstineat, quia responderet illam potius respicere monitionem, quam formam, Oldrad. conf. 108. Menoch. conf. 694. nu. 6. Crauert. conf. 59. num. 1. Nat. conf. 373. n. 26. Nau. conf. 3. de offic. deleg.

De materia tamen text. in c. ad aures de arate. & qualitate, quando scilicet exercens materiam medicinæ, vel chirurgiæ fit irregularis, & vtrum possit promoueri ad Sacros ordines vide Couar. in clem. 1. par. 2. §. 4. num. 3. vers. sic, Maiol. de irregul. lib. 2. c. 12. nu. 8. Marian. Soc. in cap. ad audientiam de homicid. nu. 31. Pelag. in lib. 7. de plan. eccl. c. 48. col. 3. Plaz. de delict. c. 16. nu. 6.

S V M M A R I V M.

1. *Per appositionem manus Papæ, causa censetur amittata ab inferioribus.*
2. *Causa semel effecta Curialis, semper manet Curialis.*
3. *In beneficiis iuris patronatus laicis, vel mixtis, non intras referatio nec manus appositio nisi aliud constet de mente Papæ.*
4. *Manus appositio nihil operatur, vbi inducitur derogatio mandati Apostolici.*

Manus appositio Papæ non afficit quoad beneficium iuris patronatus laicorum.

DECISIO CLXXXVIII.

Cum peteretur in Curia Archiep. institui quædam præsentatum ad quoddam beneficium iuris patronatus laicorum, & per partem aduerfam opponeretur de appositione manus Papæ; fuit dubitatum, an dicta manus appositio officiret; & dicebatur quod eo ipso, quod Papa cepit cognoscere de aliqua causa, & de super manus apposuit, quod tacitè censetur illam à quibuscuq; Iudicibus inferioribus auocasse, ita vt omnimodum gesta sint nullius roboris, & motum; Innoc. in c. cum M. in fin. de consil. per text. in c. licet de offic. deleg. quem omnes communiter sequuntur in c. fin. vbi picenè per Rip. à nu. 104. vsq; ad 108. Steph. Aufser. in add. ad decis. Capell. Tholos. 480. vers. & ideo ficit Papa per simplicè cognitionem, cum alijs adductis per Lancellol. de attent. 2. parte c. 10. de attentatis post auocatione cause nu. 13. & ferè per totum illud cap. vbi multipliciter ampliat, limitat, & declarat. Hinc est qd manus appositio Papæ, facit qd causa semel effecta Curialis, semper remaneat Curialis, Mohed. decis. 13. num. 1. & 2. de sentent. & re iud. alias est decis.

decif. 130. Rot. decif. 2. ad medium, & decif. 43. de appell. in decif. nouis, & decif. 23. nu. 5. de refcript. in nouis, & decif. 8. de re iud. in antiquis, & decif. 13. nu. 2. de refcript. in antiquioribus, Pute. decif. 230. Dec. conf. 694. accipit reuocantur nu. 1. 3. & de omnibus plenus Couar. in lib. pract. quart. c. 9. nu. 5. per tot. vbi radicioris materiam declarat, & ex decreto appofito alicui per Papam de dimittendo beneficium in manibus eius, remanet affectu, vel folus ille poffit conferre pro illa vice, etia fi no dimitteret, Rot. decif. t. 4. de rerum permut. in antiq. Simonet. de referuat. q. 26. nu. 3. & fuit decifum in vna Compoftellana Canonica 10. Maij 1600. coram R. P. D. Lancelot.

Ceterum fupradictis minime fuffragantibus, cotrarium fuit decifum in eadem Curia, ex duobus. Primò, quia manu appofito Papæ non afficit quoad beneficia iuris patronatus laicalis, vel mifli, nam ficuti in illis non intrat exprefsa referuatio, fic etiam non intrat tacita referuatio ex manu Pontificie appofitione, vt fuit refolutum in vna Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram Illuftrifimo D. Pamphilio, & alias fepe, quod intellige, & declara, nifi aliud conftaret de mente Papæ, veluti quia exprefse, & fufficienter tali iuris patronatus derogauit pro illa vice.

Secundò, quia ex tali appofitione manus Papæ, refultaret præiudicium alterius, & fic nulla inducitur affectio, & confequenter induceret aliquod difcrimen dicta manus appofitio, Pute. dec. 226. in vna Germana nu. 14. & 15. lib. 3. Rebuff. in concordata Francie ut. de mandatis Apoftolicis, glo. in verb. iure præuentionis ver. item per colationem nullam, qui allegat ad hoc Rom. conf. 413. nu. 5. & 6. dicentem, quod citatio illegitima inducitur præuentione iurisdictionis: Hinc eft, quod manus appofitio nihil operatur, vbi ex ea induceretur denegatio indulti, tamquam inducens præiudicium Cardinalibus, nifi exprefsa fieret de illo méto, ac derogatio, Parif. conf. 39. n. 20. lib. 4. Caputaq. decif. 82. nu. 1. p. 2. Pute. decif. t. 41. nu. 2. lib. 2. Anaf. Germon. in tract. de indult. 6. alioquin nu. 27. ad quod addunt, quod eo minus operatur dicta manus appofitio, cum fit nulla fit ne decreto irritanti in ipfo indulto contento.

S V M M A R I V M.

1. Dies dominici funt feruandi de iure ecclefiaftico.
2. Septem permittuntur diebus feftis.
3. Pietas, & neceffitas funt caufæ difpenfandi fuper præcepta ecclefie de obferuatione feftorum.

Epifcopus, an poffit impartiri facultatem pifcatoribus pifcandi in diebus feftiuis.

D E C I S I O C L X X X I X.

Nonnulli ex pifcatoribus huius Fideliffima Ciuitatis Neapolis, per memoriale portectum Illuftrifimo Archiepifcopo petierunt ipfis impartiri facultatem, & licentiam pifcandi in

diebus feftiuis, offerentes mediocritatem pifcationis alicui ecclefie applicare, quare fuit dubitatum, an de iure poffit dicta licentia concedi, & dicebatur quod omnes dies fefti, etiam dominici folo iure humano ecclefiaftico, non autem diuino, aut naturali præcepto funt feruandi in ecclefia, c. licet de ferijs, c. 1. de confecrat. dift. 4. & ibidem late per Turcremat. & reliquos, & clarius per Archidiaconum in c. ieiunia eadem dift. 8. D. Thom. 2. 2. q. 12. ar. 4. Diuus Anton. par. t. tit. c. 9. licet quoad dies dominicos contrarium in d. cap. licet teneant Abb. & Silueft. in verb. Dominica q. 1. §. 7. fed non obftat quia dies quo tenemur Deo feruire, non eft diuino præcepto flatutum, præceptum autem obferuationis feptimi diei erat ceremoniale, & ideo ceffauit in noua lege, feruatur. n. ex præcepto, & confuetudine ecclefiaftica, etiam Apoftolorum tempore feruata, fecundum Nauar. in manual. c. 13. nu. 1. Addebat fupradictis quod nunc fefti obferuatio nõ eft tam ftricta, vt erat olim in veteri lege, quia neque funt tot prohibita, & facilior eft difpenfatio circa prohibita, vt femit D. Thom. vbi fupra ar. 4. relatus per Caftellan. in compen. oper. Nauar. in verb. feftum. Item dicebatur, quia inter cetera, quæ permittuntur diebus feftiuis, adeft etiam illud, quod eft fimile pifcationi, nam feptem funt, quæ permittuntur. Primo, illa, quibus in Diuino cultu Deo feruimus. Secundo, quibus fpiritualia exercentur. Tertio, quæ ad faluè propriam neceffaria funt. Quarto, quæ ad falutem proximè et corporalem conducunt. Quinto, omnia, quæ ad vitandum damnum fpectant. Sexto, preparatio ciborum de confuetudine ecclefie. Et feptimo, pifcari quandoque, idem Nauar. loc. cit. n. 3. vnde fi inter permiffa diebus feftiuis connumeratur etiam pifcatio, videbatur propterea facillimè poffe difpenfari, & tanto magis, quia dicti pifcatores afferrebant hoc facere ob eorum neceffitatem, & ad fubleuandam eorum paupertatem, quo cafu licita eft difpenfatio, c. ipfa pietas 2. 2. q. 4. cum caufa difpenfandi iuftæ, funt hæc, videlicet tempus, cap. tempus s. q. 7. Secundo, vtilitas, c. ipfa pietas 2. 2. q. 4. Tertio, neceffitas, c. tali t. q. 7. quibus accedit text. in c. licet de ferijs, vbi propter neceffitatem alimencorum licet diebus feriatis in honorem Dei exercere opera feruilia.

Ceterum fupradictis minime fuffragantibus cotrarium fuit feruatum, & denegata licentia prædicta, cum non adfit pietas, puta caufa debili, vel miferabilem perfonarum, prout declarat glo. in c. fin. de ferijs verb. pietas, & tanto minus aderat neceffitas, quibus nõ exiftentibus non poteft concedi licentia exercendi opera feruilia, & allegata paupertas non etat tam grauis, vt eis non poffet alio modo fubueniri.

S V M M A R I V M.

1. Secretum confeffionis sacramentalis, eft de iure diuino.
2. Qui cafu confeffionem audiuit, tenetur feruare fecretum feftilli.
3. Etiam in crimine lefa maieftatis, Sacerdos non potest

potest reuelare confessionem.

- 4 Si penitens dicat aliquid factum, fuisse reuelatum à Confessario, cum illud in confessione audiuisset, Confessarius tenetur probare contrarium.

Reuelatio confessionis, qualiter probanda veniat.

DECISIO CXI.

- C**um fuisset imputatum cuidam Confessario, quod confessiones reuelasset, fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali quomodo dicta reuelatio probetur, pro cuius articulo dilucidatione est primo notandum, quod secretum sacramentalis confessionis, est de iure Diuino, vt notant communiter Doctores in e. omnis vtriusque sexus de penitentibus, adeo quod nec Papa dispensare potest, secundum Ricciar. in 4. sentent. dist. 21. Neuz. in Sylu. nupt. lib. 3. verb. monitione ampliat. 20. Ang. in verb. confessio vlt. nu. 3. Berol. in quarst. famul. 12. Vvii. in sua Sylu. communium opinionum opinio. 143. num. 3. & nullo præcepto etiam sub pena excommunicationis poterit Confessor cogi ad reuelandum, secundum Frac. Marc. in decif. 774. vol. 2. quod procedit etiam in eo qui casu confessionem audiuit, vt per Angel. vbi supra nu. 13. & 16. mo nec ille cui secreta aliquid commisit est, reuelare tenetur, Rip. de pæste nu. 127. referens hanc sententiam veriorum, & sic cõsultuiffe Rom. in sing. 533. licet meo iudicio cum non sit sacramentale hoc sigillum, sed naturale, in aliquibus casibus potest reuelari, procedit tamen dicta obligatio celandi audita in confessione, etiam si Sacerdos sit productus in testem, Caroc. in suo tract. de iuramento litis decif. 10. quæst. 4. 8. quæst. principali, Marfil. in sing. 524. & secundum Mascard. de probation. in conclus. 587. num. 7. & in conclus. 69. nu. 19. quem refert, & sequitur Titian. in deci. 3. par. j. hoc procedit etiam in causa matrimoniali, & locum etiam sibi vendicare in crimine læsæ Maestatis, & simonia, in quibus Sacerdos minime debet reuelare confessionem, adnotatur Ang. in verb. *be mi hui adulterato* *ma donna* nu. 18. Marfil. in l. vtrum ff. ad l. Pompeian. de parricid. n. 5. Cigas de crimine læsæ Maestatis q. 18. tit. qui accusare possunt, Decian. in suo tract. crimin. lib. 7. c. 18. n. 19. Iodoc. in præd. crimin. c. 50. nu. 6.

- His sic præmissis, & deueniendo ad questionem principalem dictum fuit, quod reuelatio confessionis probatur si aliquid factum appareat reuelatum alijs, & penitens asserat Sacerdotem confessionem reuelasse, nam Sacerdos probare debet ab alijs fuisse reuelatum, & non per ipsum Confessarium, alias condemnabitur tantum pena arbitraria, vt est communis opinio Nauar. in cap. penult. de penitent. & remission. num. 164. Mak. ord. in conclus. 1292. num. 5. Cardin. & Abbas in cap. omnis de penit. Secundo probatur si Sacerdos fateatur reuelasse tale dictum, sed negaret illud habuisse in confessione, etiam est præsumptio contra ipsum,

ex quo condemnatur etiam pena arbitraria, Angel. in sua summa in verb. confessio num. 21.

SVMMA RIVM.

- 1 Ex officio, Index debet decernere alimenta inopi.
- 2 Vxor, si fuit eiccta à viro, sunt præstanda alimenta, secus si sponte recessit.
- 3 Lite pendente inter Monachum, & Abbatem, sunt præstanda alimenta ipsi monacho, si sit in possessione monachatus.
- 4 In causis matrimonialibus, confusio de paupertate non potest quæ trahi extra prouinciam, nisi præstitis alimentis, & huius expensis.

Alimenta lite pendente, an sint præstanda vbi constat de malo iure petentis illa.

DECISIO CXII.

- F**ratrator petebat in Curia Archiep. alimenta à fratre clerico, & cum per eundem clericum opponeretur se inuentarium confectisse ex quo euidenter potuisset constare de bonis hereditarijs, & consequenter non teneri, nisi pro ipsis bonis, & cum per alium fratrem opponeretur non esse legitime confectum, & propterea ipsum clericum teneri de proprio, iuxta tradita in l. c. de iur. deliber. cumq; per Curiam Archiepiscop. datus esset terminus Clerico ad exhibendum inuentarium legitimum; fuit dubitatum, an lite pendente super dictis alimentis, item pendente dicta exhibitione, sint præstanda alimenta, si nobis constat de malo iure petentis alimenta; & dicebatur de iure esse expediri, vt Iudices teneantur inopi decernere ex proprio officio alimenta litis, ex l. si inhiatus §. si. ff. de inoff. testam. l. f. C. de ordi. cogni. Alciat. lar. de præsumpt. reg. litigandi, proptereaq; fratri litem habenti contra fratrem in petitione hæreditatis, sint alimenta ministranda, si egeat, Guid. Pap. decif. 561. in princ. Couar. præd. quæst. cap. 6. Bisign. de iudi. decif. 2. citat. per Afflict. decif. 17. ac pariter vxori agentis contra virum qui ipsam de domo eiecisset sub prætextu prodiæ vitæ, esset interim (si egeat) alimenta exhibenda, vt decif. refert Vesta. decif. 162. & 167. & Crescent. decif. 233. Aff. decif. 10. secus tamen futurum si ex se voluntariè recessisset, vt inquit Tanif. decif. 11. nec non & vxori, quæ sub nomine viri accusatur, sint alimenta præstanda, vt per Spec. de inquis. §. nu. 3. verf. quod si matrimonium, & gid. decif. 188. Monacho item litiganti sunt debita litis expensæ, & alimenta, iuxta qualitercum suæ personæ, & reddituum Monasterij, Spec. tit. qui fil. sint legit. num. 24. & in d. §. f. Bart. in l. Imperatores ff. de iur. & ratio. distrah. Franc. Cur. in tract. de quæstion. princ. n. 11. Rot. in nou. decif. 335. Vesta. decif. 17. si tamen sit in quasi possessione status monachalis, vt dicit Tadm. decif. 111. Ioan. Bapt. decif. 18. & 77. cuius etiam

etiam deberentur alimenta, si accusaret Abbas: my-
ficus debentur Clerico proprium Pralatum ac-
cusanti, vt in d. s. fin. num. 1. dicit Specul. sed non
idem futurum si ex propria causa agens contra
Abbatem rescipitum impetrasset, narrando se ab
eo valde iniuriatum, Rota in antiq. decif. 799. Mo-
nacho etiam electo, licet discordaret ad aliquod
officium, in quo iudicialiter se admitti petat, de-
cernenda esse litis alimeta, sicut in Rota decifum,
teste Crescent. decif. 175. ac postulat deberi ali-
menta pro accessu ad Curiam, dicit Anchar. in cap.
incipientes §. deinde, in fin. de elect. in 6. que
quidem alimeta, cum Iudicis officio presentent, peti
possunt etiam pro tempore preterito, si Minachus ea
de causa res alienum contraxisset, seu aliquid vltra
alimeta fuisset sibi constitutum per Abbatem,
Felyn. in cap. dilect. num. 83. vers. intellige de res-
cripsi. idq. non mirum, cum id fuisset promissum
per Abbatem vltra alimeta, & velut ex contra-
ctu debitorum, peti posset iure actionis, que etiam
tempus preteritum respiciunt, vt mox dicitur
proprio loco: nec tamen si ad id promissum petito-
rio iudicio ageret, sibi in eo litis alimeta debe-
rentur, vt per Aegid. decif. 158. & seq. Sed essent
ei tantum debita, si de spolio egisset, vt in Abbate
electo agente de spolio, dicit Aegid. d. decif. 18. ac
de monialibus agentibus de spolio ob denegatas
solitas subuentiones dicitur per Faifo. Dub. 18.
seu de Monacho, aut Abbatisse agente de pro-
pria spoliatione, dicitur per Abb. in cap. ex parte
num. 9. & cap. cum olim num. 10. de accusat. &
ibi Apost. Put. decif. 159. & 131. lib. 1. nisi his Mo-
nachus esset ad dignitate electus in alterius Mo-
nasterio: quod quidem spoliatio litis alimeta non
deberi, dicit Put. decif. 2. de expens. & decif. 13. de
re iudic. Accusato etiam, aut alias conuento ex
causa proprii status, egente, consultius de cognitis
alimendis pendente iudicio, vt in eo se defendere
possit, ne alias interitum in defensum, & innocens
succumberet. l. fin. in fin. C. de ordin. cogniti. cap.
ex parte, vbi Abbis accusat. Rota in antiq. decif.
143. litiq. pendente super prebenda Ecclesie po-
terit se interim possidere ex eius fructibus algere,
Bar. in l. si neget in ff. de libe. agno. & quidam om-
nibus sequestratis, nihil superaret vnde possit li-
tigans viis duere, litiq. sustinere, sunt nihilomi-
nis ei prestanda alimeta cum litis expensis, vt nota-
per Inon. de Ana. in tract. de sequest. nu. 14. Franc.
Cur. in eodem tract. in prin. num. 10. nec tamen
ex eo aliunde deberentur alimeta, quam ex eisdem
bonis sequestratis, cum tale debitor vterius
non porrigatur, licet Monachum litiganti, pro re-
bus Monasterij etiam vltra eorum qualitates, &
sedius alimeta deberet, Bal. in d. l. fin. & nota-
tat Bar. in tract. de alim. nu. 42. Ac multo magis
hac litis alimeta erunt preteritis si presentia
pendente causa filiationis, seu alimentarium,
consilio prius summariis de quasi possessione si-
liationis, Bar. in d. l. si neget, & l. si quis a liberis
§. vel parents ff. de libe. agno. Cy. in l. fin. C. de
A. l. ibe. Cappel. Tholo. decif. 77. & vult. A. l. d.
4. decif. 10. in super quæst. Decretum in C. s. in Tri-
dentino scilicet 24. cap. 10. quod in causis maritimo-
nialibus coram loci Ordinariis in prima instantia
litigantis, non possit quibquam in secunda vel

tertia instantia trahi extra provinciam, nisi præ-
senti alimendis, & litis expensis, doctro prius cor-
ram eodem ordinario de vera paupertate illius,
qui extra provinciam trahitur, & sic secundum
supradicta sunt decifum, vt presententur petita
alimeta.

S V M M A R I V M.

- 1 Consensus est simul sensus.
- 2 Collatio qua debet fieri cum alterius consensu non potest dici libera.
- 3 Consilium sufficit petere, sed non est necesse sequi, secus vero in consensu.
- 4 Consensus includit consilium.
- 5 Alienatio absque beneficiatio valet, quando adeest euidens voluntas Ecclesie.

An vbi in celebratione actus debet adhiberi consensus alterius, possit pretermitti consensus, quando id quod fit est vtile.

D E C I S I O C X C I I .

Accidit in facto quod quidam testator iussit
suis hæredibus vt omnia ad hæreditate spe-
cranla fierent cū consensu cuiusdam iquire
fuit dubitatu an prædicti hæredes possint aliquid
facere prætermisso consensu illius, quando id
quod fit tendit in vtilitatem, & comodum di-
ctæ hæreditatis.

- 1 Et dubium faciebat pro opinione negatiua, quia consensus est simul sensus, & si habet aliquid agere cum consensu tuo, ego debeo sentire tecum, alias non esset consensus, sed dissentus, & deficiente consensu, actus non valeret, cap. 7 §. consensus 29. quæst. 1. Host. in cap. cum olim num. 4. de arbit. & Abb. nu. 2. Bar. in l. 1. §. si plures nu. 7. ff. de exercit. ab omne vbi omnes cōmunitate, Alber. in l. quoniam decedens §. Papinianus ff. de administrat. tutor. nu. 7. Bald. in l. fin. nu. 3. C. ad Maced. C. in fine in regul. de imperatoribus beneficia per obitū, idē dixit Cassad. decif. 3. sub nu. 3. & 4. de priuileg. post glo. in clem. ad d. §. si vero, in verbo libere de sepultura, quod collatio, quæ fit cum alterius consensu, libera dici non potest, Abbas in c. de multa, num. 3. de prebend. Roland. à Valle conf. 42. nu. 19. vol. 1. Curtius Luniar conf. 2. num. 3. vol. 1. Caputa q. decif. 297. num. 6. par. 1. Itē quia consensus, & voluntas, idē sunt, l. 2. §. voluntate vbi l. 1. nu. 6. in fine glo. in matrim. l. fin. §. necessitate C. de bon. que lib. & clarū est quod non dicitur actus liber, quādo pendet à voluntate alterius, l. cum quidam ff. de leg. 2. tum adductis per Menoch. de arbitrarijs lib. 1. quæst. 7. nu. 2: cum sequentibus. Hinc consensus est maioris effectus, & ponderis, quā consensus, & magis iuris habet debens consentire, quā habens consilium prestare, quia consilium sufficit petere, sed non est necesse sequi, at vero consensus non solum est habendus, sed etiam sequendus, alias actus eius nullus, cap. cum in veteri, & ibi glo. in verb.

verb. expectatum ad medium de electione, glof. verb. assensus per text. ibi in cap. 1. §. cum vero, ne fide vacant. in 6. Abbas in cap. quanto, num. 4. de his que sunt à prel. fin. conf. 80. Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 2. art. 1. num. 6. vbi num. 3. addit, quod maius præiudicium versatur circa actum qui haberi fieri cum consensu, quam cum consilio, Card. in clem. cxvii. §. rursus nu. 17. de verb. significati. Quapropter si actus debet fieri de consilio, & consensu alterius, sufficeret solus consensus illius, cum quilibet consensus habeat in se inclusum consilium eodem contextu, Oldrad. conf. 44. incipit queritur, si Episcopus sub nu. 5. Franc. in cap. 1. §. verum nu. 3. de Clerico & groante in 6. vbi etiam resoluit quod si actus debet geri de consensu alicuius, sufficeret eius consiliu, cum satis dicatur consentire, qui consuluit, per glofam, quam allegat in Lob hæc verba in verb. exhortatur ibi qui consuluit, vel permittit non mandat ff. de his qui notantur infam. pro quo videtur bonus textus, in l. fin. in princip. ff. de inoffic. testament. Sic etiam propter maximam, & differentiam consilij, & consensus, & quia maius præiudicium inest in consensu, quam in consilio, fuit orta illa anceps questio. An de iure communi possit Episcopus corrigere capitulares cū solo Capituli consilio, vel sit necessarius consensus, de qua plene per Pur. decif. 92. nu. 3. & per tosem lib. 3. & per Achil. de Grassis decif. 2. per totā de offic. ordin. Mohed. decif. 2. de foro compet. vbi fuit formata conclusio, quod esset necessarius consensus Capituli, licet dicta decif. Putei contrarium insinuet; Prout etiā consensus quando requiritur, semper præsumitur esse de substantia actus, Bald. in l. necesse luate num. 76. C. de bon. quæ liber. & in l. C. qui admitti, cum alijs pluribus adductis per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. nu. 1. & 13. ac propterea si contractus aut alius quilibet actus mulieris, aut filij, aut minoris, vel alterius similis personæ, debet celebrari cum consensu mariti, patris, aut consanguinei, & scilicet celebratus sine illo, erit ipso iure nullus, vt per Tiraq. cū alijs de legibus cōnubialibus glof. 4. nu. 2. Qui. n. actus continent, actum ipsum gerere videtur i. securi ff. de arbitris l. si fundus §. nesciente ff. de pignori bus C. apostolico c. si cum de præben. in 6. l. si liqueat, & ibi Bald. in 2. not. de inoff. donat. & plene per Tiraq. de legibus cōnubialibus glof. 5. ex num. 145. cum multis sequentibus.

Ceterum supradictis minime suffragantibus contrarium fuit resolutum, quod scilicet non requiratur prædictus consensus, vbi actus, qui celebratur scilicet in vtilitatem hæreditatis, & moei futuræ ex verissima illa conclusione loquendo à simili de alienatione rei Ecclesiæ iualet. n. absq. beneplicatio, quando vtilitas illius euidens est, quam conclusionem firmanunt glof. in l. cum hi §. eam transactionem ff. de trans. & Bald. in l. quicumq. C. de bon. quæ lib. Paris. consil. 16. num. 97. & 99. & 101. & 104. Gabriel. in commun. conclus. titulo de rerū alienat. conclus. 1. nu. 1. qui pro hac opinione allegat Rom. Bart. Angel. Dec. Alexan. Kuntum, Grammat. & Fely. ad do. Vrium opinionem 39. num. 16. lib. 1. qui dicit hanc opinionem esse magis communem, & sacrosanctam, eamque

magis communem testatur Libertieng. in tract. de contract. §. fin. quæst. 50. nu. 166. Ex quibus patet quod licet Gabriel. in dicta conclus. 1. nu. 2. alios alleget pro cōtraria parte negatiua, tamen re vera magis communis opinio est pro affirmatiua, & hæc opinio amplèxa est Rota Rom. decif. 16. part. 2. Diuersor. vbi dicitur quando alienatio vertitur in vtilitatem Ecclesiæ, potest fieri non solum consanguineis, sed etiam extraneis, postea addit, & multo magis si cum solemnitate facta sit; ergo præsumitur alienationem vtilem, esse validam sine solemnitate, prout re vera illi Doctores quos allegat, concludunt. Item hæc opinio Rota magis specificè decidit in causa Romana domus 4. Nouembris 1592. coram Cardinali Mérica, vbi quod si alienatio fit vtili Ecclesiæ, etiā si sine solemnitate beneficiati facta fuerit non licet ipsi emptori recedere à contractu, ergo multo magis non licet Ecclesiæ, quia alienatio facta sub beneplicatio Sedis Apostolicæ habet tacitā conditionem si beneplicatum fuerit expeditum, & pèdente conditione, non licet alteri eam contractibus à contractu recedere, quia etiam venditio conditionalis est perfecta, ad effectum, vt altero inuito non possit dissolui, nec cessare §. item si res, & ibi glof. l. si quis viua ff. de per. & comod. rei vend. Paris. conf. 89. num. 9. vol. 1.

S Y M M A R I V M.

- 1 Omnes probationes sunt arbitrariae, & pendunt ex mero arbitrio Iudicis.
- 2 Dicta testium sunt benignè interpretanda, ne periu-rij reatu notentur.

An Iudex possit concordare dicta testium, data ipsorum imparitate in numero.

D E C I S I O C X C I I I.

QVotidie obseruatur in Curia Archiepiscopali Neapolit. quod concordantur dicta testium data ipsorum imparitate, nam licet de iure Iudex non possit dicta testium concordare quod in numero ipsorum datur imparitas, sed potius debet maiori parti stare, & secundum ipsorum dicta, ferre sententiam, quam opinionem tenet Innoc. in c. cum contingat de officio delegati, quem refert, & sequitur Bart. in l. 2. §. creditum ff. si certum petatur, vbi Fulgosius, Paulus, & Iason., sequitur Bald. in d. cap. cum contingat, vbi glof. ordinaria, & hæc est communis opinio, secundum Soccinum col. 9. in d. §. creditum, vbi Decius 1. lectura num. 9. & istam opinionem tenet Bart. in l. Gallus §. ille casus nu. 3. ff. de liber. & posthum. Imola in linter stipulante §. 1. ff. de verbor. oblig. vbi dicit quod hæc opinio feruatur in practica.

Sed contraria opinio videtur verior in puncto iuris, quia arbitrio Iudicis sepe relinquuntur quæta fides testibus adhibenda sit, l. 3. §. 1. ff. de rebus ex quo notat Paulus in l. admonendi num. 39. ff. de iure iurando, quod omnes probationes sunt arbitrariæ, & pendunt ex mero arbitrio Iudicis, &

fic debet intelligi tex. in l. 1. §. fed non vti que verfi, vt Papiñanus ff. ad Tertullianum. ibi facti queftio in arbitrio Iudicis eft, id eft probationes, & depofitiones teftium, & vide Alex. confil. 111. vol. 2. col. fin. & iftam opinionem contra Innocentium, & Bar. tener glofa in cap. fi teftes 3. quaft. 4. quam opinionem fequitur Soccinus, & Alex. in d. §. crediti, & fic eñ communior opinio in puncto iuris fecundum Alex. in d. l. Gallus §. ille cafus nu. 16. & dicit communem Felyn. in d. c. cum coningat nu. 6. quæ opinio confirmatur ex textu in c. cum tu fili de teftibus ibi, nos dicta teftium benignè
 3 interpretari volentes, ne periturij reatu notetur, & hæc eñ verior, & receptor opinio, & tradit duas communes Men. hæc controuerfiam vfu frequenter, cap. 30. artic. 7.

S Y M M A R I V M.

- 1 Citatio in quolibet actu requiritur.
- 2 Nouus Commiffarius, tenetur iterum citare partem abfentem.

Vicarius Nouus, an debeat iterum citare partem abfentem, & contumacem.

D E C I S I O C X C I V.

FVit dubitatum fi quando proceditur in contumaciam, quia fuit facta citatio per Vicarium ad omnes actus, iuxta filium nonnullarum Curiarum Ecclefiafticarum huius Regni, & exiftente reo contumace, & coningat mutari Vicarium, aliumque in eius locum fubrogari, an fcilicet debeat nouus Vicarius iterum monere, feu citare partem abfentem, & contumacem, & dicebatur, quod & fi regulariter citatio in quolibet actu requiratur l. de vno quoque ff. de re iudicata, c. cum olim de teftamentis, clement. paftoralis de fentent. & re iudicata cum fimilibus tribus vulgaribus, vt latè Mifing. qui plures limitationes ad fupradictam regulam congerit in centur. 6. obferuatione 22. & de Amat. Rot. Marchiz in decif. 100. id tamen locum non habere videtur in eo, qui fuit femel citatus à primo Commiffario, quia cum quomodo per primam citationem cõfecerat declaraffe fe nolle venire ad iudicium, non eñ iterum citandus, vt probatur in cap. cum qui de dolo, & contumacia in §. Bar. in Lex confenfu §. fin. ff. de appellat., & quod non debet amplius citari in proprijis terminis velle videtur Georg. Natra in Clem. fapè in verfam & fic de verborum fignificatione.

Cæterum fupradictis minimè fuffragantibus, contrarium fuit refolutum, quam opinionem tenuit Paul. de Caftro in Leditum ff. de iudicij, qui diftinguendo concordat opinionem Ioan. Andr. & Specul. contrarium fententium, & hæc opinio vifa fuit verior Sacro Cõflio Neapolitano, vt dicit Minad. in decif. 28. per quem fuit refolutum nouum Commiffarium teneri iterum citare partem abfentem, & contumacem, etiam facta prima

citatione ad omnes actus, quam fententiam antea fuerat fequutus Archidiaconus, in cap. caueant 3. quaft. 9.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sponsus poteft cogi ad contrahendum matrimonium, etiam fi fponfalia non fuit iurata.
- 2 Qui contrahit fponfalia fub conditione, fi ante conditionis euentum fponfam cognofcit, cenfetur recepiffe à conditione.
- 3 Ofculum aquiparatur copula.

Contrahens fponfalia fub conditione, fi dos fibi foluatur intra certum tempus, an fi pcedente cõditione folutionis dotis, puellam deofculatus fuerit, cenfetur conditioni renunciaffe.

D E C I S I O C X C V.

Contraxerat quidam fponfalia cum quadam formofa, & nobili puella, cum cõditione tamè fi intra certum tẽpus dos per eius patrem fibi foluatur, & nõ aliter nec alio modo cõgipcedente conditione fupradicta accessiffet ad domũ puellæ, eamque pluries deofculatus fuiffet, poftea adueniente tempore, cum dos fibi non perfolueretur, & ob id nollet matrimonij contrahere, pro parte dictæ puellæ inftitutum fuit in Curia Archiepifcopali, vt cogereretur iuuenis prædictus ad contrahendum matrimonium: fuit propterea dubitatum an potuiffemus de iure illum cogere poenis, & cenfurus, iuxta tradita communiter in cap. ex literis Siluani de fponfalibus vbi lo. And. num. 2. & Abb. Antiqu. num. 3. c. commiffum, & c. requiffi tun. 2. glo. fin. eod. titulo, vbi Doctores omnes, & vltra ipfos notat Boer. in decif. 22. & in conf. 40. num. 23. Ferrett. conf. 17. t. vol. 1. qui omnes concludenter tenent talem fponfum teneri ad perficiendum matrimonium, & quatenus refifteret, poffe excommunicari, prout fequitur Franc. March. in decif. 909. vol. 2. Truifim. decif. 9. par. 1. & Mart. in decif. Pifan. 179. qui text. licet loquatur de fponfalibus iuratis, nihilominus habet locum etiam fi iuramentum non interueniffet, Menoch. confil. 386. per totum vol. 4. Surd. conf. 364 num. 10. Riminald. in conf. 538. nu. 23. vol. 2. poft Goffred. Hoffm. & alios, quos allegat Couar. in Epitome de fponfalibus cap. 4. num. 3. poft alios quos refert Luchin. de Curt. in confil. 13. col. 3. inter confilia matrimonialia, & ratio refolutionis principalis articuli od quam fuit fic decifum in dicta Curia, fuit, nam fupradictus iuuenis cenfetur renunciaffe conditioni, & confequenter quamuis dos intra dictum tempus non fit foluta, nihilominus eñ cogendum ad matrimonium contrahendum, & moti fuimus per text. in cap. per tuas de conditionibus appofitis, vbi Summus Pontifex difponit, quod qui fub honefta conditione fponfalia contrahit, & ante conditionis euentum de fponfata cognofcit, à condi-

conditione recedit, cuius ratio est, quia per copulam confirmantur sponsalia de futuro, Butri. in cap. à nobis de desponat. impuberum, Stephanus de Caieta in repet. cap. ad limina nu. 101. & 103. 31. q. t. ex qua etiam copula apparet de eni- xia contrahentium voluntate, taliter quod recedi non possit, ut indicauit Rota Roman. in decif. 497.
 3 Non obstat quod text. in cit. cap. per tuas de conditionibus appofitis, loquatur de recessione à conditione per superuenientiam copulae, quia respondetur, oculum equiparari copulae quoad supradictum effectum, argument. text. & ibi glos. h. l. quod ait lex, §. quod ait ff. ad legem Corneliam de sicarijs.

S V M M A R I V M.

- 1 Paria sunt testes non inducere, & inducere inhabiles.
- 2 In criminibus occultis admittuntur testes, etiam si non sint omni exceptione maiores.
- 3 Quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur inimici cum adminiculis.

Duo testes inhabiles, & non omni exceptione maiores, an conuincant in criminibus occultis.

D E C I S I O C X C V I.

Magna fuit controuersia in Curia Archiepiscopali Neap. si an duo testes inhabiles, & non omni exceptione maiores conuincant in criminibus occultis, puta in crimine falsæ monetæ, concurrentibus alijs adminiculis, & dicebatur de iure esse expeditum, testes inhabiles ad testificandum non admitti, vt per Campeg. de testibus regula 7. in princ. & Iserniam in c. t. 6. Sacramenta, si de pace tenenda, qui dixit quod paria sunt testes non inducere, aut inducere, sed inhabiles, & propterea Anchar. in cap. 1. num. 1. extra de testibus, dixit, testes in dubio debere esse idoneos, fideles, & aptos ad deponendum, quod si non habebunt supradicta tria requisita totum negotium peribit, secundum Panorm. in c. cum l. & A. nu. 19. de fide Instrum. quem sequitur Igne. in l. ferui num. 103. ff. ad Syllanianum; quibus addo text. in cap. attestacione, ibi per idoneos testes extra de desponat. impuberum, & non esse generale in omni causa, & negotio, testatur Curius Iun. consil. 130. quem refert, & sequitur Bur. cōcl. 190. vol. 2. quod multo magis procedit in criminalibus in quibus nodum testes idoneos, sed etiam omni exceptione maiores requiri, voluerunt Bal. in l. fin. C. de probationibus, D. c. cōcl. 419. Alex. cōcl. 117. vol. 1. Francisc. Marc. decif. 185. par. 1. Cacher. decif. 65. num. 34. Peguera decif. 87. nu. 38. Nihilominus fuit dictum supradictam conclusionem minime procedere in delictis occultis, in quibus testes etiam inhabiles, & non omni exceptione maiores admittuntur, vt per Mascard. cōcl. 1359. & Gramaticum consil. 34. num. 7. vbi voluit quod in his, quæ à communiter accidentibus sunt claus.

& secretè, inhabiles, & non idonei, & qui alibi non admitterentur, habentur pro idoneis, & talis casu dicerentur testes omni exceptione maiores, idè probat text. in cap. tertio loco de probationibus, sequitur Alex. consil. 112. vol. 2. Decius consil. 342. nu. 3. & hoc maxima cum ratione, secundum Gabriel. de testibus conclus. 7. quia alias multa delicta defectu probationum, remanerent impunita, quod esset contra bonum publicum, cum delicta committantur magis occultè quàm sit possibile ad finem, vt dbari non possint, & Crauet. cōcl. 188. nu. 1. vol. 1. dicit quod in delictis factis de nocte, & in loco deserto, prout in casu nostro, admittuntur testes inhabiles, maxime cum iam probatum fuisset quod per alios non posset huiusmodi factum verificari, secundum Cappell. Tholof. decif. 4. Græ. consil. 45. nu. 10. vnde Cacher. in decif. 49. num. 42. vult, testes inhabiles admittendos, quando sumus in his delictis, in quibus veritas aliter haberi non potest, quod intelligit quando deponunt tantummodo de facto inquisiti, siue inculpati, vt in causa de quo verba facimus, secus autem si deponerent de aliquo facto proprio s. de eo, quod ipsi fecerunt, quia tunc eis non creditur, secundum Marfil. cōcl. 74. nu. 3. Gratum consil. 19. nu. 39. vol. 1. Gram. consil. 45. num. 14. & ita ex prædictis fuit decifum in dicta Curia, duos testes deponentes se vidisse quendam Clericum cudisse falsam monetam in quodam loco deserto, & in solito, inducere plenam probationem contra dictum Clericum, & consequenter ex depositione ipsorum fuisse conuictum, licet pro parte Clerici allegaretur dictos testes falsos, & esse eius inimicos, quia tamè vltra ipsorum depositionem concurrerant alia adminicula, scilicet quia sicut visus expendere falsam monetam, item quia pluries fuit diffamatus de predicto crimine, & tandem in ludo semper soluebat monetam falsam, Ex his omnibus fuit condemnatus per dictam Curiam ad remigandum per septem annos.

- 3 Non obstat, quod quando veritas aliter haberi non potest, non admittuntur inimici, vt dicit Arnon. in Solliloq. 53. adeo quod secundum Bertazzol. in cōcl. 528. nec in articulo mortis, nec in crimine læsæ Maiestatis, vel hæresis Iudex debet admittere testes inimicos, quando aliter veritas haberi non potest; etiam quod liberum haberet arbitrium, secundum Menoch. de Arbitr. Iud. q. 88. quia supradicta vera sunt, vbi non occurrant alia adminicula, vt in casu nostro.

Non obstat secundo quod in casibus in quibus testes inhabiles admittuntur non probant plenè, sed solùm faciunt qualem qualè probationem, vt dicit Aret. in capit. conuinctus colum. 1. in fin. de testibus Gram. consil. 59. num. 12. Alex. consil. 164. volum. 1. Hippol. consil. 31. num. 30. & Corfet. consil. 235. volum. 1. nam responderetur hoc verum esse quod inuermisilia deponeret, secundum Angel. in cōcl. 367. & Crauet. consil. 35. num. 6. quod non est decidendum in casu nostro.

S V M M A R I V M.

- 1 Alchymia, nihil derogat Maiestati Diuine.
- 2 Alchymia exercitium, non est peccatum nisi specialiter

Uter prohibetur?

- 3 *Prohibetur Alchymia ijs, qui aurum, vel argentum sophisticum, & adulterinum confingunt, fecus vero si aurum verum, vel probatum componatur.*

Clericus Alchymista, an fit dignus aliqua pœna, & an priuetur beneficijs habitis, & ad habenda inhabilis efficiatur.

DECISIO CXCVII.

FVit in Curia Archiepiscopali accusatus quidam clericus tanquam Alchymista, & fuit carceratus, vnde in expeditione causæ fuit dubitatum si esset puniendus, vel liberandus, & quia habebat quoddam beneficium: fuit etiam dubitatum si esset illo priuandus, & inhabilis declarandus ad habendum alia, & dicebatur q̄ Summa Angelica in verb. Alchymia inuehitur contra istos Alchymistas, & acriter reprehendit illos, dicens: eorum artem illicitam esse, contra publicam vtilitatem, & propterea esse ipsos puniendos, pro vt etiam disponit text. in extrauag. spondent de crimine falsi, vbi Alchymia prohibetur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes.

- His tamen non obstantibus contrarium fuit resolutum, ex eo quod Alchymia nihil derogat **Majestati;** atq; omnipotentia Dei, cum Alchymista arte imitetur naturam ex metallo vili, aliud precipitius confidat virtute herbarum, & lapidum, seu naturalium qualitatium, accedente celestium corporum influxu, quod proculdubio naturaliter fit ex similitudine, quam inueniunt metallis habere consuevit in habentibus enim symbolum fit facilius transitus, Oldr. in conf. 74. vbi refert S. August. sic tenuisse, Abb. in c. 1. de sortileg. Canonice in c. nec mirū 16. q. 1. vbi habetur quod fuit in rebus corporeis virtute elementorum quædam feminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atq; causalis, prorumpit in species debitas, quem text. ad propositum nostrum inducit Martin. in sua margarita decreti in verb. Alchymia, & eandem opinionem sequitur Ioa. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de crimine falsi, & Ioa. de Anan. in d. c. 1. de sortileg.

Non obstant in contrarium adducta; & primo Angelica in sua Summa in verb. Alchymia, quoniam reprobat eius rationes per Syluest. & T3 bien. in eorum Summis eodem verbo, & ad singula eius rationes respondent, qui etiam tenent nõ esse peccatum Alchymia artem exercere, eamq; licitam esse communiter DD. tenere inquit Add. ad Angel. loc. cit. quod tamen est intelligendum nisi speciali lege prohiberi contingat.

- Non obstant secundo, text. in extrauag. spondent de crimine falsi, quia ibi notatur, & prohibetur Alchymia ijs, q̄ aurum, & argētum sophisticum, & adulterinum confingunt, non autem eis qui verum aurum, atque probatum componunt, pro vt in casu decisionis nostræ.

S V M M A R I V M.

- 1 *Copia copia non facit fidem, quod limitatur quando pars suis citata, & nihil contra eam suis oppositum.*
 2 *Quando in termino citationis opponuntur generalia contra, remanet saluum ius opponendi quando-cumque.*
 3 *Instrumento minus solemnè est credendum quando apparet secundum illius tenorem obseruatum, subsic.*

Copia copiarum producta in actis, an probet.

DECISIO CXCVIII.

- V**Vigata est iuris conclusio, q̄ scriptura priuata, & copia non habens requisita in c. 1. de fid. instrum. non probat, exemplo C. de prob. præferunt si extracta fit ex aliena scriptura, parte non citata, & sine Iudicis auctoritate, quo casu nullam potest fidem scire, c. fi. de fide instrum. vbi Innoc. & alij, Bart. Purpur. Curt. Iun. & alij in authent. si quis in aliquo C. de eden. Iar. Couar. pra. c. quæst. c. 21. nu. 4. Put. deci. 137. lib. 3. & si fit copia copiarum non probat, etiam quod a pluribus Notarijs sit extracta, Dec. in d. auth. si quis in aliquo num. 8. & etiam si illi Notarij attestauerit se vidisse originale, quia cum nemo illorum fuerit interrogatus, remanet nudus testis de auditu, Ias. in d. auth. si quis in aliquo num. 1. & Cagnol. ibi. num. 51. Curt. Inn. conf. 166. num. 3. vers. cum igitur, Socc. Iun. conf. 2. num. 1. lib. 1. id tamen limitauimus in Curia Archiepiscopali, quando copia fuit producta parte citata, & nihil contra eam fuit oppositum, tunc enim ibi standum est, secundum Mohed. in decif. 1. de fid. instrum. quia pars tacendo, illam approbasse videtur, nec debet audiri, etiam si postea vellet eam impugare, Felyn. in c. quoniam contra nu. 52. de prob. & in c. 2. nu. 31. in fi. de testib. Caputa. dec. 238. nu. 4. par. 1. & decif. 117. nu. 4. par. 3. Put. decif. 159. num. 2. lib. 2. & decif. 99. n. 2. lib. 2. & tenuit Rot. diuers. dec. 157. lib. 3. par. 3. vnde inoleuit praxis, & in termino citationis opponantur generalia cõtra, cum hoc casu remaneat ius saluum excipiendi quando-cumq; quod aliter fieri non posset, Vestr. in prax. lib. 1. c. fi. nu. 10. Caputa. dec. 313. nu. 1. & per tot. & dec. 330. nu. 4. par. 1. & dec. 278. & 279. par. 2. & ita intelligenda est decif. Putei 119. lib. 1. dum dicit, qd contra iura producta potest opponi semper ante sententiam in eadem instantia, quia hoc procedit vbi à principio fuerunt opposita generalia contra, alias fecus, quod præsertim locum habet post rem iudicatam, quia tunc talis proœlatio non suffragatur, licet obtenta fuerit restitutio in integrum, prout etiam fuit decif. in vna Bracharen. iuris patronatus, primo Martij 1602. coram Cardin. Seraphino, idem etiam dicendum si copia sit extracta in vno compulsibus, parte non citata, & sic nullius, postea in Curia producatur vocata parte ad dicendum contra, & nihil dicitur contra eam, quia tunc dicitur approbata, præsertim si pars citatur, Alex. conf. 185. in fi. lib. 6.

Rot. dec. 1. de fid. in strum. in nouis, Pute. d. decif. 159. nu. 3. lib. 2. & videmus in similibus, quod seruas pacta alicuius scripserunt, illam approbare videtur Calcan. conf. 22. nu. 8. & qui agit ex contractu, dicitur contractū ratificare, Dec. conf. 367. n. 3. cum similibus & fuit dictū in vna Perusina exequutionis 10. Martij 1595. coram Penia, & multo magis supradicta conclusio procedit quando concurrunt adimnicula, seu coniecturæ sufficientes ad inducendum animum Iudicis ad credendum exemplo, seu copie simplici, Caputaq. dec. 234. num. 2. & seq. par. 2. vt dicitur de fide foundationis iuris patronatus, quæ ex pluribus subsequentiis presentationibus quæ sortitæ sunt effectū adimniculatur sufficienter, vt ei standū sit, vt tenuit Rot. in vna Camerinen. iuris patronatus corā Card. Mellino de anno 1593. Hinc et Aym. conf. 1011. nu. 4. tenet

3. in strumento minus foliū, fidem esse adhibendā, quando sū illius tenorem appareat obseruati fuisse, & in vna Romana iuris patronatus corā Card. Blächetto die 3. Iunij 1594. fuit adhibita fides copie alterius copie foundationis iuris patronatus ex reg.istro sumptu. ex eo quod concurrerāt tres presentationes, quæ suam sortitæ fuerant effectum.

S V M M A R I V M.

1. Ecclesia gaudet immunitate, etiam si non fuerit perfectè constructa.
2. Pecunia destinata ad emptionem immobilium, censetur immobilis.
3. De proximo faciendum, habetur pro facto, quando id quod est faciendum, infallibile, & certum existit.

Superficies in qua impositus est primus lapis pro Ecclesia edificanda, an possit alienari absque solemnitatibus extrauagantis ambiciose.

DECISIO CXCI.

Destinauerat quis edificare Ecclesiam in quodam loco, & auctoritate Episcopi ibidem fuit impositus primus lapis, iuxta ritū Pontificalis, cumq; postmodum penitus esset fundator, & nollet amplius dictum opus construere, dictaq; superficiem alienare velle; fuit dubitatum an de iure potuisset id facere absq; assensu Apostolico, seu solemnitatibus extrauagantis ambiciose de reb. eccl. non alien. & q; non posset videbatur prima facie affirmatum, ex eo quod huiusmodi sui propositi haberi debet pro facto, c. magna de penit. dist. 1. & proinde iudicari debebat, ac si Oratoriū esset constructum. Destinatio enim habetur pro facto, l. si non C. de furt. & de proximo accingendus, habetur pro accincto, l. penul. ff. de mili. testam. cui conformis est tex. in litem legato 47. §. 1. vers. vtroq; autem legato. ff. de leg. 3. & §. si. ad fin. in auth. vt exat. infra. dot. pro dato enim habetur quod iā paratum est, vt detur, & in l. si quis cū sciret in fi. ff. pro emptor. dicitur q; peritum reparatur id q; statim est perditum, & in l. si. de condit. & int. quod deficit conditio, quam constat statim de-

cturam, eademq; regulā pulchrè exornat Marfil. sing. 106. qui de proximo, & in repet. l. vnic. n. 92. & seq. vers. facit præterea C. de rapt. virg. & pro hoc facit etiam, quod immunitas procedit etiam si ecclesia nedum fuerit perfectè constructa, quia sufficit quod sit locus destinatus ad edificationem alicuius ecclesie, & ibi fuerit primarius lapis per Episcopum impositus, voluerit Abb. Fely. & reliqui in c. ecclesie n. 5. de immun. eccl. & Rom. conf. 52. nu. 17. cum alijs, de quibus per Marium Ita. de immun. eccl. lib. 1. c. 4. §. 2. nu. 27. accedat vterius, quod in omnibus, generaliter destinatus habetur pro iam facto, vnde licet pecunia inter mobilia connumeretur, l. mouentium ff. de verb. signif. nihilominus si fuisset destinata ad emptionem immobilium, censetur immobilis, ratione destinationis, l. cetera ff. de leg. 1. Boer. dec. 109 Theaur. decif. 160. Rolan. in tract. de lucr. dot. q. 91. nu. 12.

Ceterum supradictis minime suffragantibus contrarium fuit resolutum in Cur. Archiep. nam fuit dictū supradictam superficiem potuisse alienari absque solemnitatibus extrauagantis ambiciose, cum non esset res ecclesie.

Non obstant contraria, & præsertim regula 3. illa, quod de proximo faciendum habetur pro facto, quia procedit quādo de proximo faciendum est infallibile, & certum, vt dicit Fely. in c. cum te col. 17. de rescript. de quo meminuit, & cum sequitur Tiraq. de legib. connub. nu. 28. Caball. resolut. 65. per tot. de Franch. decif. 449.

S V M M A R I V M.

1. Spoliator qui dolo derisit possidere, tenetur ad estimationem.
2. Cum non potest fieri restitutiono, debetur interesse, & estimatio.
3. In possessorio non potest fieri condemnatio ad estimationem rei, sed tantum ad estimationem possessionis.

Agens interdicto recuperandæ, si spoliator alienauit rem, de qua agitur, an condemnetur ad eius estimationem.

DECISIO CC.

Rector cuiusdam Ecclesie egit in Archiep. Curia Neapol. interdicto recuperandæ contra Curatum, qui in eadem Ecclesia curam exercebat animarum super restitutione cuiusdam aule, qua se spoliatum fuisse asserbat ad dicto Curato, per quem oppositū fuit ipsum iure licito dictam aulam possidere, prout etiam sui predecessores possederant, & in dicta possessione esse conseruandum; pretebat insuper esse reintegrandum in possessione alterius aule ad dicto Rectore alienatæ, spoliando de facto ipsum Curatum dum illam precario nomine detineret, & cum dubitaretur de ordine procedendi, & esset in materia spolij, ac vltimum spolum.

sem.

semper sit prius purgandum, & si spoliatus spoliatiue possideret, ex Seraphin. decis. 96. quia ante per conuentum non fuerat oppositum. per viam exceptionis, vt impeditur petitionem actoris, sed per viam recouentionis, & principalis petitionis fuit datus terminus super possessorio in vtraque causa, per c. cum dilectus, & cap. si de ordin. cognit. factis igitur hinc inde probationibus, dubitatur quis eorum esse reintegrandus, & si res de qua agebatur reperiretur alienata, an sequi debeat condemnatio ad eius estimationem, & dicebatur exploratissimi iuris esse. Spoliatorem qui desijt possidere, teneri ad estimationem, & interesse, l. i. §. rectissime ff. de vi, & vi arm. l. si vi me 2. & l. penult. ff. de ord. c. competent. §. si. ff. qui vi, aut clam, que iura locu habent etia si non dolo, vel culpa desijisset possidere, ratio est, quia culpa que preceit consideratur quando alienam possessionem occupauit, d. l. si vi me, ex qua fit, vt non restituendo, constituitur in mora, que actione perpetuat, l. si. ff. de condit. hirt. l. subtracto C. de sur. & l. i. C. de his que vi, metusque causa, & hoc ita verum est, quod d. l. dispositio procedit contra quemcumque spoliatorem, siue cum violentia, siue absqueinam dolum tantum requirit, d. l. si vi me, qui dolo iudicatur cum lex in penam prae cario detinentis restituere rem concessam restituere vltra rei restitutionem in eisdem estimatione faciendi, eum puniat. l. non ab re C. vnde vi.

Igitur dicendum est conuentum praedictu, qui non possidet, condemnari debere ad estimationem, & eo magis, quia dolo desijt possidere. l. cum autem ff. quod vi, aut clam, vnde ex libello in quo petita fuit restitutio rei, potest sequi condemnatio estimationis, ita communiter concludunt DD. posse conuentum condemnari ad estimationem, Specul. tit. de oblig. & solu. §. sequitur videre, vers. ad huius, relatus per Assil. dec. 23. quia quod non potest fieri formaliter, debet fieri arbitrio boni viri, Bal. in l. in testamento quidam ff. de condit. & demonst. & Bart. in l. si seruus §. si. ff. de verb. oblig. dicit, quod valet libellus si peto rem, vt postea sequatur condemnatio ad estimationem, cuius opinionem Alexan. ibi dicit esse communem, potest enim condemnari conuentus ad estimationem, quando non habet facultatem rei restituendae, sicut decisum fuit per Assil. d. dec. 23. & ita post alios tenet Vrsill. in d. decis. Assilomnino videndi.

Et praemissorum ratio est, quia in obligatione rem restitui, cum restitui fieri non potest, ex natura obligationis, estimatio, & interesse debentur, l. in re furui ff. de condit. hirt. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. n. 10. vbi ceteri DD. & ideo cum ipsa natura, & entitas obligationis pariant effectum estimationis, minime dici potest quod sententia estimationis fundata super libello petitionis rei sit no iure lata, vt fundus ff. commu. diuid. nam vt supra dictum est, venit ex natura obligationis, quauis ex alijs clausulis in libello appositis sublimari potuit, ex not. p. Maran. in sua prax. p. 4. dist. 9. & hec causa restitutionis estimationis, & interestis, est ita privilegiata, & gaudet eisdem prerogatiuis, prout ipsa causa

possessionis, tex. in l. si quis ad se fundum C. ad l. iul. de vi publ. vbi Bart. & Alex. in Apollinis, & iuxta hanc opinionem censuit Curia Archiepiscop. Neap. condemnando dictum Rectorem ad annum redditum Parocho restituendum, & ita cessit Rot. Rom. in vna Faustina bonorum mobilium 13. Februar. 1586. coram Seraphino, cuius tenor est.

Fuit resolutum non esse locum agendi, cum sententia condemnat ad restitutionem bonorum mobilium, & femouentium si extant, alias ad eorum valorem, & estimationem, nam licet etiam pro mobilibus competat remedium recuperandae vt per Socc. in l. rem que nobis nu. 13. & Rip. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 54. ff. de acquir. possitamen non potuit fieri condemnatio in possessorio ad eorum valorem, & estimationem, sed ad estimationem tantum possessionis, vt per Bal. in conf. 319. nu. 2. circa med. vers. praeterea lib. 3. vbi dicit sententiam, que in possessorio condemnat ad veram estimationem, pati vitiu formae, & hoc obseruatur in omnibus interdictis possessorijs, vt condemnatio fiat in id, quod interest, l. interdicto ff. de vi, & vi arm. l. si duo §. si. & ibi Bar. vbi possid. bene Menoch. in remed. 3. retinend. n. 86. & Contard. de momentan. possid. l. vnic. limit. 191. n. 2. facit optimè tex. in l. si mulier §. qui possessio, ne ff. de eo quod met. caus. no obstat quod pro validitate sententiae debeamus interpretari illud ad restitutionem bonorum, id est ad restitutionem possessionis, vt per Assil. decis. 77. nu. 5. quia dato quod hoc admittatur, tamen adhuc restat alia pars, que clarè citat de eoru estimatione, & ideo saltem hae forma est dubia, & praebet iustam appellandi causam ratione incertitudinis, prout non obstat dictum Abb. in c. conquereute nu. 13. de restit. spoliat. quem sequitur Bero. ibid. nu. 18. quod spoliatus potest agere ad interesse, & ad estimationem rei, quia eorum dictum est intelligendum secundum terminos huius materiae, scilicet ad interesse, & estimationem possessionis illius rei, de qua agitur, alias esset contra iura contrarium determinantia, & que constituunt inter interesse ratione possessionis, & estimationem rei differentiam, & ideo inualuit practica, vt in sententijs mere possessorijs pronuncietur super restitutione possessionis rei petite, non super estimatione rei, licet aliquando admittatur interpretatio ex narratiua, que citat in mero possessorio, quod fieri non potest in casu isto, ex quo non est restricta narratiua, cum habeat clausulam rebusq; alijs.

S Y M M A R I V M.

- 1 Episcopus habet fundatam intentionem super collatione omnium beneficiorum suae Diocesis, etiam si sint in ecclesijs collegiatis.
- 2 Collatio probari potest per testes, in beneficijs exigui valoris, & que non sunt in dignitate.
- 3 Beneficium reuocatur ad collationem Episcopi per extinctionem patronatus, potest ab eodem Episcopo iterum subijci alteri iuri patronatus.

Episcopus habet intentionem fundatam super collatione omnium beneficiorum suę Dięcesis, etiā in Ecclesijs collegiatis,

DECISIO CCI.

Fuit pluries dictum, Archiepiscopus Neap. habere intentionem fundatam super omnibus beneficijs suę Dięcesis, etiam vacantibus in Ecclesijs collegiatis, in quibus extat Rector, ex eo quod de iure communi Episcopus habet fundatam intentionem, ut ad eum spectet collatio beneficiorum existentium in sua Dięcesis, cum ex iniuncto in fi. de heret. in sexto, c. 1. de capell. monach. Roman. conf. 361. col. 1. Paris. conf. 34. in princ. lib. 4. & conf. 14. eod. lib. 4. Crauet. conf. 332. Cassador. dec. 1. in fi. de dilat. & dec. 4. nu. 7. de prob. Rol. à Vall. conf. 47. in princ. lib. 1.

Et connumeratur dicta collatio inter fructus, Tiber. Decia. respons. 6. nu. 16. lib. 2. qui fructus nisi adsint, collatio non habetur in consideratione, idem Decia. respons. 9. nu. 27. lib. 1.

Quę collatio facta ab Episcopo absenti valet, & tenet, nec potest dictum Episcopus penitere, Bero. conf. 4. nu. 44. lib. j. dūmodo dicta collatio p̄betur testibus, prout probari potest in simplicibus beneficijs nõ magni valoris, & quę non sunt in dignitate, Bal. in rub. de mand. A. post. 5. 1. vers. vltimo fallit.

Ampliatum primo, & multo magis predicta habere locum in Summo Pontifice, c. nouis, & c. qñ de his que sunt à Pral. Io. de Selu. de benef. par. 2. q. 2. num. 4. post Abb. in c. ecclesia nostra. et primo, de eccl. Menoch. conf. 90. nu. 13. lib. 1. quę collatio Summi Pontificis non indiget aliā cõfirmatione, Tiber. Decia. respons. 8. nu. 22. lib. j.

Et collatis beneficijs, gratia dicitur perfecta per expeditionem literarum sub plumbo, Bero. conf. 15. nu. 1. lib. 1.

Ampliatum secundo, id quod dictū est de Episcopo, quod habet fundatam eius intentionem in conferendis beneficijs sitis in eius Dięcesis, habeat locum etiam in alio inferiore ab Episcopo, habente iura episcopalia, & potestatem cõferendi beneficia, glo. in vers. Ordinarium in clem. 1. vt lit. pend. Rom. d. conf. 361. col. 1. Dec. conf. 117. col. 1. cõf. 12. col. 1. Rol. à Vall. d. cõf. 47. n. 2. lib. 1.

Ampliatum tertio quod Episcopus beneficium reuersum ad eius collationem per extinctionem patronorum, possit de nouo subijcere dictum beneficium alteri iuri patronatus. ita per multa argumenta deducit Menoch. conf. 90. nu. 15. vsque ad num. 32. lib. 1.

S Y M M A R I V M.

1. Contumax dicitur is, ad quem citationis notitia peruenit, & requiritur quod notitia verè ad eum perueniat, nec sufficit quod potuerit notitia versimiliter ad eum peruenire.
2. Qui post delictū m. ne citaretur personaliter, aufugit à loco delicti, dicitur versus contumax, & in sui odium habetur pro presente.
3. Delinquens ex citatione facta domi, potest banniri si non comparet.

4. Qui se absentat, & non dimittit procuratorem, eo ipso est in culpa.

Persistens in excommunicatione per annum ob contumaciam per binas citationes domi factas, an possit vt hæreticus condemnari.

DECISIO CCII.

Habetur in c. cum contumacia de heret. in 6. quod excommunicatus propter contumaciam in causa fidei, de qua erat suspectus, post annum damnatur vt hæreticus, quare cum quidam fuisset citatus ex causa fidei coram Inquirentibus, non quidem personaliter, sed bis domi, quia intra prædictum terminum non cõparuit, fuit ob contumaciam excommunicatus, in qua excommunicatione per annum cõtinuum cum persistit, dubitatur an propter hoc hereticorum poena esset plectendus, & an debeat audiri ad suam contumaciam, & suspensionem purgandam: In quo articulo vt dilucidius eius cognitio habetur, videndum est si talis sit verè contumaciam cognitio hoc plurius facillime peruenimus ad questionis decisionem, &

tionem, quia adhuc mediante affiftentia iuris communis dicitur ei acquifita quafi poffeffio indifferenter quoad omnes, quz manuteneri debet, vt tradit idem Verall. decif. 306. par. 1. vbi allegat Anto. de Butr. in c. fin. num. 46. de cauf. poffeff. & propriet. quod fecido locum habet etiam quando inferior allegat prefcriptionem, quia Ordinarius fufficit in poffeffione fubiectionis, ficut non, potest vt fua iurifdictione contra eum, quousque prefcriptionem probauerit, vt dicit Lopus in d. c. cum perfonz num. 4. verf. fecundo cafu per illum tex. in fi. fubdens hoc esse propter odium prefcriptionis, & propter iuris communis fauorem, cuius Lapi opinionem fequuntur, ibi Anchar. num. 6. in 12. notab. Gemin. in §. fi ve ro verf. fecundo cafu, Franc. in 3. notab. Soc. in c. recepimus num. 7. de priuileg. lib. 6. & fuit tenentur per Rot. in vna Salamantin. iurifdictionis 13. Aprilis 1581. coram Cantuccio, vt in decif. diuerf. 1. 45. par. 1. & in allegata Veronen. iurifdictionis coram Card. Pamphil. in qua Epifcopus agebat contra Decanum, & Capitulum, in quibus ex Conc. Trid. feff. 24. c. 1. de reform. prafervatur immemorabilis confuetudo cognofcendi caufas criminales, & matrimoniales; & fuit dictum, quod Epifcopus folus debebat manuteneri propter iuris affiftentiam in facultate exercendi dictam iurifdictionem, donec contra eum per tres conformes immemorabilis probaretur; imò funt qui dicunt fupradicta procedere etiam in Ordinario inferiore; nam huic quoque danda est manutentio, nulla probata poffeffione, quando habet iurifdictionem fundatam ex priuilegio, vel confuetudine, quz fit ita notoria, vt negari non poffit, fecundum Ioa. Andr. in d. c. cum perfonz in princ. vbi ita extendit illum text. & eum fequuntur Ibi Geminian. num. 4. Franc. num. 2. & Ancharan.

8 in primo notab. qui rationem reddit, quia notorium facti eundem habet effectum, quem habet notorium iuris quoad iurifdictionis exercitium.

9 Hinc est quod Epifcopus de iure communi habet intentionem fundatam, vt poffit visitare omnes ecclefias fubiectas, c. 1. §. hanc autem, & ibi Gemin. de cenf. lib. 6. Socin. de vifitat. col. 4. nu. 4. verf. decimo quazro, & fubiecte prefumuntur quazcumque exiftentes in fua diocesi, Rot. de vifitat. 186. nu. 1. par. j. diuerf. quinimò propria auctoritate visitare poffet etiam Ecclefias exemptas, quando non habet fpeciale exemptionem quoad vifitationem, cum exemptio à vifitatione non comprehendatur fub generali conceffione exemptionum facta ad fauorem alicuius ecclefie, Rot. diuerf. d. dec. 186. nu. 2. par. 1. Ead. Rot. decif. 2. de cenf. in antiq. Achill. de Graff. dec. 2. de exempt. 11. notab. quod fi ecclefia fit particulariter exempta quoad vifitationem, Epifcopus illam visitare nequit, nec aliam quoq; illi vnitam, cum ratione vnionis fortitur eandem exemptionem, & per confequens Ordinarius non potest clericos ibidem exiftentes corrigere, Achill. de Graff. dec. 1. de exempt. & decif. 15. de priuileg. Put. decif. 115. lib. 3. & tenuit Rot. in vna Pifcen. feu nullius iurifdictionis 7. Maij 1582. coram Gypfio, quz loquitur de Ecclefia Parochiali vnita cuidam Ab-

batiz Congregationis Caffinen. quz habet priuilegia ampliffima exemptionis; quinimo licet facultas vifitandi in fundatione, Prelato inferiori fit conceffa, non ob id cenfetur adempta facultas vifitandi tributa Epifcopo, ex difpofitione Concil. feff. 24. c. 9. & intelligi debeat cumulatiue, nõ priuatiue ad dictum Epifcopum, cõtra quem debet esse exprefe prohibitio, vt cenfuit Sacr. Congr. Concilij, & tenuit Rot. in vna Abulen. iuris vifitandi 10. Nouembris 1600. coram Ludouifio. 13 ratio est, quia iurifdictione data inferiori, in dubio cenfetur tributa cumulatiue ad Iudices ordinarios, non autem priuatiue, ifta est communis conclusio, quam tenent Bart. in l. t. c. de offic. Præf. vrb. Bald. in l. vnic. §. vbi autem nu. 6. C. de caduc. tollen. Ancharan. conf. 164. sub num. 5. verf. nec ex eo, quod populus, latè Roman. conf. 393. num. 1. cum nonnullis feqq. Paul. de Castr. in Liteman 12. sub num. 6. C. de testam. Iaf. qui communem dicit in l. quod in rerum §. fi quis post nu. 3. ff. de leg. 2. Fely. in c. pafioralis post num. 2. verf. regulariter videtur de offic. Ordinar. Dec. conf. 3. nu. 32. Ruin. qui de communi testatur conf. 7. num. j. lib. 4.

14 Quod adeo verum est, vt procedat etiam iurifdictione competat Prelato inferiori ex fundatione, vt fuit refolutum per Rotam in dicta Abulen. iuris vifitandi 10. Nouembris 1600. coram Ludouifio; & ita in occurrenti cafu fuit decifum in Curia Archiepifcopali; nam fuit dictum fuiffe nullam difpofitionem, feu testamutum cuiusdam mulieris, ob cuius vitæ integritatem, & fanctitatem fuerunt facte plures oblationes, ex quibus fuit erectum Monafterium, quod in testamento prædicto præcipere administrationem, vifitationem, nec nõ electionem Confessorum, protectionem dicti Monasterij fpectare ad Patres cuiusdam Religionis, excluso Ill. loci Ordinario,

S Y M M A R I V M.

- 1 *Conducens mulierem, libidinis causa de loco ad locum, raptus crimen committit.*
- 2 *Conducens puellam de vna camera ad aliam, et super lectum proievens, non est tamquam raptor puniendus.*
- 3 *Inueniens puellam cum bestis in campis, et eam abducens per aliquot passus, et eam carnaliter cognosceres, non est puniendus tamquam raptor.*
- 4 *Quod locum habet, etiam si puella non consenserit se rapti.*
- 5 *Rapiens Nouitium alicuius Religionis, tenetur pena raptus.*
- 6 *Mulier rapiens virum, est punienda pena l. vnic. C. de rapt. virg.*
- 7 *Vir rapiens virum libidinis causa, punitur pena d. l. vnic. e.*
- 8 *Statutum puniens pena capitis raptientem filium alicuius, non habet locum in filio rapti caritate pare.*

Rapiens Nouitium à Religione libidinis causa, a puniatur poena raptus.

DECISIO CCXIV

- R**aptus crimen cōmittit, qui mulierem libidinis causa, de loco ad locum cōducit, vt in casu in quo consuluit Barb. conf. 71. lib. 2. & Paul. de Castr. conf. 161. lib. 2. Alex. conf. t. lib. 3. Cepoll. confil. 57. & seq. Rimin. confil. 17. quod videtur pro maiori parte volu. 3. & confil. 5. eod. volum. Socc. lun. confil. 50. lib. 3. Crauet. confil. 18. & Roland. conf. 24. in 2. dub. lib. t. & dixi de loco ad locum, quia aliter non potest dici raptus, secundum omnes, & hæc conductio de loco ad locum debet esse ad effectum abducendi, non autem causa commodioris coitus, & ideo si quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & super lectum proiecerit, non est tamquam raptor puniendus, vt in facti contingencia consuluit Bertrand. confil. 39. lib. 6. idemque dicendum est in eo, qui puellam inuentam cum bestijs in campis, cepit, & per aliquot passus abduxerit, vt eam carnaliter cognosceret, vt pariter in facti contingencia consuluit Cuman. confil. 95.
- 4** quod locum habet etiam si ipsa mulier consenserit se rapti, & hoc siue ab initio, siue etiam ex post facto consenserit, & hanc opinionem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Alber. in l. raptos num. 7. C. de episc. & cler. testatur Clar. in §. raptus.

Quibus sic supra enarratis cum dubitaretur in

- 5** Curia Archiepiscop. si raptus iuuenem Nouitium cuiusdam Religionis teneatur pœna raptus, sicut resolutum quod sic; nam mulier raptus virum erit puniendâ pœna l. vnica. C. de raptu virginum, voluit Marfil. in dict. l. vnica. num. 213. quod idem tenent communiter Doctores, quos refert Anton. Gomez super l. 80. Tauri num. 37. & dicit Angel. in ea l. in fin. quod secundum hanc opinionem vidit Florentiæ comburi quandam meretricem, quæ adulescentulum rapuerat, & hæc etiam opinio practicatur in Gallia, vt dicit Papon. lib. 32. tit. 6. ar. rest. 3. & in proprijs terminis facit, quod vir raptus virum libidinis causa, potest puniri pœna d. l. vnica, secundum Salyc. in d. l. quem refert, & sequitur Ghirlan. in tract. de pen. omnifar. coitus cap. 10. num. 1. licet Bald. in d. l. vnica teneat contrarium, item raptus masculum Nouitium à Religione, capite punitur, Bald. in l. data opera num. 9. C. qui accus. non poss. & eum sequitur Ioan. de Anan. in cap. 6. de apostat. colum. t. Item adde si extraret statutum puniens pœna capitis raptentem filium alicuius, non habet locum in filio rapto carente patre, Ita Cin. l. in. C. de indict. vidu. toll.

S V M M A R I V M.

- 1** Corpora, seu cadauera punitorum, sunt sepultura tradenda, intellige prout nu. 2.
- 3** Corpora, seu cadauera punitorum, si sunt persona uilis, tradi possunt anathomæ.
- 4** Parochus habet intentionem sioniam, vt omnes Christi fideles sepeliantur in eius Ecclesia decedentes intra latus ius Parochiæ.

- 5** Inter ea, quæ sunt necessaria ad constituendum ius parochiale, adest etiam sepultura.
- 6** In quibus consistat ius parochiale.

Parochus, an possit prohibere ne cadauera punitorum alibi, quam in sua Parochia sepeliantur.

DECISIO CCXV:

- C**orpora, seu cadauera punitorum esse sepultura tradenda, non dubitatur, vt patet in l. j. & toto tit. ff. de cadaueribus punitorum, & de iure canonico est tex. in c. quæstium 13. q. t. & dicit Cassan. in Consuetud. Burg. fo. 94. post nu. 5. ita in Italia seruari, quamuis in Gallia seruatur contrarium, & malè, sequitur Clar. in §. fin. q. 100. quod intellige habita prius licentia à Iudice, alias enim non solent deponi, neque tradi sepultura, & ita declarat communiter Doctores, vt dicit Anto. Gomez. cap. 14. delictorum n. 8. prout etiam seruatum fuit in Sacramentissimo Corpore Saluatoris nostri, qui de licentia Pilati Præfidi fuit à cruce depositus, & traditus sepultura, Ioan. 24. & quod licentia Iudicis requiritur, videtur est Rip. in tract. de pœn. tit. de remed. præfidi contra pœnem nu. 143. refert, & cōprobat ex alijs Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caf. 185. nu. 10. qui tamen num. 5. tenet Iudicis arbitrio tribuendum qui sua prudentia considerare debet familiam, conditionem, & dignitatem, nam si vilis, & deploratæ conditionis sint, tradi possunt anathomæ.

- Quibus sic supposito fuit resolutum Parochum habere intentionem fundatam, vt in eius Ecclesia sepeliantur omnes Christi fideles, intra limites suæ Parochiæ decedentes, ita Bal. conf. 61. nu. 7. & seq. Rub. conf. 17. inter ea enim quæ sunt necessaria ad constituendum ius Parochiale, adest etiam sepultura, & sacris de sepulturis, vnde Abb. in rub. de Parochiis nu. 2. refert ius Parochiale consistere ex sequentibus. Primò, vt Parochiani diebus festiuis audiât Missam in Parochia, c. 1. eod. tit. Secundò, vt Sacramenta percipiatur in dicta Ecclesia Parochiali, seu à presbytero Parochiali. Tertio, vt Parochianus ibi sepeliatur cōmissis de penitent. clem. dudum §. verum de sepulch. Quarto in præstatione decimarum personalium, c. quasi 16. q. 1. Quinto, in oblationibus faciendis, c. omnis christianus de consec. dist. 1. licet sepultura, siue actus sepeliendi non arguit Ecclesiam curatam, cum sine cura possit Ecclesia habere cimiterium ex consuetudine, vel ex concessione Episcopi, Federic. de Sen. conf. 135. nu. 2. Gambar. de offic. & potest. leg. de later. sol. 148. nu. 18. Hostien. in cap. quia nonnulli col. penult. ver. f. quid si aliquis, & ibi Joa. And. pariter col. penult. eod. ver. quid si aliquis, Burr. nu. 10. Card. q. 11. de cleric. non residentibus quæ decisio procedit inspecto iure communi de consuetudine verò dicendum est, quod in quolibet loco seruari potest consuetudo rationalis, & præscripta, quæ ibidem viget.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici filij Doctorem non condemnantur ad tritremes, sed relegantur in Curia Archiep.
- 2 Filiorum appellatione, nepotes continentur.
- 3 Causa proxima, & immediata in omni materia est inspicienda.
- 4 Pater si amiserit dignitatem, nepos non poterit eam habere ex persona Aui.
- 5 Transmissio fieri non potest, ubi persona media, per quam fieri debet est inhabilis ad transmittendum.
- 6 Nobilitas procedit ex patre tantum, non ex matre.
- 7 Origo Patris non Aui, inspicienda est.
- 8 In Nobilitate tria requiruntur.
- 9 Nobilitas sine facultatibus, ludibrio est, & conferri non potest.
- 10 Diuitia nobilitant hominem.
- 11 Doctorem dicitur magis nobilis, quam ille, qui est nobilis genere.
- 12 Advocatus nobilis auget suam dignitatem.
- 13 Doctorem praefertur Nobili simpliciter.

An clerico habenti Avum Doctorem, possit infligi pœna ignobilium.

DECISIO CCXVI.

- S**ERUATUR in Curia Archiep. Neap. quod clerici filij Doctorem non condemnantur ad tritremes, sed relegantur, vel carceribus mœcipantur, vel in exilium mittuntur, aut condemnantur ad ministrandum infirmis in aliquo Hospitali, & hoc ex doctrina Pastorem. in c. grauem. de penitentibus, Felyn. in c. pastoralis de off. deleg. quare fuit dubitatum, an idem censendum sit in clerico nepote alicuius Doctorem, & videbatur prima facie, quod sic, filiorum enim appellatione, nepotes etiam continentur, I. filiorum ff. de verb. significat. Trentacinq. in tract. an. & quâdo liber. q. 27. num. 12.
- Cæterum fuit contrarium decifum, causa enim proxima, & immediata in omni materia est inspicienda, I. vxori fidei aur. & argen. leg. cap. de cætero de homicidio, latè Tiraquell. in tract. cessante causa in princ. vnde si pater amiserit dignitatem, nepos non poterit eam habere ex persona Aui, vt notabiliter voluit Crauet. in cõf. 163 Turret. conf. 12. Alban. conf. 8. n. 6. & seq. & est ratio, quia transmissio non potest habere locum ubi persona media per quam fieri debet, est inhabilis ad transmittendum, secum dum Crauet. citato loco, & Tepar. lib. 2. variar. sentent. verb. nobilitas, vnde dicit Papon. lib. 5. tit. 4. arrest. fin. nobilitatem procedere ex patre tantum, nulla habita consideratione materni generis, Bartholom. de Capua singul. 72. ubi voluit, quod quis dicitur nobilis si pater eius nobilitate vixerit, licet Avus rusticus fuerit, origo enim Patris, non Aui inspicienda est, Ioa. Andr. in cap. 1. de priuileg. in sexto, & proinde tex. in c. cum nullus de temporib. ordin. volens quem ordinari ab alieno Episcopo

- procedit in origine Patris, non Aui, vt pulchre censuit Rot. teste Casare de Grass. in decif. 5. de probat. addebatur supradictis quod Cassan. in Confuetud. Burgund. rub. 4. §. 19. glof. 2. num. 4. dixit quod ad hoc, vt quis dicitur nobilis tria requiruntur, nempe quod sit nobilis natalibus, honorum luce conspicuus, & diues in patrimonio, nobilitas enim sine facultatibus ludibrio est, & conferri non potest, & est tamquam fides sine operibus, vt dicit Sols in Commentar. ad 10 Confusiones Sabaudia glof. 2. tit. de nominatione, diuitia enim nobilitant hominem, quia per diuitias vilitas personæ tegitur, Cassan. loco supra cit. nu. 3.
- Non obstat quod Doctorem dicitur nobilis, imò dicitur magis nobilis, quam ille qui est nobilis genere, quia Doctorem est dignitas, Gaspar Gaball. milleloqu. §. 40. Iacob. Puteus decif. 1. 2. 6. lib. 1. vide Petr. R. oyz. decif. 4. Rot. Lituan. num. 240. in decif. diuerf. Cassan. in Confuetud. Burgund. tit. des droict. rub. 4. §. 19. glof. 2. & Aduocatus nobilis auget suam dignitatem, idem Pat. 13 pon. arrest. 225. lib. 5. tit. 11. Doctorem quoque praefertur nobili simpliciter, Put. dec. 126. lib. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Delictum non potest probari, nisi testibus omni exceptione maioribus.
- 2 Testes inhabiles si producuntur, Iudex ex officio repellere potest, etiam parte non opponente.
- 3 Edictum de testibus, regulariter est prohibitivum.
- 4 Omnes admittuntur ad testificandum, nisi qui expressè reperuntur prohibiti.
- 5 Consanguinei, vel affines admittuntur ad probandum innocentiam sui consanguineis inquisiti.
- 6 Testimonium matris admittitur in fauorem filii.
- 7 Compater, qui est affinis, dicitur testis idoneus, & omni exceptione maior.
- 8 Compater potest testimonium ferre pro eo, quem de sacro fonte leuauit.
- 9 Testes minus idonei, & inhabiles, qui alius non admitterentur, in his, que à communiter accidentibus sunt clam. & secreta, habentur pro idoneis.
- 10 Testimonio domesticorum statuit circa ea, qua fiunt in domo.

Nouerca, an possit deponere in fauorem sui priuigni.

DECISIO CCXVII.

- V**ERA, & indubitabilis est apud omnes conclusio illa, delictum non nisi testibus omni exceptione maioribus probari potest, iuxta latè tradita in cap. sciatis cuncti de probatione, Alexan. conf. 90. nu. 7. & seq. vol. 1. Clar. §. si. q. 24. Franc. Marc. dec. 286. par. 2. quod adeo verum est, vt si testes inhabiles producuntur, Iudex ex officio repellere tenetur, etiam parte non

opponente, vt notabiliter dixit Corfet. in singul. j. & propterea dubitatum fuit in Curia Archiep. si testimonium Noueræ in fauorem fui prouigni edictum admittendum, & quæbatur quod sic, cum edictum de testib. sit regulariter prohibitorium, & consequenter omnes admittuntur ad testificandum, nisi qui expresse reperiantur prohibiti, l. 1. ff. de testib. l. Mutus, vbi Bal. & reliqui ff. de procurat. vnde cum non reperiat in iure prohibitorium, recipi Noueræ testimonium; propterea

3 satendum erit esse admittendum, nam consanguinei, vel affines admittuntur ad probandum innocentiam sui consanguinei inquisiti, Boer. decif. 165. Rot. Gen. dec. 38. num. 1. Gramat. decif. 34. n. 14. & in fortioribus terminis ad hoc facit tex. in c. super eo de testib. vbi matris testimonium admittitur in fauorem filij, Capell. Tholof. in decif. 3. Triuis. in decif. 10. par. 1. igitur & Noueræ testimonium admitti debet, quandoquidem alij consanguinei, & affines admittuntur secundum Bar. 10 l. 3. ff. de Carboniano edito. Rot. Percus. in decif. 55. Mart. decif. Pisan. 60. Addebat etiam supradictis quod Computar epam, qui est affinis dicitur testis idoneus, & omni exceptione maior. Gou. l. Pap. ff. 990. Crauet. conf. 169. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 100. vnde la fin 6 penales nu. 68. de action. notabiliter dixit

8 Comparere posse testimonij ferre pro eo, quem de sacro sohreleuauit, item dicitur in dubio a fini esse credendum, vt voluit Alex. conf. 23. vol. 1.

Et sic statibus supradictis Curia Archiepisc. censuit esse admittendam depositionem dictæ Noueræ, ad quam decif. fundandam moti fuimus,

9 ex eo quod testes minus idonei, & inhabiles qui alias non admittuntur in his que à communiter accidentibus sunt clam, & secreta, prout in casu de quo verba facimus, habentur pro idoneis, Gram. decif. 34. nu. 37. nam testes minus idonei, si veritas aliunde haberi non possit, quandoque recipiuntur, Franc. Marc. decif. 1167. & in dec. 94. par. 2. & Rot. Genus decif. 135. Ofate, decif. 79. nu. 41. sicut

10 à simili communiter tradunt in domesticis, quorum testimonio statur circa ea que fiut in domo, Benint. dec. 43. nu. 3. Menoc. de arbit. q. 73. n. 31.

S V M M A R I V M.

1 Testes inhabiles admittuntur in delictis, in quibus aliter veritas haberi non potest, & nu. 3.

2 Testes minus idonei, & inhabiles, qui alias non admittuntur, in his que à communiter accidentibus sunt clam, & secreta, habentur pro idoneis, & nu. 13.

3 Testimonio domesticorum statur circa ea que fiut in domo.

4 In probatione rei, que de sui natura est difficilis probationis, testes inhabiles admittuntur.

5 Testibus etiam minus dignis Iudex debet adhibere fidem, quando verisimilia deponunt.

6 Testimonium testis inhabilis, facit presumptionem.

7 Testes inhabiles si producuntur, Iudex ex officio repellere potest, etiam parte non opponente.

8 Rem non posse per alios testes probari, qualiter intelligatur.

10 Testes inhabiles admittuntur in subsidium, quando ex natura facti alij testes haberi non possunt, & nu. 11.

11 Et quomodo procedat, & intelligatur, & quando inhabiles non admittuntur. nu. 14.

Rem non posse per alios testes probari, qualiter intelligatur.

D E C I S I O C C X V I I I.

1 **C**Errum, & indubitatum est in iure, testes inhabiles esse admittendos in delictis, in quibus veritas aliter haberi non potest, sed quando hoc dictum procedat, vide Ofate, dec. 79.

2 nu. 49. nam testes minus idonei, & inhabiles qui alias non admittuntur, tñ in his que à communiter accidentibus sunt clam, & secreta, habentur pro idoneis, Gram. decif. 34. nu. 37. nam testes minus idonei si veritas aliunde haberi non possit quandoque recipiuntur, Marc. q. 1167. fallit vt ibid. nu. 9. vide eundem q. 94. par. 2. & Rot. Gen. decif. 195. & de domesticis quod admittuntur ad testificandum circa ea, que fiut in domo, vide Benint. decif. 43. num. 3. & 70. Menoch. de arbitrar. quæst. 73. num. 32. & in probatione rei, que de sui natura est difficilis probationis, quod testes inhabiles admittuntur, Rot. Genus, decif. 36. nu. 5. idem circa ea, quæ fieri solent intra parietes domesticas, & similia, Rot. Genus, dec. 77. & 130. post Bart. in l. lex que tutores C. de administ. rueri,

6 hinc est quod testibus etiam minus dignis Iudex debet adhibere fidem, quando verisimilia deponunt, Ioseph Ludou. in decif. Lucana 3. num. 31.

7 Benint. in decif. 67. vbi testimonium testis inhabilis facit presumptionem, & in supradictis casibus etiam vilius personis esse credendum, scribit Franc. Marc. in dec. 485. num. 10. licet absque tortura minus illis credatur, secundum Narr. cõsil. 666. & ad supradicta quod quod notabiliter voluit Corfet. in singul. 1. vbi testes inhabiles extra

8 casus supra congestos si producuntur, Iudex ex officio repellere tenetur etiam parte non opponente; his sic positis cum fuisset pluries dubitatum

9 qualiter intelligatur rem non posse per alios testes probari, fuit dictum quando ex natura negotij alij testes non poterunt occurrere actus, & potenter, ita Narr. conf. 394. num. 7. Tapatlio. 3. v. riar. sententiar. verb. testis, Clar. 4. fin. quæst. 126. quod

10 nu. 19. ponit regulam, quod quando ex natura facti alij testes haberi non possunt, tunc in subsidium testes inhabiles admittuntur, ne delictus

11 probationum defectu, impunita remaneant, hinc est quod quando ex natura facti alij testes haberi non possunt, admittuntur testes, qui alias prohibentur, quam dicit esse communem Dec. consil. 341. num. 8. bene verum est quod Anton. de Bur. 13 in c. tertio loco de probat. dixit hoc intelligendum esse, vt procedat quod neque actus, neque habitus potest veritas delicti alter haberi, & sic secundum eum non sufficit, quod non adsentiat alij testis, sed opus est etiam, quod adsentiat non potuissent, & hoc dictum reputat singulare Marfil. sing.

fig. 73. vbi ait hoc effe menti tenendum, quia quoni die occurrit de facto, & quod ipfe alias fecit reprobare testes minus idoneos, quem post alios refert, & fequitur Rolan. conf. 24. nu. 67. lib. 1.

Licet fecundum aliam opinionem ferueret contrarium, fed certe apud nos vidi pluries feruati opofitum, & iudicio meo melius; nam ratio propter quam Doctores monentur, quae est difficultas probationis, ita militat quado certum est alios non adfuisse, prout quando adesse non potuerunt, & in huiusmodi cafibus vbi certum est, aut etiam verifimile alios non adfuisse, Curia folet fidem adhibere testibus inhabilibus, fi non ad condemnandum poena ordinaria, faltem ad infligendam poenam extraordinariam, vel ad torquendum, & ita tenes; nam satis est, quod a communitate accidentibus alij testes haberi non poffint, nec est neceffarium, vt imppofibile fit alios testes haberi, Zaf. conf. 2. num. 60. vol. 2. Gramm. decif. 34. num. 7. vbi dicit, quod in his quae communitate accidentibus fiunt clam, & feerete, inhabiles, & non idonei, & qui alios non admittentur, haberentur pro idoneis, & tali cafu dicerentur testes omni exceptione maiores, tex. in cap. tertio loco de probat. Dec. in conf. 343. nu. 3. & Alexand. conf. 112. volum. 2. & in conf. 152. num. 15. volum. 5. vbi ait, quod dicitur testes inhabiles non admitti, quando ex natura actus alij potuerunt interuenire, procedere quando quis in culpa fuit eos non adhibendi, vt in matrimonio, vel fimili cafu, fecus vbi nulla culpa potest imputari, puta quando quis fuit vulneratus coram testibus inhabilibus, tunc enim fufficere debent, & fequitur Gramm. in conf. 26. num. 27. & Rimin. Iun. in confil. 360. num. 88. cum feq. volum. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 *Monitoria poffunt impetrari contra testes pro fcienda veritate, pendente caufa coram Iudice feculari, & maxime quando testes ignorantur.*
- 2 *Quando aliqui non poffunt probari, fit monitorium generale.*
- 3 *Epifcopus potest ad inflantiam cuiusq; concedere monitoria, etiam pro re furua.*
- 4 *Monitoria non funt concedenda, fi funt infamatoria alicuius particularis perfona.*
- 5 *In monitorijs nunquam nominatur perfona, quae praefumitur rem detinere, fed cum modestis dicitur quicumque fciverit apud quem reperiantur talia bona.*
- 6 *Monitoria non conceduntur, fi funt criminofa, continent delictum alicuius, aut copia efferat cognoscenda Iudici laico, coram quo lis vertitur.*
- 7 *Reuelationes ex caufa litterarum monitorialium factae, non proficiunt agenti in criminalibus, fed tantum in civilibus.*

Reuelationes vigore litterarum monitorialium factae, an proficiunt agenti in iudicio caufarum criminalium.

- 1 **P**endente caufa coram Iudice feculari potest impetrari monitorium contra testes pro dicenda veritate, praecipue quando testes ignorantur, Franc. Marc. in dec. 835. par. 2. Egid. de Magistr. tra. de appell. c. 10. Crauet. conf. 151. nu. 5. & feq. Sol. in comment. ad conf. Sabaudiz fol. 171. in tit. vt nemo inuitus, quando enim aliquid non potest probari, fit monitorium generale, vt faltem quis rubore fuffufus pro latenti exitu fatifacere compellatur, idem March. lococit. nu. 2. maxime de quibus no potest haberi plena probatio, Papon. lib. 8. tit. 7. arref. 12. & idem Franc. Marc. in dec. 803. Prob. in c. 2. de confir. Neuzan. in Silu. nupt. in verb. monitorijs, & colligitur ex Conc. Trid. feff. 24. can. 3. licet Nau. conf. 10. nu. 1. de offic. Ord. afferat melius fore Epifcopos, fi ad detegendum delicta caueantur a dicitis monitorijs, fed procedant iuxta c. inquisitionis de accus. quare fuit dubitatu in Cur. Arch. Neap. an reuelationes receptae vigore litterarum monitorialium, proficiunt agenti in iudicio criminali, & prima facie videbatur quod fic, ex eo qd Epifcopus folet ad inflantiam cuiusq; concedere monitoria, Pöller. in pract. crim. cano. fol. 119. nu. 27. Socc. conf. 302. lib. 4. vnde Iudex ecclefiafticus potest concedere monitorium pro re furua, Clar. 5. fi. q. 27.

Ceterum contrarium fuit refolutum, nam monitoria non funt concedenda fi funt infamatoria alicuius particularis perfona, Silu. Nupt. & Prob. vbi fupra ex c. 1. cum feq. 5. q. 1. vnde in praxi nunquam nominatur perfona, quae praefumitur rem detinere, neque dicitur in monitorijs quicumq; fciverit fuffie talia bona furto fubtracta reuelent, vel quis talia bona iniuste detineat, fed tantum cum modestis dicitur quicumq; fciverit apud quem reperiantur talia bona, vel quis ea acceperit reuelet, vel detinere restituant, hinc est quod non conceduntur monitoria fi funt criminofa, Bar. in l. Marcellus ff. rer. amot. Bal. conf. 822. vol. 2. Felv. in c. ad noftram nu. 7. de iur. iura. Neuz. Prob. & reliqui in loc. fupra cit. & propterea denegantur fi contineant alicuius delictu, maxime fi copia efferat confignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, Felv. in loc. cit. vnde fua Nouillimu in fua prax. c. 1. n. 7. quia aliquando reuelationes no continet aliquam criminalitate, fed illas obtinentes vtuntur ipfis in criminalibus; folet Vicarius Neap. quando concedit copiam reuelationis imponere poenam excommunicationis latae fententiae parti, & Iudici, fi dicitis reuelationibus vtantur in criminalibus, licet concedantur quando coram Iudice laico agitur de negotio civilis, nifi contineat scandalum, vt euenit in anno 1600. nam quidam haeres agebat contra legatarios coram Iudice laico, vt prius reuerat legato, quia maledixerat animae testatoris, iuxta l. fi inimicitia ff. de is quibus vt indign. & peccabat dicitis haeres monitoria contra fcientes aliquem ex legatarijs talis testatoris maledixiffe eius animae, quae non fuerunt conceffa, quoniam non poterat negari quoniam contulerent magnum scandalum.

- 1 **P**romissi de quibuscumque beneficiis curam animarum habentibus, tenentur infra duos menses facere fidei professionem in manibus Episcopi, vel eo impedito coram eius generali Vicario.
- 2 **P**romissi de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, tenentur infra duos menses facere fidei professionem coram Episcopo, seu eius Officiali, & etiam coram Capitulo, & pœna prædictorum, num. 10.
- 3 **C**ontrarium fertur decisum, & redditur ratio ibid. & num. 6.
- 4 **M**ore purgatio, cum actum aequitatis concernat, semper est admittenda.
- 5 **M**ore purgationis tempus, relinquitur arbitrio Iudicis.
- 7 **L**ex non obligat ignorantem.
- 8 **A**lienas res Ecclesiæ sine solemnitatibus requisitis excusatur ob ignorantiam.
- 9 **I**gnorantia iuris, aliquem non excusat, & quomodo intelligatur.
- 11 **O**dia, & pœna sunt restringenda.
- 12 **A**bsens causa studij, potest percipere fructus de beneficiis.
- 13 **A**mpliatum non solum in vacante studio Theologiae, vel Canonum, sed etiam legum Civilium, & Grammaticæ.
- 14 **A**bsens causa studij, non dicitur abesse, sed habetur pro præsentie.
- 15 **C**oncessa licentia ad studium, dicitur concessa etiam ad fructuum perceptionem.

De Pœna Parochi omittentis fidei professionem, & de causis, ex quibus veniat excusandus.

DECISIO CCXX.

- 1 **E**T si promissi de quibuscumque beneficiis curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel eo impedito coram generali eius Vicario, seu Officiali, & promissi de canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu eius Officiali, sed etiam coram Capitulo professionem fidei facere tenentur infra duos menses ad minus à die adeptæ possessionis, alioquin fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur, ex decret. Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 12. verò promissi etiam, & tradunt Fuscus de visitat. lib. 1. c. p. 5. nu. 15. & lib. 2. cap. 3. nu. 4. Paris. de resignat. benefic. lib. 8. q. 9. à nu. 131. & lib. 10. q. 9. Rodriguez in sua Summa in 1. tomo, c. 19. Zerula in sua prax. Episc. in verb. fidei professio, Sayr. in decis. 1. de Summ. Trinit. & sed. cathol. Nauarr. conf. 7. & 9. de iur. iuran. in casu nostro suit dubitatù, nù dictus Parochus admitti debeat ad faciendâ dictâ professionem, & sic reddi capax ad fructuum prædictorum perceptionem in futurum, & suit resolutù affirmatiuè.
- 3 **P**rimo, quia qui infra duos menses à die adeptæ possessionis professionem non emisit, tamen potest eam postea emittere, nam iste terminus

- duorum mensium, non ponitur ad finiendam obligationem, sed ad differendam executionem. & sic non finitur per lapsum ipsius, sed regula, cap. cum dilectus, vbi Abb. nu. 12. de dolo, & contumac. & l. celsus ff. de recepte. arbit. de qua per Nauarr. in Manual. c. 31. nu. 45. & ita in terminis docet idem Nauarr. in conf. 11. de iur. iuran. num. 1. Garz. de benefic. part. 3. cap. 3. num. 29.
- 4 **S**ayr. in d. decis. 1. num. 4. morz enim purgatio cum actum æquitatis concernat, vitique semper est admittenda, iuxta latè tradita per Thesaur. in decis. 79. Joseph. Ludouic. in decis. Perus. 90. & c. fin. de locat. & licet dicantur procedere infra modicum tēpus, intra quod possit quis morz purgare, q̄ modicum tēpus diuersimode à DD. fuit declaratù, & communis tñ opinio est, quod sit Iudicis arbitrarium, Ripa in l. in insulam, num. 35. vbi Niger nu. 100. Alex. nu. 15. ff. de verb. oblig. Dec. conf. 146. col. 2. Paris. conf. 108. nu. 4. lib. 1. cum alijs latissimè addatis per Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 7. lib. 2. centur. 1. & vltra eum Cephal. conf. 25. lib. 1. 2. amen Iudicè posse admittere purgationem morz, etiam post annum, tradunt DD. in d. l. in insulam, & Joseph. Ludouic. vbi supra.
 - 6 **S**ecundo venit talis Parochus excusandus ex causa ignorantie, vt tradit Nauarr. in conf. 3. alias 12. de iur. iuran. Sayr. in decis. 4. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic. vbi qui non fecit professionem fidei ob ignorantiam, val in ignorantiam, & dicti præcepti Concilij, excusatur, lex enim nunquam obligat ignorantem, c. eos de temp. ordinat. c. vt animarum de constit. lib. 6. cap. vt Apostolica, & c. si celebret de cleric. ex com. ministris. & hinc est, quod rex. in extrauag. ambitiose de reb. Eccles. non alienand. infigens pœnam alienantibus bona Ecclesiæ, absque solemnitatibus requisitis, non extenditur ad ea ignoranter alienantes, vel bonam fidem habentes, Nauarr. conf. 19. de reb. Eccles. non alienand. in nou. Sayr. in decis. 12. eod. tit. & ad plenum de alijs excusationibus, dixi infra decis. 22.
 - 9 **N**on obstat, quod est ignorantia iuris, quæ non excusat, c. ignorantia de reg. iur. in 6. Suarez de censur. tom. 5. disputat. 4. sect. 8. num. 18. Nauarr. conf. 7. nu. 2. & conf. 12. de iur. iuran. Paris. de resignat. q. 9. lib. 10. nu. 8. & 9. quia responderetur id procedere, quando esset ignorantia iuris clari, secus si esset dubij, vt hic, vt per Garz. de benefic. loco superius citat.
 - 10 **S**ed dato, quod professio fidei non fuisset facta, pœna istius Parochi non esset alia, nisi fructuum amissio iam præteritorum, ex verbis Concilij, ibi (nec illis possessio suffragetur) intelligitur enim de fructibus iam perceptis, non autem de percipiendis, vt in proprijs terminis resolutù Nauarr. in conf. 3. de verbor. significat. quem refert, & sequitur Sayr. in decis. 6. eod. tit. & idem Nauarr. in conf. 1. nu. 3. de iur. iuran. rectè ait, q̄ professio facta post dictos duos menses, non prodest ad quærendum fructus temporis præteriti, sed sic ad quærendum fructus temporis futuri, nã cum ipso iure amiserit, & non fecerit suos fructus temporis præteriti, intelligitur de decursis post lapsum duorum mensium, non vero decursis in ipsis duobus mensibus, & licet postea faciat profes-

professionem debent, eos tamen nō querit, ad l. qui res s. ar. ff. de solut. sequitur Paris. de resign. benef. d. q. 9. lib. 10. nu. 12. 13. & 14. Rodriq. in sua Summa to. 1. c. 19. n. 7. & Ledefm. in Summ. 2. par. tract. 1. c. 4. d. i. c. 1. 3. cuius tamen dictum non placet in eo quod ait, non facere fructus suos dictorum duorum mensium, nec ad in professione postea factam prodesse, quod tamen est omnino falsum nam siue faciat professionem postea, siue nunquam eam faciat, Concilium non priuat fructibus decursis illis duobus mensibus, sed in posterū decurrendis, maxime cum odia, & pēnz sint restringendz, c. odia de reg. iur. in sexto.

Et ita fertur cōsiliū Sac. Congr. cuius tenor est: Nec longissima nedū triennialis possessio prodest ei qui non emisit professionē fidei, quoad fructus percipiendos quāmdiu dictā professionē non emiserit, quam asserit Paris. q. 9. lib. 10. nu. 12. Rodriq. c. 119. n. 7. Ledef. loc. cit. in 4. & 7. difficul.

Est etiam aduertendum supradictō Parocho potuisse eius Superiorem licentiam impartire, vt valuisset causa studij abesse, cū eius ætas esset minor 30. annorū, prout ex declaratione Sac. Cōcil. potest præstari licentia, vt per Zerul. in sua prax. in verb. studium nu. 2. & consequenter cōcessa ei licentia, potest percipere fructus in absentia, cap. licet de præb. Abb. in c. iuz. de cleric. non resid. & Oldr. conf. 230. quod ampliatu procedere, nō solum in vacante studio Theologicz, vel Canonum, sed et legum ciuiliū, tex. est in c. cum ex eo de elect. in quo vigore illius Canonis, glo. ibi dicit procedere, siue in gramatica, siue in iure canonico, vel ciuili, vel in licentia Theologicz quis studeat, prout opinione tenet Archid. in c. de quibusdā 16. dist. sequitur Feder. de Sen. in conf. 146. rō est in propo. quia nō dicitur abesse, qui abest causa studij, sed habetur pro presente, l. Sciz Pamphilz ff. de fund. instr. l. quæritur ff. de leg. 3. c. relictum, & c. iuz. de cleric. non resid. & portio debetur tantum de fructibus beneficiorum, & prebendarum, & de massa communi, siue grossa, sed etiam de quotidianis distributionibus, quæ dantur presentibus, & interuentibus, Ludou. Bologn. in auth. habita C. ne filius pro patre n. 381.

Imo concessa licentia ad studium, censetur concessa etiam ad fructuum perceptionem, ita tenet Archid. in c. c. de quibusdā, & recte probari ex loco Concil. T. rid. sess. 5. de reform. c. 1. in s. reuert. Borrel. conf. 16.

Quibus sic supra firmatis fuit resolutū supradictū Parochum, ob supradictas cās esse excusandū.

S Y M M A R I U M.

- 1 In concursu creditorum in actione personali sunt praferendi habentes causam suauorabilem.
- 2 Legata pia ante omnia alia legata sunt soluenda, tanquam es alienum.
- 3 Legatum piū deducendum est ad instar dotis.
- 4 Vbi concurrunt legata pia, & non pia, integrè debent solui pia, absq; detractioe falcidiz.
- 5 Legata non debentur extra vires hereditarias.
- 6 Si aliquibus legataris soluantur, & alij non, datur repetitio collegataris, per rōnitionem iudicij, & procedit eam si inter collegatarios sit ecclesiastica, nam etiam legata pia dimittuntur.

Legata pia, an patiantur diminutionem, non existente hereditate sufficiente pro omnibus alijs legatis.

DECISIO CCXXI.

IN causa prædicta occurrente in Cur. Archiep. difficultatem faciebat per sententia negatiua conclusio illa: in cōkursu creditorū in actione personali esse praferendos habentes causam suauorabilem, vt probat tex. ad literā in l. priuilegia vbi glo. & communiter DD. ff. de priuileg. cred. Bart. in l. 1. nu. 4. C. de priuileg. dot. & in l. ex quibus C. qui potior in pign. & addebatu etiam quod legata pia ante omnia soluenda sunt, itaque es alienū, & de eo quod superest soluuntur legata non pia, ita in individuo scripserunt Oldr. conf. 200. Paul. de Castr. in l. si quis testamento s. apud Iulianum num. 5. ff. de leg. 1. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. p. 4. nu. 84. videtur etiam probari opinio ista à Tirraquel. in tract. de priuileg. piz. caus. priuileg. 72. probant expressè Bal. Nouell. in l. 1. nu. 471. ff. solut. matr. Surd. conf. 209. nu. 7. vol. 2. qui dicit legatum piū deducendum esse ad instar dotis, tanquā es alienū, imò dicitur aliqui, qd præcipua solutio fieri debeat loco piz, deinde alijs cōcurrentibus creditoribus, ex receptori sententia illius propositionis, vt si cōcurrant legata pia, & non pia, integrè solui debeat pia legata absq; detractioe falcidiz, ex dispositione auth. similiter C. ad l. Falc. vbi Rom. in eius repet. hoc et voluit Bar. in l. si quis seruū s. ff. circa ff. de leg. 2. Bertach. in d. tract. de Episc. p. 4. lib. 4. nu. 84. vbi allegat Oldr. in allegato conf. 200. & Tirraq. de priuileg. piz. caus. priuileg. 72. hanc cōclusionem veriorē et censet alia sententia Bar. in d. auth. similiter, Surd. in tract. de alimē. priuileg. 30. nu. 3. circa fin. qui et pro hac opinione adducit consil. Feder. de Sen. 30. in fin. vnde Ang. in l. doli clausula ff. de verb. oblig. voluit qd si testator pro eius anima reliquerit pauperibus certam quantitatem pro alimentis, & alia legata fecerit, alia legata alimentorum non patiantur diminutionem, sed deducuntur ante omnia legata, sequitur Bertach. in d. tract. de Episc. lib. 4. p. 4. n. 84. quem sequitur Cordub. in l. 6. qui 3. liberis s. vtrum n. 29. ff. de liber. agnos. sequitur Surd. loc. cit. nu. 2. post Federic. de Sen. in d. conf. 30. & eadē modo pro hac sententia facit ratio equiparationis piz. causæ ad dotem, vt per Surd. in tract. de aliment. q. 16. nu. 21. quo casu si cōcurrat legatum dotis, & alia legata, legatum dotis non patietur diminutionem, imò tanquam es alienum deducetur, l. 2. s. 1. ff. de priuileg. credit. Castr. in d. s. apud Iulianum n. 4. in fi. Bertach. loc. cit. n. 84. Alex. in l. si cum dotem n. 471. ff. solut. matr. Nat. conf. 45. nu. 8. Rolan. conf. 25. nu. 2. vol. 4. quia habetur illa dotis tanquam es alienum, quinimō Rolan. loc. cit. ampliat etiam, quādo in legato non fit mentio dotis, quia quando fit filiz, quia in dubio presumitur factum in causam dotis, Bar. in lequod autem ff. de iur. dot. Castr. in l. Titio c. n. tum s. Titio genero ff. de condit. & demonst. & sic sapit eandem naturam, quod et sic placet, si legatum fieret filiz iam nuptæ, quia nō definit.

definit continere ad alienum, quem refert; & fequitur *Surd. loc. cit. nu. 4.*

Ceterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit incidenter decifum, & ratio quia in legatis, in quorum exactione actio personalis tantum datur, vt est notiffimum, si legata non poffent integrè folui, vt quia hereditas non effer foluendo pro omnibus, legata diminueretur pro rata, vt probat *tex. in l. si poffiffionem*, & in *l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l. Falc. l. si vero compofita §. r. ff. de testam. milit. vbi glo. Bar. Alexan. & alij, cum pluribus alijs infra cumulandis, & ratio quia legata non debentur vltra vires hereditarias, vt in *l. 1. §. is qui ff. ad Trebell. & confequenter iniquum effer quodam legatarios effer melioris conditionis, & effer preferendos, & si alicui legatario facta effer folutio, daretur repetitio ceteris collegatarijs pro conditionem indebiti, vt fcriptifit *Bal. in l. 2. §. s. vbi Alex. nu. 3. & 4. ff. de condit. indeb. vbi etiam Iaf. de Franch. decif. 236. quæ quidem regula locum fibi vindicat etiam si inter collegatarios effer ecclesia, nam etiam legata pia diminuitur, vt fcriptifit *Bar. quem allegat Iaf. in l. i. qui testamento §. 1. num. 2. ff. de leg. 1. quos probat de Franch. loc. cit. nu. 2. & Bar. hoc etiam probat in auth. fimiliter nu. 4. C. ad l. Falc. ad quæ se remittit *Peregr. in tract. de fideicomiff. art. 4. nu. 63. in fi. & ita fuit iudicatum annis elapfis in Sac. Conf. inter legatarios hereditatis Comitissæ Morconi, & sic praticatur in Tribunalibus, vt dum hereditas non effer foluendo pro omnibus legatis, fiat diminutio pro rata ab omnibus legatis etiam pijs.*****

S V M M A R I V M.

- 1 *Alienans res ecclesie sine solemnitatibus requisitis excusatur ob bonam fidem.*
- 2 *Verbum (presumpserit) exigit dolum.*
- 3 *Alienans supradictus excusatur etiam ob ignorantiam facti probabilis ac iuris.*
- 4 *Excusatur etiam quando fuisse erratum in subtilitatibus iuris.*
- 5 *Ob revocationem alienationis, & penitentiam ante realem, & pacificam traditionem, etiam excusatur.*
- 6 *Item excusatur ob apparentiam iustæ causæ.*
- 7 *Excusatur quoque Beneficiarius, qui bona fide alienat iusta de causâ, in consilio Papa.*
- 8 *Doctores, & homines sagaces, & negotiorum experti non excusantur alienando res ecclesie sine solemnitatibus requisitis in extrava-gan. ambrosiæ, & reddunt ratio, num. 9. 10. 11. & 12.*

Bona fides, quæ excusat alienantem bona Ecclesie, non seruat solemnitatibus extrava-gan. ambrosiæ, an procedat in Doctore sacrorum Canonum, & in hominæ sagaci, & negotiorum experto.

DECISIO CCXXII

MUltoties occurrit quem alienare bona Ecclesie, Romano Pontifice inconsulto,

item locare vltra triennium, non adhibitis solemnitatibus extrava-gan. ambrosiæ, de reb. eccles. non alienan, & pro euitandis censuris in dicta extrava-g. inflictis, allegat fe bona fide alienasse, & locasse absq. assensu A pofolico, ignorans effer necessarium, & cum aliquando huiusmodi contractus fieri contingeret per V. I. Doctores, vel per viros sagaces, negotiorumq. expertos; fuit dubitatum, an illos excusaret dicta bona fides, & confequenter ignorantia dictæ extrava-g. ambrosiæ, & dicebatur quod bona fides illos excusaret, Nauar. in *conf. 19. de reb. eccles. non alien. cum dicitur in illa extrava-gan. presumpferit, quod quidem verbum exigit dolum, secundum Bal. conf. 91. vol. 1. & lex posita contra presumentem aliquid facere, non comprehendit eum, qui absq. dolo, vel contemptu bona fide, vel simplicitate alienat, ita Cardin. Zabarell. in *elem. 1. num. 22. de priuileg. Nauar. in c. accepta in 8. oppos. de restit. spoliat. & idem Nauar. cit. conf. 119. in fi. & in manual. confess. c. 27. nu. 74. Sayr. in *dec. 12. de reb. eccles. non alien. & Steph. Quarant. in Summ. Bullar. verb. alienatio sub nu. 9. excusatur etiam alienans 3 Primò, ob ignorantiam facti probabilis, ac iuris, Nauar. in manual. c. 23. nu. 44. Secundò, quando fuisse erratum in subtilitatibus iuris, vel quodam pro alienatione efferent aliquid Doctorem opinionem, vel efferius nò clarum, sed dubitabile, Fely. in *c. 1. nu. 17. de fest. & re iud. Nauar. in conf. 8. de reb. eccles. nò alien. in antiquo, & in conf. 2. de prescrip. in noui; & in comment. de reb. eccles. non alien. sub nu. 16. vbi dicit, quod non peccat mortaliter, qui transgreditur legem humanam male intellectam, credens bona fide ita effer intelligendam, secundum Innoc. receptum in c. per tuas il 2. de baptif. Fely. in *loc. præalleg. Tertio, excusatur ob revocationem alienationis, & penitentiam ante realem, & pacificam traditionem, c. si quis presbyterorum, & ibi glo. in verb. celeriter de reb. eccles. non alien. Iaf. in *l. si. n. 131. C. de iur. emphy. Coua. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 7. nam revocatio, & restitutio post traditionem non excusant à censura, & pena, Nauar. in *conf. 3. num. 4. de reb. eccles. non alien. in antiquo, & conf. 18. eo. tit. in nouo. Quarto, excusatur ob apparentiam iustæ causæ, licet alienatio effer ipso iure nulla, quia qui bona fide facit aliquid contra legem humanam, putans fe iustam causam habere id faciendi, non peccat mortaliter, Nauar. in *man. c. 23. nu. 43. & in d. commen. de reb. eccles. non alien. n. 10.********

Quintò, beneficiarius qui alienat iusta de causâ res ecclesie, inconsulto Papa, etiam cum consilio eius requiritur quoad forum exterius, bona in fide, & faciens conditionem ecclesie meliorem, nò peccat quoad Deum mortaliter, nec incidit in penas prædictas, tum quia non frangit legem per presumptionem, tum quia alienat in casu permisso à iure, tum quia licet non seruet formam alienandi iuris humani, seruat tamen formam iure naturali, & diuino necessariam, quæ est magna consolatio multorum, qui per simplicitatem, vel ignorantiam alienant res ecclesie, inconsulto Papa, ita Nauar. in *d. commen. sub nu. 17. vbi tenet valere alienationem in foro conscientie, post Abb. in c. 1. n. 17. de restit. in integr. Fely. in c. 1. nu. 39. de confit.*

Ceterum supradictis minimè suffragantibus, contra-

- ceterarium fuit refolutum in dicta Cur. Archiep.
5. C. non prodeffe Doctõri, & alijs fupranominatis hominibus alienftibus bona ecclefie allegare bonam fidem, & ignorantiam dictæ extratrag. cuius decisionis ratio ex eo colligitur, quod error verfatur circa iuris peritiam, quo cafu nemine excufari, voluerunt committere omnes DD. in l. ff. de iur. & fact. ignor. l. leges C. de legib. Sarmient. lib. 3. felect. Inter p. c. 12. n. 10. vnde Odd. Sforz. de refut. in int. gr. q. 23. par. 1. ar. 7. nu. 24. notabiliter
 10. voluit minori Doctõri, denegari refstitutionem, in integrum, & ante eõ hoc idem dixerunt Guid. Pap. dec. 83. n. 4. Boe. dec. 350. n. 6. & Iaffr. dec. 396
 11. pro quorum fententia facit, quia petendo refstitutionem in integrum, turpitudinem fua allegaret, l. profefio C. de muner. patrim. lib. 10. & fic
 12. audiri non debet, vnde in l. 5. Quintus Mutius ff. de orig. iur. habetur illud vulgatum, turpe patrio viro ius, in quo verfatur ignorare, & in l. regula §. fed & iuris ff. de iur. & fact. ignor. ibi vel fua prudentia inftitutus fit, &c.

S V M M A R I V M.

1. Nouitius gaudet fori priuilegio.
2. Superiores regularium fuor Priores provinciales, & Generales eorum Religionis.
3. Index ordinarius Regularium, efl Protector Religionis.
4. Nouitius Hospitalis S. Antonij de Vienna delinquens extra clauftra, punitur ab Ordinario loci, vbi deliquit.
5. Regulares exiftentes in aliqua domo ad erectionem Monafterij deftinata fi delinquant, puniuntur ab Ordinario loci, vbi delinquant, & redditur ratio.
6. Militer Hierofolymitanus degener extra locum fuorum ordinum etiam cum licentia fuorum Superiorum, fi delinquant, puniuntur ab Ordinario loci vbi delinquant, exceptis ijs, qui in priuilegio Pij V. comprehenduntur, & redditur ratio num. 7.

Nouitius Hospitalis S. Antonij de Vienna, delinquens extra clauftra, an poffit à loci Ordinario puniri, ex vi Concil. Trid.

D E C I S I O C C X X I I I.

- F**vdatum fuit à me alias, Nouitium gaude-
re fori priuilegio, ex ijs quæ latiffime tradi-
derunt communiter DD. in c. religiofo de
fent. ex com. in feytoquare fuit dubitatu, an No-
uitius Religionis Hospitalis S. Antonij de Viëna,
qui de eius Superioris licentia hic Neap. degebat
delinquens, poffit à Iluftr. loci Ordinario puniri,
& dicebatur Superiores regularium effe Priores
Provinciales, & Generales eorum Religionis, vt
latè de hac re agit Triuif. in traç. de modo, & or-
dine criminaliter procedendi inter regulares. c. 4.
& in dec. 36. par. 1. per tex. in c. 1. de cappell. mo-
nachor. vbi Summus Pontifex mdat Epifcopi,
prie Regulares inquietent, & moleftent, fed eorum
crimina relinquunt Superioribus ipforum punien-
da, item dicebatur Iudicem ordinarium Regularium
effe Protectorem Religionis, vt per Card.

in conf. 17. nu. 1. & latius in practica obferuari te-
ftatur Staphil. de literis figuratæ, & inftitue in
verb. in tit. de fanatione contractus inuuldi nu. 7.
fol. 287. Triuif. loc. fuperius cit. nu. 2. Alban. in
